Digitized by Google

Digitized by Google

781

Digitized by Google

P λλxV 80

Digitized by Google

SBN

SYLLABUS
MEMBRANARUM

AD

REGIAE SICLAE ARCHIVUM PERTINENTIUM.

VOLUMEN I.

QUO MEMBRANAE HACTENUS DISIECTAE, ET NUNC PRIMUM IN ORDINEM DIGESTAE, AB ANNO 1266. AD ANNUM 1285., SEU TOTO CAROLI I. ANDEGAVENSIS REGNO SCRIPTAE, CONTINENTUR, PERPETUISQUE ADNOTATIONIBUS ILLUSTRANTUR.

Eleganter facere non potui, ut volui; feci tamen ordinate, ut potui. *Marculf. Form. pag. 2. Lut. Paris 1613.*

NEAPOLI,
EX REGIA TYPOGRAPHIA.

MDCCCXXIV.

Digitized by Google

Prosunt ista ad politicas artes, ad historiam, ad eruditionem reliquam, sed in primis ad intelligenda gentium iura. LEIBNIT. praefat. ad *Codicem Iuris Gentium Diplomatic.* Hannoverae 1693.

Digitized by Google

FERDINANDO IV.

UTRIUSQUE SICILIAE REGI

PATRI PATRIAE

PIO, FELICI, SEMPER AUGUSTO.

Sisto Tibi, Princeps bonarum artium restitutor, hanc ex Magno Tui Regni Archivo nunc primum in lucem editam veterum membranarum seriem, quae, quanquam multis Principum nobilissimorum decoretur monumentis, maximo tamen ornamento careret, si in ipsa propemodum fronte, nomine atque auspiciis Tuis minime coho-

Digitized by Google

nestaretur. Quum enim sapientissime cecinerit Vates Thebanus VI. Olymp. v. 4.

. . . . incipientis operis frontem
Oportet ponere conspicuam . . . . .

iure meritoque est in more positum, institutoque scriptorum, ut suas lucubrationes tunc arbitrentur fortunatissimas, quum eas Principibus possint dicare; ut et ad opus exornandum fulgentissima quodammodo gemma adcedat, et contra invidiae fascinum praesentissimae tutelae obiiciatur amuletum. Hanc itaque dignam laude consuetudinem, et iam usque ab antiquissimis temporibus per litteratorum orbem longe lateque receptam, ego potissimum sequutus, par aequumque duxi meum, quale illud cumque sit, Diplomatici studii specimen Tibi omnino esse sacrandum, ut quam celebritatem nec suo, nec auctoris merito posset sibi vindicare, eam per Tui nominis inscriptionem certissime obtineret.

Adcedit, quod opus ipsum sponte, ut ita dicam, sua ad Te properare videbatur. Continet enim sapientissima decessorum Tuorum edicta, publica magistratuum acta, opportunas legum evulgationes, muniorum distributiones, impositionesque vectigalium, atque innumera id genus alia, quae rei Tui Regni Diplomaticae, Chronologicae, Historicae, atque Politicae novam miramque lucem sunt adlatura. Quin etiam per huiusmodi monumenta, quae nunc primum in lucem prodeunt, meridiana luce clarius patet, quantum incrementi, ac nobilitatis sub Tua ditione acceperit totius Regni status, et quanto melius per Te, rebus optime constitutis, publicae felicitati hodie consulatur.

Praeterea, Rex optime, atque indulgentissime, post Tuum, quem tabescentes desiderio, ac Coelum votis fatigantes, decem ferme labentibus annis exoptavimus, faustissimum reditum, iam omnes prorsus civium ordines pristinam sentiunt hilaritatem sibi restitutam,

Digitized by Google

ac novo quodam splendore litterae ipsae videntur circumfusae. Quamobrem fas est, ut Diplomatica, quae publica, et privata iura vindicat, obfirmat, atque tuetur, quaeque in Regno Tuo anteactis temporibus ob innumeras de veteribus membranis exortas quaestiones effloruit, ipsa quoque reviviscat; neque, dum apud exteras Nationes diligentissime excolitur, in subditis Tibi regionibus, ubi tot extant tum Graeca, tum Latina pretiosissima monumenta, negligatur. Ego itaque, qui optimae spei adolescentes ad legendas, interpretandas, diiudicandasque medii aevi membranas instituere pro virili nitor, Te enixe precor, ut sedulitatem nostram aequi bonique facias, laboresque insumptos in Tuum patrocinium recipere ne dedigneris. Qui interea Deum Optimum Maximum obtestamur, ut Te sospitem, ac florentem cum Augusta Prole, Regnorum, litterarumque felicitati quam diutissime praestet.

Ex Regio Neapolitano Archivo VI. Id. Iulii A. R. S. CIƆIƆCCCXV.

Devotus Numini Maiestatique Tuae
ANGELUS ANTONIUS SCOTTUS.

Digitized by Google

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

Archivum, quod non ab *Arca*, uti Catholicon MS. Coenobii Heilsbronnensis tradit (1), sed ex Graeco verbo Αρχειον (2) dictum autumamus, quodque modo γραμματοφυλακιον (3), modo κειμηλιοφυλακιον (4), modo χαρτοφυλακιον (5), modo denique Tabularium (6), et Scrinium (7) adpellatum invenimus, *locum* indicat, *ubi instrumenta privata, et publica, et testamenta deponuntur* (8). Quantae id sit antiquitatis, et quomodo apud omnes propemodum cultas nationes maximo sit habitum pretio, id longa non videtur argumentatione probandum. Hac enim tempestate, qua

---

(1) Citatur a Wagenseilio *Dissert. de Archiv. Imper.* th. 2.

(2) Graeca vox haec occurrit in L. 9. §. 6. ff. *de poenis*: *Solent et sic, ne eo loci sedeant, quo in publico instrumenta deponuntur, Archio forte, vel Grammatophylacio.* L. 30. C. *de Episc. audient. In ipsis Sanctissimae Ecclesiae Archiis deponi gesta sancimus, ut sit perpetua rei memoria, et non intercidat casibus fortuitis.* Inserto autem Aeolico digammate habes *Archivum*, quod legitur in Nov. 74. c. 4. §. 2. *Ille tamen talem reponat chartam venerabilis illius Ecclesiae defensor in eiusdem Sanctissimae Ecclesiae Archivis* (*hoc est ubi venerabilia vasa servantur*) *praedictas subscriptiones habentem.* Vide etiam Tertull. *Apologet.* cap. 20.

(3) L. 9. §. 6. *de poenis.*

(4) Nov. 74. c. 4. §. 2. L. 20. C. *de Agricol. et censit.*

(5) Bud. in L. 9. §. 1. *de officio proc.*

(6) Vossius in *Etymologico* voce *Archivum.*

(7) L. 19. C. *de Testamentis.* Consule Brunnemannum in hunc locum.

(8) D. L. 9. §. 6. *de poenis.* Et Dionys. Gothofredus ad L. 9. §. 6. ff. *de Poenis*: *Est Principis domus, vel locus, in quo instrumenta privata, et publica deponuntur, et testamenta. Ecclesiae Archivum Cimeliarchium appellatur, quod in eo sint* κειμηλια, *idest, sacra vasa, vel* κειμηλιοφυλακιον. *Utilitas Archii ea est, ut ex eo sit, unde peti possint instrumenta, si exemplum sit amissum.* Hinc colligit Cuiacius in Archivum redacta ad auctoritatem valere, licet sint destituta sollemnitate. Cuiac. ad Paull. *Recept. Sent.* L. IV. tit. 6. §. 1. Paulus 4. *sentent.* 6. §. 1. *Ac deinde signo publico obsignatum, in Archium redigatur: ut si quando exemplum eius interciderit, sit unde peti possit.*

Aliam vero Αρχειον significationem habes apud Martin. in *Lexic.* hac voce: docent enim curiam Magistratus, et domum principis ita fuisse dictam, fortasse απο του αρχειν *imperare.* Citat Budaeus *Commentar. Ling. Graec.* in hoc sensu Pausaniam, et Aristotelem.

viri de re Diplomatica optime meriti hanc spartam feliciter adornarunt (1), apud omnes pene constat, primam Archivorum institutionem ipsi Deo referri acceptam, qui leges a se latas perpetuo cultu in sanctissimo Arcae loco custodiendas mandavit (2). Novimus quoque in eius templo penitiores exstitisse aditus, ubi familiae Hebraeorum descriptae adservabantur (3). Neque vero istud tantummodo, sed aliud quoque publicum conditum erat Archivum Hierosolymis (4); quod etiam Tyrios, et Babylonios (5), immo universos Chaldaeos, Aegyptios, Phoenices (6), et Graecos habuisse constat (7): Romani autem incredibile dictu est, quanta diligentia tum publica, tum privata monumenta in sacratissimis locis colligenda, et servanda curarint (8). Quin etiam peritissimi quique viri, spectataeque probitatis, ut *Archiotarum* munere fungerentur, non minus a Graecis, quam a Latinis fuerunt constituti; satis enim est pro Graecis Demetrium Phalereum, et Zenodotum Ephesium, viros numeris omnibus absolutos, qui Alexandrini Archivi curam, Ptolemaeo Philadelpho invitante, gesserunt (9); ac pro Latinis M. Terentium Varronem Romanorum doctissimum, et a lauda-

---

(1) Vide Balthass. Bonif. Lib. singul. *de Archivis* c. 2. Maderum Tractat *de Bibliothec. et Archiv.* Fridericum Rudloff *Dissertatio de Archivorum origine, usu, atque auctoritate* th. 14. et seq.

(2) Exod. XXV. 16.

(3) Euseb. *Histor. Eccles.* Lib. I. cap. 6. *Sed et illud praecipue supradicti viri tradiderunt, quod per idem tempus omnes Hebraeorum generationes descriptae in Archivis Templi secretioribus habebantur.*

(4) Ioseph. Flavii Lib. VII. *de Bello Iud.* narrat Archivum a seditiosis incensum. Vide et. Lib. 1. *contra Apionem* p. 1042. et 1045.

(5) Id. Ibid.

(6) Tertull. *Apolog.* c. 19. Diodorus Siculus, et Herodotus plura ab his archivis didicerunt.

(7) II. Machabaeor. XIV. 23.

(8) Plinius *ad Traianum* Lib. X. Epist. 71. Ernestus *de fide Historica recte aestimanda* §. 16. Richterus *de Tabulariis urbis Romae* pag. 34. Ranchinus *variarum lectionum* Lib. 1. cap. 7. Wiesandus *De diplomatibus veterum Romanorum* §. 10. Tertull. *in Apolog.* cap 21. Vide Iustin. *Novel.* XV. c. 5.

(9) Lomeierus *De Biblioth.* cap. XIII. p. 370. et seqq, Ultraiecti 1680.

Digitized by Google

tis viris laudatissimum Palatino Archivo a C. Iulio Caesare praefectum, memorare (1). Sequiori aevo mirum non est, si nationes, quo magis artibus, litteris, scientiisque fulgebant, eo impensius Archivis suis amplificandis operam navarint; quum ipsa barbarie ingruente, quamvis densissimis ignorantiae tenebris Europa offunderetur, populi tamen pene omnes Archivorum necessitatem agnoverunt, nihilque habuerunt antiquius, quam ut nova conderent, et vetera instaurarent, atque augerent (2). Nemo enim adeo hebes est, ut non intelligat, quanta ex huiusmodi curis bona oriantur: *Armaria*, ad rem ait Cassiodorus, *tabellionum, et ceterorum scribarum, cunctorum fortuna, et securitas esse solent; unde omnium iurium, actuumque praeteritorum notitiae desumuntur* (3).

De Archivi autem Regiae Siclae origine, compertum est a Carolo I. Andegavensi fuisse sapientissimo consilio institutum; ut Regnum Neapolitanum, in quo plura monasteria vetustissimas, ac locupletissimas membranarum collectiones in posteritatis commodum adservabant, principe, ac publico Tabulario non destitueretur (4). Hoc autem Melphiae primum (5), mox Neapoli in Regia Sicla, unde et nomen desumpsit (6), postremo in Castro Capuano (7) locum habuisse nemo est, qui ignoret.

---

(1) Sueton. *Caes.* 44. 4. ubi generatim de Bibliotheca sermo est. De Archivis autem peculiarem mentionem habes in Dione Cassio *Commod.*, et in Plinio *Epist. ad Traianum.*

(2) Novell. XV. cap. 5. §. 2.

(3) *Variar. Lection.* Lib. II. epist. 21.

(4) Topius *Orig. Trib.* Tom. I. Lib. II. cap. 2.

(5) Reg. sign. 1299. B. fol. 197.

(6) Monetalem Officinam fuisse dictam a nostratibus *Siclam* constat ex *Histor. liberat. Messanae* apud Murat. Tom. VI. col. 622., et ex *Convention. inter Ludovicum II. Regem Siciliae, et Arelatenses anno 1375.* art. 26. Quod autem ibi fuerit Archivum, habes ex Reg. sig. 1343. et 1344. A. fol. 109 Vide etiam Topium *Orig. Trib.* lib. II. cap. 2. Verum sub Roberto fuisse Archivum alio translatum fuse probavit Chiaritus *Coment. sulla Costituz. de Instrumentis.* Part. 1. cap. 1. pag. 27. Nap. 1772.

(7) Vid. Capacc. *Il Forestiero* pag. 610. Nap., 1634. et Top. *Orig. Trib.* Lib. II. Cap. 2.

In hoc tamen Archivo Carolus monumenta illa antiquissima, quibus Monasteriorum tabularia exornabantur, colligere nequaquam voluit; praesertim quum ipse quotquot Suevorum Regum acta supererant, rescindenda mandarit (1). Longe itaque a veritate aberravit Giannonius, qui Regiae Siclae Archivum prae tot Tabulariis, quae Neapoli suo tempore exstabant, antiquissimas continere membranas pro certo adfirmavit (2). Id potius de Archivo, prout in praesenti constitutum est, merito praedicari poterit; siquidem in ipsum immensa vetustissimarum membranarum exuberantia ab Archivis Monasteriorum paucis abhinc annis confluxit. Profecto Archiva S. Stephani de Nemore, SS. Severini, et Sosii, S. Sebastiani, S. Gregorii Armeni, etc., in quibus pretiosissima cimelia latebant, publicum nostrum Tabularium affatim ditarunt.

Quamobrem tria sunt, ob quae nostrum istud ceteris, quotquot per Regnum sparsa inveniuntur, praestare procul dubio adfirmamus; nempe varietas chartarum, earumque copia, atque utilitas. Ad varietatem quod adtinet, si genus spectes, universas fere chartarum distinctiones, quae a Diplomaticis traduntur, heic invenies. Adsunt nempe chartae *Ecclesiasticae*, et quidem *Pontificiae*, *Episcopales*, *et Precariae*, si Mabillonianis distinctionibus adhaerere velimus. Adsunt etiam chartae *Regales*, et *Pagenses*, illae scilicet, quae ad Reges, hae, quae ad privatas personas pertinent. Porro Chartae *Regales* multiplicis generis occurrunt; ac primo quidem *Diplomataria*, seu *Regesta*, quorum primum Frederici, cetera subsequentium Regum Diplomata complecti cernuntur: tum *Praecepta*, seu *Litterae Patentes*, et *Indiculi*. Invenies etiam *Placita*, seu controversiarum definitiones; *Descriptiones*, sive recensiones praediorum, supellectilis, ceterarumque

(1) Vid. Andreys *Disput. Feud.* pag. 159.
(2) *Ist. Civ.* XX. Introduz.

Digitized by Google

rerum Regia auctoritate confectas; *Panchartas*, seu bonorum, post amissa instrumenta, confirmationes; et *Tractorias*, sive quae Officialibus praecipiebant, ut alicui viro ab Rege misso opem ad negotia rite peragenda opportunam praeberent. Iam vero inter chartas *Pagenses* observabis cuiuslibet generis *Instrumenta*, *Emptionis* scilicet, *Venditionis*, *Donationis*, *Commutationis*, et cetera huiusmodi: nec desunt *Testamenta*, *Litterae*, *Epistolae*, *Chirographa*, *Syngraphae*, et *Pariclae*. Quod si linguam consideres, praeter Italicam, innumeras habemus membranas Latine exaratas, Graece permultas, nonnullas etiam Gallice, et Hispanice: immo quod apud nos propemodum singulare conspicitur, sunt membranae *Bilingues*, Graecis videlicet simul, et Latinis litteris conscriptae. Si tandem ad characterum ductus animadvertas, hi pro ratione temporum, ac Principum varietate apud nos alii atque alii observantur; ac septem praecipui ab eruditis distinguuntur: quos inter et difficultate, et raritate Curialis, et Graecus merito celebrantur; quibus Northmannum, Suevum, Andegavensem, Aragoniensem, et Austriacum addamus oportet.

Ad copiam vero quod adtinet, haec tanta est, ut nostrum ceteris Regni Tabulariis longe locupletius efficiat; tametsi seditionibus anno 1647., et anno 1701. excitatis, hoc ita furentis populi direptione pessumdatum fuerit (1), ut vix aliqua eius λείψανα retinerentur, nisi Andreas Guerrero et Torres, Nicolaus de Grossis, et Franciscus Muscettola, viri de re Neapolitana optime meriti, ipsi instaurando diligentissime adlaborassent. Ceterum supersunt rerum nostrarum Scriptores, qui Archivum, antequam miserrime discerperetur, descripserunt; ac praecipue Topius (2), qui Caroli I. Regesta LV. recenset, quorum

(1) Troylus. *Ist.* Tom. V. part. II. pag. 305. e seq. *Ist.* et pag. 362. Nap. 1755.
(2) Tom. I. pag. 39. Giann. *Ist. Civ.* Lib. XX. introd.

solummodo XXXIX. ad nostra haec tempora pervenerunt. Supersunt etiam *Repertoria* a Sigismundo Sicola anno 1686. condita, quae licet plurima Diplomata omittant, et reliqua indicent potius, quam exponant, nec Diplomatariorum foliis, uti nunc compacta sunt, respondeant; tamen, ut praecipuorum diplomatum extet memoria, efficiunt.

Denique de utilitate ut aliqua adtingamus, extra omnem dubitationis aleam positum videtur, magnam penitiorum doctrinarum segetem Historicis, atque Diplomaticis per haec monumenta exhiberi; quippe quae amplissimam veterum morum, locutionum, formularum, legum, consuetudinum, ceterarumque id genus rerum congeriem in posteritatis commodum servarunt. Re sane vera, ubi Historici libri aut omnino aliquid tacent, aut inter se dissident, aut librariorum incuria corrupti conspiciuntur; unde, quaeso, poterit lector adiumenta sibi comparare ad lacunas explendas, ad dissidia componenda, ad errores emendandos; nisi ex vetustis Tabulariis diligenter investigatis, et magno rei litteratorum publicae bono pervulgatis? Nonne ex fortuita alicuius membranae notitia perutilium veritatum argumenta ex insperato saepe educta sunt? Sed de Archivorum utilitate plura adiicere nec praestat, nec lubet, quum plurimi scriptores hac de re fuse disseruerint (1).

His igitur in antecessum delibatis, teneas nunc, lector, quis fuerit nostro labori finis praestitutus. Id scilicet nobis proposuimus, ut uno veluti intuitu, quid membrana utcumque detrita, obsoleta, obscura, et prolixa contineat, lector detegat; salivamque, ut aiunt, sibi cieri, et faciliorem aditum patere sentiat ad ipsam membranam perlegendam, si quando pleniores notitiae inde erunt hauriendae. In eum

(1) Frideric. Laurentii Langen Dissert. *De probatione per documenta Archivalia* pag. 4. et seqq. *Moguntiae* 1760. Frider. Rudloff Diss. *De Archivorum publicorum origine, usu, atque auctoritate. Lips.* 1747. Iohannis Willhelmi Waldschmidt Diss. *De probatione per diplomataria. Lipsiae* 1753.

propterea ordinem Syllabum hunc digessimus, ut nullo labore possit inveniri, quod quaeritur, praesertim si indices in operis calce additi pro re nata adeantur.

At quum membranae ipsae ob Archivi vicissitudines non modo a sua sede divulsae, verum etiam magna ex parte deperditae fuerint; veteris ordinis, atque dispositionis rationem persequi minime licuit; ac si tandem licuisset, modicam fortasse utilitatem lectoribus adtulissemus, quia nec materiae, nec temporis servato ordine primitus fuerant collocatae. Quamobrem Chronologicam potius συνταξιν caeteris praetulimus, quam ex omnium Diplomaticorum suffragio commodiorem, tutioremque futuram non dubitamus. Itaque non levi labore ad hanc adsequendam perlato, chartas in Fasciculos, quorum singuli denas complecterentur, divisimus. Ne tamen, si qua earum in libris dudum editis secundum veterem recensionem indicata occurrat, eam reperire difficile foret; hanc etiam recensionem unicuique articulo adiecimus, et in voluminis calce ipsam cum nostra curavimus comparandam. Legitur itaque e. g. in primo articulo Arca I. Fasciculus 69. Numerus 2. ac tu probe intelliges in nostro Tabulario varias olim fuisse Arcas, quarum singulis una ex Alphabeti litteris fuerat adpicta. Porro quaevis Arca multos membranarum fasciculos, eosque suo numero signatos complectebatur. Rursus membranae, e quibus Fasciculi ipsi constabant, aliis numeris notabantur; ac propterea quaelibet membrana tum litteram Arcae, tum numerum Fasciculi, tum denique suum praesefert. Quandoque etiam accidit, ut vel Arca, vel Fasciculus non littera, non numero, sed asterisco (*) notetur: quod factum fuisse putamus, quando nova membranarum collectio ad Arcas, aut ad Fasciculos iam suo ordine constitutos accessit.

Iam vero notae chronologicae, uti in quolibet documento iacent, omnino adponendae fuerunt, nec eas cor-

Digitized by Google

rigere, refingere, aut a propria annorum supputatione dimovere operae pretium duximus. Novimus enim notariorum incuria non raro epochas in mendo cubare; novimus etiam modo annum Pisanum, modo Florentinum, modo Graecum, Romano posthabito, fuisse usurpatum. Nos quidem alicubi id innuimus, pag. 76. Not.; sed si saepius hac de re scriptitare, et disserere libuisset, innumerae propemodum quaestiones fuissent solvendae, quas a nostri Syllabi ratione longe abhorrere censuimus. At ubi vel temporis iniuria, vel scriptorum negligentia, notae aut Chronologicae, aut Topicae, aut aliquod nomen, quod fuisset exprimendum, desideratur; hunc defectum per puncta interposita significavimus, veteres geographos imitati, qui ut ait Plutarchus (1), *si qua cognitionem suam fugiunt, ea extremis tabularum partibus supprimentes, in margine indicant.* Quum autem membrana vel mutila est, vel male habita, vel utroque vitio laborat, quod potuimus, excerpsimus, lectoremque ea de re, adnotationibus adpositis, monuimus.

Post notas Chronologicas locum, ubi charta data est (2), subiicimus, ut et Topographiae nostri Regni consulatur, et character *intrinsecus* ad chartae *γνησιοτητα*, vel *νοθειαν* dignoscendam opportunissimus lectorem non praetereat. Deinde brevissima *αυτογραφου* summa legitur, in qua eo nostras curas intendimus, ut non modo instrumenti argumentum pateat, sed cetera, quae peculiarem aliquam utilitatem, aut voluptatem Diplomaticis adferre possunt, aliquo pacto elucescant: quod quidem interdum nostra torsit ingenia, et ad varias exponendi methodos excogitandas nos impulit. Subiunximus denique Notarii nomen, a quo magnum lumen Critici interdum adcipiunt ad Diplomaticas perquisitiones rite peragendas (3). In Diplomatis

(1) *Vit. Thesei* in princip.
(2) Quid *actum*, et *datum* in membranis denotet habes apud Mabillon. *De re Diplomat.* lib. IV. in princ.
(3) Id. *Ibid.* lib. II. cap. 13.

Digitized by Google

sic proprie dictis pro Notarii nomine habebis Logothetae, et Protonotarii nomen; ubi vero hoc quoque deest, nos de ingenio refingere ausi non sumus, ne temeritatis nota merito inureremur.

Illud denique, lector, noris oportet, mendosam diplomatum scripturam praesertim in propriis tum locorum, tum personarum nominibus fideliter in hoc opere fuisse servatam: cuius rei ea ratio fuit, quod non Latinitatis elegantiae, sed artis Diplomaticae praeceptis prospiciendum videbatur; siquidem ex nominum scriptura ad monumentorum aetatem, atque genuinitatem detegendam argumenta sumuntur. Quare *Ydrontum*, vel *Hydrontum* pro *Hydrunte*, *Barum*, pro *Bario* etc. scripsimus: eademque de causa unum idemque nomen diversa saepe ratione scriptum invenitur, uti *Pandolfus*, et *Pandulfus*; tametsi huiuscemodi nomina Peregrinius (1) melius in *ulfus* desinere arbitretur. *Iohannes* etiam, et non *Ioannes*, a nobis exaratur pro veterum Notariorum more, qui Hebraicum idioma sectantes, ita scribendum putarunt.

Postremo quid in notis exposuerimus, facili negotio per te ipse, lector, agnosces. Quidquid enim obscurum, difficile, rarum, et controversiis obnoxium in chartis occurrit, hoc nostris observationibus in lucem pro virili parte protulimus. Nimirum si hunc laborem detrectavissemus, multa adhuc, quae verissima sunt, falsa viderentur; et plurima ea difficultate laborarent, quae Syllabi ipsius utilitatem imminueret. Ceterum integra diplomata exscripsimus, ubi vel nomina obsoleta, vel notitias Chronologicas, et Historicas deprehendimus, quae aliquam operi laudem comparare posse visa sunt.

Atque haec fuerunt rationum momenta, quibus permoti opus exposita methodo elucubrandum, exornandum-

(1) Diss. *de Ducatu Beneventano.*

Digitized by Google

que adgressi sumus : et quidem praesenti volumine membranarum Syllabum a Carolo I. ad Carolum II. scriptarum in lucem emittimus. Diffiteri interea non debemus ad hoc symbolam quoque suam contulisse egregium iuvenem Antonium de Aprea; qui ut nobis in Professoris munere suffectus est, ita magna nos in opere absolvendo laboris parte levavit.

Digitized by Google

SYLLABUS

MEMBRANARUM AD REGIAE SICLAE ARCHIVUM PERTINENTIUM

A Caroli I. ad Caroli II. Regnum.

FASCICULUS I.

NUMERUS I.

Olim Arca I. Fasciculus 69. N. 2.

A. R. S. 1266. *Die Martii 25. Indictione* 9. *Caroli I. anno I. Melfictae* (1).

Petrus Montisfuscoli, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Pandolfi de Fasanella Iustitiarii Terrae Bari, quae exscribuntur, eligit quosdam nominatim recensitos, ad custodienda litora, ut Theutonici, Lombardi ac Thusci Gibellini,

---

(1) Regium edictum, quod heic exscribitur, fortasse omnium monumentorum Caroli primum est, quippe quod datum fuit *Dordonae* 14 *Martii Ind.* IX. Paucis itaque diebus distat a victoria, quam 26 Februarii eiusdem anni de Manfredo, eiusque exercitu retulit. Vide Monach. Patav. *Chronic.* T. VIII. *Rer. Ital. Chronic. Parmens.* T. IX. *Rer. Ital.* Sab. Malaspin. lib. III. c. 10, et Ricordan. Malaspin. c. 179. Charta autem Donationis Principatus Salerni, Comitatus Lesinae, ac Honoris Montis S. Angeli, quam hoc anno editam ex enarrationibus Matthaei Spinelli a Iuvenacio (V. an. 1265, et 1266 T. VII *Rer. Ital. Script.*) eruimus, in nostro Archivo adservatur inclusa in Regesto, Donationum, et Privilegiorum Caroli I. Quum autem diem appositam non habeat, certum non est eam citius nostro hoc monumento in lucem prodiisse.

Qua de re iuvat animadvertere (ut ad intelligendam rationem, qua Caroli Regnantis anni enumerantur, via sternatur) cum Romae anno 1266 postridie Nonas Ianuarias, dum Epiphaniae festum ageretur, iussu Clementis IV. per plures Cardinales fuisse inunctum utriusque Siciliae Regem. Ipsum enim Innocentius IV. anno 1253 ad hoc regnum adciverat: deinde Alexandri IV. blandimenta adcesserant: postea ab Urbano IV. idem factitatum est: sed tandem Clemens IV. voti compos effectus ipsum in nostras regiones immisit: de quibus consule Raynaldum *Annal. Eccles.* an. 1253 et seqq. et Muratorium *Annal. Ital.* an. 1253 et seqq. Diem autem huius unctionis, uti et victoriae, nonnulli Scriptores, ac praesertim Florentini referunt ad annum 1265, quod annus Florentinus incipiat a sequenti die 25 Martii festo Annunciationis B.M.V. Qua-

quum venerint in auxilium Manfredi iam interfecti, comprehendantur (1).

Per Angelum Notarium Melfictae.

N. 2.

Olim Arca M. Fasciculus 12. N. 6.

1266. *Iunii 4. Indictione 9. Caroli I. anno I. Canusii.*

Notarius Simeon de Andria, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Pandulfi de Fasanella Iustitiarii Terrae Bari, se confert Canusium, ibique indicit, ut Iudices quidem, adeant ipsum Iustitiarium, Notarii vero Curiam, et unusquisque requisitis ad suum officium muniatur (2).

Per Pasquasium Notarium Canusii.

---

propter nonnulla monumenta, et eae, quae ab ipsis eruuntur, narrationes, signantur per eiusdem supputationis annum 1265: quod quidem de plurimis monumentis dici debet; ne quum hanc potius supputandi rationem in aliquibus Scriptoribus servatam animadvertimus, aut istos putemus mendaces, aut nostras chartas inter spurias temere enumeremus.

(1) Guelforum, et Ghibellinorum cruentissimae factiones, quomodo anno 1139 ortae, et praecipue per Italiam diu, multumque grassatae fuerint; fuse docuerunt Struvius *Syntagma Hist. Germ.* Dissert. XVII. §. 4. pag. 510. ac Muratorius *Antiq. Estens.* Part. I. cap. 31, et *Dissert.* LI. Quod autem Ghibellini, quibus Lombardia, ac Thuscia tunc temporis scatebant, post Manfredi necem Corradino opitulati sint, narrat diligentissimus ille Anonymus, qui *de Rebus Gestis Corradi, Manfredi, et Corradini* satis disertam condidit historiam. V. *Scriptor. Rer. Ital.* T. VIII. Quanta denique contentione Ghibellini Theutonicis sese adiunxerint, ut Svevorum res, ac familia staret, luculenter conscripserunt Sabas Malaspina T. II. c. 17, Ricordanus Malaspina cap. 190, et Ioannes Villanius Lib. VII. cap. 23. Carolus igitur putabat Ghibellinos, ac Theutonicos, quibus nondum Manfredi clades innotuerat, littoribus regni adpulsuros esse, ibique comprehendendos, et in vincula adducendos sperabat.

(2) Iustitiarii munus, adcurate explicatum, et definitum pluries inveniemus in *patentibus litteris*, quibus Rex Iustitiarios creat. Quod si libeat aliquid praegustare, adi, quaeso, Constitutiones Frederici Lib. I. Tit. 51, 52, 53, 54 et 55, quae omnia desunt in Graeco Codice, cura Cl. Viri Caietani Carcani edito. Neapoli 1786. Quod autem *tam Iudices, quam Notarii, cum litteris Testimonialibus hominum loci illius, in quo statuendi erant, ad praesentiam Regiam, vel qui vicem Regis in sua absentia procurabat, accedere debuerint*; habes *Constit.* Lib. I. Tit. 79.

Digitized by Google

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 40. N. 4.

1266. *Iulii 31. Indictione 9. Caroli I. anno II.* (1) *Canusii.*

Willelmus de Nicolao Baiulus, ut exsequatur mandatum Regium, denunciatum per Pandolfum Iustitiarium Terrae Bari, ibi per praeconem omnibus prohibet, ne expendant aliam monetam,

---

(1) Istaec varietas in recensendis Caroli, aliorumque regnantium annis frequentissima est, ut ea dies, quae in quibusdam Scripturis e. g. ad annum I. refertur, in aliis ad annum II. referatur, et sic deinceps: nec idcirco alterutrum documentorum falsitatis nota inurendum est. Illud enim anni residuum, quod initium erat alicuius regni, apud quosdam quasi integer annus habebatur, et ANNUM, quem Diplomatici CAVUM adpellant, constituebat. Neque aliam ob caussam Clodovaeus II. ut probe animadvertit Daniel, *Hist.de Fran.* T.II. *Chronol.* p. XXIII. in aliquibus documentis dicitur regnasse annos XVIII. in aliis XVII., et Papae Iohanni XIII. nonnulli annos VII. et nonnulli VI. tribuunt. Vide Tillemont *Histor. des Emper.* T. II. p.463. *Nouveau Traité de Diplomatique* T. III. p.195. et T. IV. p. 709. n.1. Quod autem et apud veteres scriptores ANNUS huiusmodi locum habuerit, potes eruere ex Newtoniana *Chronologia Veterum Regnorum*, cap. III. *De Imperio Assyriorum*, et IV. *De Babylonensibus, et Medis*: ubi si sedulo inspicias, et compares supputationes, ita invenies rem se habere. Adnotat autem Norisius, in *cenotaphio Pisano* Di s. II. cap. 17. col.552. *edit. oper. omnium*, Suetonium, ubi scribit *Vit.Tib.*c.15. Caium, et Lucium mortuos esse *intra triennium*, intelligere menses tantum duodeviginti, qui unum integrum annum, ac duos CAVOS conficiunt.

At si rem paullo diligentius inspiciamus; fateamur, oportet, Andegavenses Reges, ac praecipue Carolum ANNUM CAVUM perraro adhibuisse; siquidem Regia illa diplomata, quae partim in nostris Regestorum voluminibus collecta adservantur, partim exscripta in chartis mox edendis sunt, adcurate conspecta exhibent annos Regni alicuius incipientes non a Kal. Ianuarii, uti est moris, sed ab anniversario Investiturae, aut Coronationis. Quaproptèr alia potius nobis est ineunda via.

Porro Raynaldus an. 1265. n. 11. et seqq. ex plurimis testatissimis monumentis ostendit Carolum in Basilica SS. Salvatoris apud Lateranum per quatuor Cardinales, quam adpellant Investituram Regni Siciliae adcepisse, nonnullis mensibus ante Coronationem, nimirum IV. Kal Iunii MCCLXV, ipsamque Investituram Clemens IV. Perusiis tunc commorans prid. Non. Novembris eiusdem anni confirmavit. Vide etiam *Art de verifiér, les dates* T.I. pag. 705 *Paris* 1783, qui anonymus liber a quibusnam Maurinis PP. fuerit conscriptus, nos docuit eruditissimus, et humanissimus Vir Iohannes Andresius, cuius amicitiae plurima adcepta refero. V. *Origine, e progressi di ogni Letteratura* T. III. L. 3. c. 3. His ita se habentibus par aequumque fuit ex eo Investiturae tempore annos Regni recensere (V. Claritium *Comento sulla Costit. di Federico* P. I. cap. 3. §. 4. p. 65.); dum multi Notarii annos ipsos potius ab eiusdem coronatione, et ingressu in nostras regiones, quod anno 1266 factum est, supputarunt. Igitur ubi annus II. pro anno I. legitur, vel

praeter aurum, et monetam cusam Brundusii, neque extrahant argentum, vel Bolzenaliam (1).

Per Pasquasium Notarium Canusii.

N. 4.

Olim Arca H. Fasciculus 86. N. 17.

1266. *Augusti 3. Indictione 9. Caroli I. anno I. Bitecti.*

Baiulus Bitecti, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Paudolfi de Fasanella Iustitiarii Terrae Bari, quae exscribuntur, ibi per praeconem omnibus prohibet, ne expendant aliam monetam, praeter aurum, et cusam in Sicla, quae

---

III. pro II. etc, ; duplex patet nodi huius solvendi via. Aut enim dicemus auctorem monumenti annos numerasse non a die Coronationis, sed a die Investiturae. Aut saltem quia Carolus postridie Nonas Ianuarias Romae est coronatus, quo die annus 1265, secundum Florentinam supputationem nondum elapsus erat; propterea Scriptores, si qui hanc sequebantur, hoc tempus usque ad 25 Martii pro anno Cavo habere potuerunt; cui si adiungas menses sequentes usque ad diem ultimum Iulii, habes annum II. Caroli, ut hic cernis, et alibi factitatum.

(1) *Bolzenalia*, vel *Bulzonalia*, ut habetur infra, et in aliis membranis, glossaria mediae Latinitatis fugit. Communi autem eruditorum sententia, hae voces eamdem habent significationem, ac *Billio* (quod Gallis *Billon*, Hispanis *Vellon* dicitur) *Bullio*, *Bulliona*, *Bullion*, vel *Bullonia*. Earum Etymon alii quidem a *vili* deducunt, quod viliorem monetam indicat; alii vero a *billa*, vel *billo*, quod crassiorem baculum, et nondum purgatum denotat. Quamquam autem memoratae voces interdum innuunt numum aereum, vel ex aere, argentoque conflatum; tamen ut plurimum massam quamdam monetariam significant. Saepe enim hac notione invenimus apud Rymer. To. II. p. 735. *Bullionem massam, sive platam auri, vel argenti*, et To. XIII. p. 137. *quascumque massas auri; vel argenti vocatas Bullion.... Bulliona, et Bollonia*; et in charta Philippi Pulchri Regis Francorum 1295. Tom. I. *ordin. Regum Francorum* pag. 326 in notis col. 2. *contractus auri, argenti in massa, vel billionis, aut alterius metalli.* Quin immo in *ordin.* an. 1305. in Reg. 36. Tab. Regii, cavetur: *ne quis aurum, argentum, vel billionem extra regnum deferre praesumat.* Quod itaque statuit Philippus de *Billione*, id Carolus statuerat de *Bulzonalia.*

Ceterum de *Billiono* plura habere potes apud Le Blanc *Traité des monnoyes de France* chap. III. p. XVI *Paris* 1690. et Muratorium *Dissert. de divers. pec. gen.* apud Argelatum T. I. p. 135. *Mediolani* 1705. De *Bulzonalia* autem plura ex aliorum auctorum testimonio disserit Zanettius in sua *Nuova raccolta delle Monete, e Zecche d' Italia* Tom. I. pag. 431. et III. pag. 321. *Bologna* 1783. Ibi Franciscus Balducius ait: *Bolzonaglia vuol dire oro, o argento in piastre, o in verghe, o in vasellamenta rotte di argento, o in moneta d' oro, o d' argento non correnti ne' luoghi: e questo s' intende Buglione: e la Bulzonaglia si è tanto a dire, come monete piccole, non corsibole in quelli luoghi, ove sono per fondere, o per disfare.*

Digitized by Google

Syponto Brundusium translata fuerat (1), neque extrahant argentum, vel Bulzonaliam.

Per Matthaeum de Malletto Notarium Bitecti.

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 54. N. 15.

1266. *Augusti 17. Indictione 9. Caroli I. anno II. Thermis.*

Matthaeus Hamydus, et Bartholomaeus de Filunco, ut exsequantur mandatum Regium denunciatum per litteras Matthaei Rufuli Secreti Apuliae (2), quae exscribuntur, adhibitis testibus, declarant, Regnante Imperatore Frederico, ad exportanda victualia e portu Thermarum Amalfiam, nihil solvi praeter ius Doanae.

Per Falconem Notarium Thermarum.

---

(1) Quum A. R. S. 1256. Rex Manfredus ad venationem in Apuliam esset profectus, vidit Sipontum iam dirutam, novamque urbem, ne laboraret aëris malignitate, mille fere passibus longe a veteri Siponto, a fundamentis excitare sibi proposuit, atque a suo nomine Manfredoniam voluit adpellatam. Erigi ergo coepit nova Sipontus mense Aprili eiusdem anni, dum festum S. Georgii ageretur; ac demum anno 1258 omnes cives *Siponto*, et *Civitate* eorum se ipse Rex emigrare, atque ad Manfredoniam incolendam pergere iussit. Rem narrant Matthaeus Spinellius a Iuvenacio, Iohannes Bapt. Carrafa, Paulus Iovius, aliique, quos videre est apud Gabrielem Tontolium in *Memoriis Ecclesiae Sipontinae* n. IX. fol. 60.

Ad eam vero amplificandam, exornandamque plura ipse Manfredus excogitavit; ac praesertim novam officinam monetariam, cuius mentio in hac charta occurrit; dum a ceteris, quod sciam, scriptoribus praetermittitur. Carolus autem, Regno Nostro potitus, non modo eidem urbi nomen Manfredoniae abrogare conatus est, verum etiam Siclam ipsam Brundusium transferendam curavit: ubi postea anno 1281 *capitulum* promulgavit *de poena infligenda falsariis monetarum.* Quin etiam ibidem Siclam fuisse iam inde a temporibus Frederici II, eruere licet ab Riccardi de S. Germano *Chronico*, in quo ad ann. 1228 legitur: *Mense Januarii denarii novi Brundusii per Ursonem Castaldum in S. Germano dati sunt.*

(2) *Secreti*, ac *Vicesecreti* nomina tertio quoque verbo, ut aiunt, in hac chartarum serie occurrunt: licet ea, uti et alia quamplurima, in chartis extra Regnum Nostrum raro reperiantur. Constitutiones autem Frederici Lib. I. Tit. 61. praescribunt, *ut officium, quod per Regias Constitutiones, a Secreto exercebatur, Magistri Camerarii exerceant in futurum.* Ac propterea statuuntur nova munia Secreti, et Quaestoris: immo praescribitur *Justitiariis, Camerarii, Castellanis, et Baiulis, ut consilium, et auxilium eisdem impartiantur.* Vox autem *Secretus* Graecis barbaris scribitur Σεκρετος. Quid porro sit *Vicesecretus* intelligitur ibidem ex illa particula *per se, VEL PER ALIOS, quibus hoc specialiter destinant, se intromittere debeant.* Notandum est autem, quod Secreti saepe adpellentur *Dohanae de Secretis*, quasi *Magistri Dohanae de Secretis*, seu *a Secretis*, supple *negotiis*. V. plura apud Marinum Freccia *De subf.* L. I. fol. 30, et seqq.

Digitized by Google

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 44. N. 6.

1266. *Augusti* 31. *Indictione* 9. *Caroli I. anno II. S.Severini.*

Gaytus Pasinus, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Ursonis Minervi Magistri Massariarum in Capitanata (1), quae exscribuntur, restituit Leoni Abbati Monasterii Turris Maioris possessiones sitas in territorio S. Severi, et S.Andreae, quas ipse pro Curia detinebat.

Per Alexandrum Notarium S. Severini.

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 37. N. 16.

1266. *Septembris* 10. (*Indictione* 10.) *Caroli I.anno II.S.Quirici.*

Instrumentum, quo statuitur tempus, ac modus restitutionis quarumdam ovium cum fructibus inde perceptis, et percipiendis (*a*).

Per . . . .

---

(1) Vox *Massaria*, quae proprie *collectionem quamdam possessionum, ac praediorum* indigitat, raro apud exterarum gentium scriptores occurrit, sed frequentissime in chartis ad negotia nostri regni pertinentibus usurpatur. Ita sane in *Testamento Frederici Imperatoris* an. 1250 apud *Murat.*To.IX.col.663. Item statuimus, quod tota *Massaria nostra, quam habemus apud S. Nicolaum de Offi lo, omnesque proventus ipsius deputentur ad reparationem, et conservationem pontis ibi constructi, vel construendi.* Et in *Constit. Iacobi Reg.Sic. c.II* cavetur, ne quis *aliqua officia, et procurationes Massariarum Curiae recipere, et exercere cogatur invitus.* Adde Constit. Frederici c. 108.

Hinc munus Massarii, seu Masarii, seu etiam Magistri Massariarum Curiae (*V. Chron. Domin. de Gravina apud Murat.* R. I. S. Tom. XII. col. 5857.) facile intelligitur; est enim praecipue apud Italos idem ac *Villici*, aut potius *Administratoris*, seu *Dispensatoris*, quod vernaculo sermone dicimus *Massajo.* Ita apud *Murat.* R. I. S. *Tom. IX*, *col.* 552. *Synod. Pergamen.* An. 1311. *Chron. Parmens.* An. 1292. *ibid.* col. 823. At vero *Provisor Massariarum*, seu *Magister Massariorum*, is erat, qui Massarios ipsos minores regebat.

(a) Haec, et insequens membrana temporis iniuria partim quidem lacerae, partim fere deletae ad nostras manus devenerunt. Sensum aegre adsequuti sumus; edidimus autem, tum ne seriei perturbaremus integritatem, tum ut hoc quoque antiquitatibus patriis lumen afferretur. Profecto cuinam usui sint haec inservitura, in Praefatione monuimus.

Indictionem autem, quam heic adpinximus, non temere, sed ex ratione temporum, et sequentibus monumentis supplevimus. Novimus enim incipere a Kal. Septembris Indictionem, quam Diplomatici vocant *Constantinopolitanam*, de qua vide prae ceteris Chiffletium *Prolegom. ad Histor. Trenorchiensem*,

Digitized by Google

N. 8.

Olim Arca L. Fasciculus 25. N. 37.

1267. *Februarii* 6. *Indictione* 10. *Caroli I. anno II.* . . . . .

Notarius Bartholomaeus de Botonto, post aestimationem factam per peritos, vendit trabes, et tabulas Curiae, quae in Castro Pali adservabantur.

Per Leonardum Notarium Bari.

N. 9.

Olim Arca F. Fasciculus 18. N. 13.

1267. *Februarii* 24. *Indictione* 10. *Caroli I. anno II. Trani.*

Petente Freczario de Venusio transumuntur in formam publicam duo mandata Regia, et litterae Manfredi Malecti M. Camerarii, quibus indicitur Nicolao de Venusio, ut equitibus, ac peditibus custodiat palatium Regium, et defensas S. Gervasii (*b*).

Per Leucium Notarium Trani.

Tournum pag. 252, et 255, et Mabillonium *de Re Diplom.* Lib. II, cap. 24, n. 3, pag. 186, Neapoli 1789. Hae autem uti solebant nostrates, ut passim ex nostro Syllabo perspicies, et iamdiu docuerat P. de Meo *Apparato Cronologico* cap. 1, art. 5, pag. 18. Id porro an semper fuerit servatum, mox discutiemus.

(b) Duo praesertim ad huius monumenti elucidationem edisserenda forent: I. quid sibi velit *transumere in formam publicam*: II. quodnam fuerit munus M. Camerarii, et an ad ipsum pertinuerit cura Palatii Regii, ac *Defensarum* Curiae. At enim horum alterum apud rei diplomaticae tractatores frequentissimum est. V. prae ceteris Mabil. *de Re Diplomatica* Tom. I. Lib. I. cap. 7. pag. 26. Paris 1789. Atque huiusmodi *transumta* adcurate sunt expendenda, ex his enim innumera conficta sunt monumenta, quae diu multumque fidem apud ignaros sibi vindicarunt.

Quoad alterum vero satis liquet Magni Camerarii munus esse non solum Regias opes, publicumque aerarium administrare; sed etiam curare, quidnam ad Palatiorum, hospitiorumque Regalium custodiam expenderetur, et an rite *defensae*, seu pascua Curiae defenderentur. V. Marinum Freccia *de Subfeudis* L. I. *de Offic.* M. Cam. n. 2. f. 30. *Camerarius potest appellari etiam Comes Rerum Privatarum, quatenus gubernat res Principis privatas, ut in L. tertia, et ibi per Lucam de Penna C. de Bonis vacantibus Lib. X, et in L. prima C. de Comitibus rer. priv. . . . . . Posset etiam nuncupari Comes Sacri Palatii, quatenus praepositus est conservationi, et ornamento Regalis Palatii, ut L. unica de Comitibus, et Tribunis Scholarum. L. XII, et ibi per Lucam de Penna, et Iacobum Rebuffum.*

Digitized by Google

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 17. N. 3.

1267. *Augusti 24. Indictione 10. Caroli I. anno III. Bari.*

Portulani Bari, ut exsequantur mandatum Regium denunciatum per litteras Nicolai Frecziae Secreti Apuliae, permittunt Balduino Magistro Templario exportare e portu Bari quaedam victualia ad subsidium Terrae Sanctae, vectigalis, quod *ius exiturae* dicitur (1), immunia.

Per Iacobum Bertonium Notarium Bari.

FASCICULUS II.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 33. N. 20.

1267. *Augusti 26. Indictione 10. Caroli I. anno II. Bari.*

Portulani Bari, ut exsequantur mandatum Nicolai Frecziae Secreti Apuliae, permittunt quibusdam Magistris Templariis exportare e portu Bari victualia nominatim indicata, ad subsidium Terrae Sanctae, vectigalis, quod *ius exiturae* dicitur, immunia.

Per Leonem Notarium Bari.

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 7. N. 1.

1267. *Septembris 6. Indictione 10. Caroli I. anno II. Valentiani.*

Raynaldus de Riso Vicesecretus Curiae in Terra Bari, post subhastationem, et fideiussionem, locat Nicolao Reo, et Iohanni de Feliciò, unciis auri 12 ponderis generalis, cabellam Baiulationis Valentiani cum iuribus suis.

Per Antonium Notarium Bari.

---

(1) *Exiturae ius* in Regno nostro perantiquum videtur: siquidem hoc memorat Charta Rogerii Ducis Apuliae pro Mon. Cavensi an. 1092. *Praedictum vero Monasterium mercimonia sua absque omni datione, solutione, seu EXITURA libere vendat.* Postea an. 1285 apud Raynaldum n. 39. *Liceat cuilibet frumentum, et alia blada sine iure EXITURAE.... deferre.* Quod autem medii aevi Latinitas EXITURAM, id sequior Graecitas ΕΞΙΤΗΡΙΟΝ nuncupare consuevit. Quam frequenter vero huiusmodi vectigalis immunitas a nostris Regibus fuerit concessa, heic, et alibi facile deprehendere licet.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 49. N. 9.

1267. Septembris 15. Indictione 10. Caroli I. anno IV. Caurati.

Robertus Miliota, ut exsequatur mandatum Barnabae de Riso Vicesecreti Bari, quod excribitur, post subhastationem, et fideiussionem, locat Sammario de Bartholomaeo, unciis auri 68 ad grossum pondus Curiae (1), cabellam Caurati cum suis iuribus, praeter *demania*, *morticia*, *et excadentias* (2).

Per Alexandrum Notarium Caurati.

---

(1) Quid fuerit uncia *ad grossum pondus*, seu *grossi ponderis Curie*, nemo, quod sciam, hactenus explanavit.

Salvator Fuscus mihi amicitia devinctissimus, ac de Re nostri Regni Numismatica optime meritus in sua *Dissertazione su di una moneta del Re Ruggieri detta ducato* cap. III. n. 1. p. 21. docuit Andegavensium Regum temporibus ad cudendos argenteos numos duplex in officina monetaria extitisse *marcum*: alterum scilicet, quod dicebatur *marcum generale*, seu *argenti*, alterum, quod *marcum Sicle* adpellabatur. Quod pertinet autem ad aurum, duplex quoque adfuit *auri uncia*, altera *ad pondus generale Regni*, seu *ad pondus Curie generale*, seu *ad legitimum pondus Apulee*, altera *ad parvum pondus Curie*, seu *minoris ponderis*. Illud pondus universo Regno commune fuit, et ab auri libra recto deducebatur; hoc autem tantum in Curia, et in solvendis *gagiis*, seu salariis locum obtinebat. Erat enim hoc parvum pondus quaedam pecuniae imminutio, qua decima pars statutae mercedis auferebatur: uti et Dominicus Diodatus novisse videtur e quodam monumento edito in sua *Illustrazione delle monete nominate nelle nostre constituzioni*, quae extat inter acta Academiae Neapolitanae an. 1788. q. 328. Consulo Fuscum, ibidem cap. I pag. 14. ubi etiam refellit nostrum Forges Davanzatium, qui temere in contrariam abierat sententiam.

Quae quum ita se habeant, autumo *grossum pondus Curie* idem esse ac *generale*. Enimvero in chartis duo tantum pondera occurrunt scilicet *pondus Curie generale*, et *parvum pondus Curie*. Quare si *Curie* haec solummodo pondera adscribuntur, *grossum pondus* ad alterutrum pertineat, oportet. At non ad *parvum* referri potest, nam repugnaret nomen barbaricum quidem, sed notissimum *grossum*. Igitur *generale* idem est, ac *grossum*. Praeterea locationes omnes Cabellarum, quae innumerae pene sunt, unciis auri ad *generale pondus*, et non ad aliud aestimantur. Ergo et ubi locatio Cabellae ad *grossum pondus* memoratur, nihil aliud, nisi *generale* intelligendum est.

(2) *Cabella Bajulationis* (de qua vide *Epist. Panormit. od Martinum PP. IV. in Chron. Sic. apud Marten, Tom. III. Anecd. col.* 36. *Constit. Sic. Tit.* 56. *et* 59. §. 1. *Rocchum Pirrum p.* 174. *ex Diplom. Martini Regis*, *et Statuta Mss. Caroli I. Regis Siciliae c.* 49. 50.) in Regno nostro iura latissime patentia obtinebat. Ea dicta est a *baiulando*, nam antea Cabellae *baiulationis* nomine intelligebantur vectigalia earum rerum tantum, quae in aliquam urbem immittebantur. Sequiori tamen aevo *Baiulatio* omnium vecti-

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 12. N. 12.

1267. *Novembris* 22. *Indictione* 10. *Caroli I. anno IV. Fogiae.*

Nicolaus Freczia Secretus Apuliae, ut, ex mandato Regio, restituat Monasterio S. Mariae in Gualdo fructus Piscariae in Pantano Barani, indebite a Curia perceptos; redigere facit in formam publicam instrumentum restitutionis eiusdem Piscariae, quod ex alio mandato Regio, et inquisitione facta declarabat, Piscariam ipsam iniuste a Manfredo Malecto fautore Manfredi Principis Tarentini (1) fuisse usurpatam.

Per Leonardum de Angelo Notarium Fogiae.

---

galium summam secum tulit, ut liquet ex chartis, quas deinceps edemus, ac praesertim ex instrumento rogato Rossani anno 1307. 31. Augusti Ind. V. Caroli II. anno 23. cuius verba haec sunt: *Iura omnia redditus et proventus baiulationis dicte civitatis Rossani dicti anni quinte indictionis cum Banco iustitie penis contemptarum assisiarum bannis et penis iuste impositis, et contemptis. Iura censualium hominum Longobardi. Iura macelli planculi. Iura tinturie cum doma et stuppa. Iura molendinorum Curie sistentium in flumaria Celadi et Columpnati. Iura perciaperii Censualium Ecclesiarum. Iura herbagii et glandagii foreste et alterius tenimenti.* Simile pariter edemus an. 1307. 30. Septembris.

A locatione huius Cabellae modo separantur, modo non, *demania*, *morticia*, et *excadentiae*. *Demaniorum*, seu *domaniorum* nomen, vulgarem et notissimam habet significationem. *Morticia* vero, seu *mortitia* sunt proprie *Caduca*, seu *Iura Caduci*, ut in *Constit. Sic.* Lib. I. tit. 84. et in Charta Tancredi Comitis Lycii an. 1185. apud Ughellium Tom. IX. pag. 67. *et aquarum iuxta eum qui ex parte morticii ad nostras pervenit manus et quidquid mortitii habemus in terricellis iuxta ecclesiam.*

Excadentiae, demum sunt, ut ait Tappia *Comment. in Constit.* 86. Lib. II. pag. 177. *bona vacantia, quorum vel dominus non reperitur, vel in quibus successor aliquis non adest.* Bulla Alexandri PP. IV. anni 1255. in Regesto Vatic. Lib. I. Epist. 574. *Cum igitur intendamus ad presens eidem nobili in Regno Sicilie de aliquibus bonis ad demanium seu excadentias Curias pertinentibus...... providere* etc. Hac quoque notione hae voces usurpantur, et ita coniunguntur, ut propemodum unum quid constituere videantur, in *Constit. Sic.* Lib. I. tit 84. et 85. L. 3 Tit. 5. necnon in Diplomate Constantiae Imperatricis apud Rocchum Pirrum Tom. I. pag. 131.

Quam ob rem merito Fredericus anno 1239. scripsit R. de Polcara Magistro Procuratori *de omnibus demaniis, morticiis, excadentiis......duplices Quaterniones fieri facias, unum sub sigillo tuo nostrae Curie transmittendum, et alium apud te retinendum.* Vide Regestum Frederici pag. 236. edit. a Viro Cl. Caietano Carcani *Neapoli* 1786. Quod autem huiusmodi cura Procuratoribus Curiae peculiariter fuerit demandata, habes etiam in *Constit. Frederici* L. I. Tit. 87. pag. 86. et sequ.

(1) Ne mireris, lector, Manfredo nullum alium titulum, nisi Principis Tarentini, heic adtribui. Ei siquidem Fredericus, in suo testamento concessit

N. 5.

Olim Arca B. Fasciculus 57. N. 4.

1268. *Ianuarii* 1. *Indictione* 12. (1) *Caroli I. anno IV. S. Marci.*

Notarius Petronus de S. Georgio, ut exsequatur mandatum

[illegible] Principatum Tarenti cum [illegible] Montis Caveosi, Tricarici, [illegible], et Montis S. Angeli [illegible] e [illegible], ut haec omnia a [illegible], [illegible] et [illegible]. V. [illegible] *Dipl.* T. II. pag. 910. Deinde [illegible] inter ipsum, et [illegible] simultatem [illegible] Principatum Tarentinum, [illegible] pluribus incommodis, obnoxium [illegible]. Nimirum Conradus [illegible] homines Tarenti immodicum sibi solvere vectigal, et remoto inde Manfredi [illegible] [illegible]. Praeterea arreptis identidem occasionibus [illegible], [illegible] imperio [illegible], eiusque etiam [illegible] e Neapolitano regno [illegible]. V. *Anonymum de Rebus Corradi, Manfredi, et Corradini* et Capecelatrum *Hist.* P. III. L. I. [illegible] se habent [illegible] Carolum [illegible] Manfredum, uti tantummodo [illegible] Tarentinum [illegible] ac [illegible] reliqua, quae [illegible], [illegible] praetereunda putarunt.

(1) *Saepius in concilianda Indictione cum annis Imperatorum, aut Pontificum multae occurrunt ambuges, ne quis ob [illegible] Indictionis vitium litteris alias validissimis falsi crimen facilius affingat*: monuit opportune Ioannes Mabillonius *De Re Dipl.* Lib. VI. cap. I. pag. 632. *Neapoli* 1789. Immo Indictionem Constantinopolitanam ab Italis scriptoribus non semper adhibitam fuisse, exemplis evincere nititur tum ibi, tum Lib. VI. [illegible] pag. 462. Id autem non arridet Chronologo nostro [illegible] P. de Meo, qui aperte [illegible] Indictionem tantummodo Constantinopolitanam in [illegible] praesertim regionibus [illegible] obtinuisse; et suo more e tripode pronunciat in *Apparatu Chronologico* cap. I. art. 5 pag. 18: *questa sola [illegible] ne nostri Annali, e se altrimenti si trovasse, è certa impostura, o numero guasto.* Quapropter [illegible] statuerat Muratorius in Diss. XXXIV. [illegible] potius sequitur P. [illegible], qui dum chartam S. Leonis IX. anni 1050 vellet inter spurias [illegible] anno 5[illegible]8 [illegible] XIII. nullam [illegible] Dio[illegible] a [illegible].

Iam vero [illegible] *del nostro Regno non [illegible] diversamente, [illegible] città medesima non solo diversi Scrittori, ma a capriccio un notaio stesso notava gli anni, prendendoli ora dal Gennaio, ora dal Marzo precedente, ora dal [illegible] Settembre, ora dal Marzo seguente, ed ora dal Settembre [illegible]; e questo senza darne [illegible] segno. Tanta varietà è [illegible] nostri regno fin quasi a tempi nostri, [illegible] a tempi [illegible] Lemis, [illegible] si [illegible] a [illegible] Pecomenti [illegible]* Tom. I. [illegible] de *Con[illegible] et [illegible] Pr[illegible]m VII* [illegible] ita sint, ubi Indictio ab anno [illegible] [illegible] hac charta [illegible] falsum [illegible] erroneum tibi [illegible]; sed aut [illegible] Indictionem [illegible] Constantinopolitanam, aut annos ab [illegible] [illegible] existimes.

Riccardi de Turiono de Nuceria Vicesecreti, et Magistri Portulani Calabriae, post subhastationem, et fidriussionem, locat Nicolao Veritricio unciis auri 112 ponderis generalis, cabellam baiulationis S. Marci cum iuribus suis.

Per Iohannem de Clisto olim Notarium S. Marci.

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 30. N. 12.

1268. *Ianuarii* 10 *Indictione* 11. *Caroli I. anno III.* (sic) *Sorae.*

Transumitur in formam publicam Apocha Guilielmi de S. Iuliano Iustitiarii Aprutii, quae declarat solutas fuisse per Riccardum de Litiardo uncias auri 20, debitas Curiae ob mutuum Universitati Francavillae impositum.

Per Iohannem Notarium Sorae.

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 27. N. 1.

1268. *Decembris* 29. *Indictione* 12. *Caroli I. anno IV. Briatici.*

Notarius Filianus, ut exsequatur Mandatum Riccardi Tironis Vicesecreti Calabriae, post subhastationem, et fideiussionem locat Iohanni de Chelandara, et Iacobo de Artumano uncias auri 17 ponderis generalis, cabellam baiulationis Briatici cum iuribus suis.

Per Nicolaum de Cessante Notarium Briatici.

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 59 N. 10.

1269. *Ianuarii* 7. *Indictione* 12. *Caroli I. anno IV. Turri maris.*

Leo Scalensis de Venusio hactenus Magister Massariarum Hydronti conficit inventarium bonorum tam mobilium, tam stabilium, quae in Massaria Curiae Girofalci inveniuntur (1), eaque tradit Matthaeo de Abaylardo successori suo.

Per Stephanum Notarium Turris maris.

---

(1) Inventa[illegible] q[illegible] su[illegible]mae he[illegible] lecto[illegible] Benevol[illegible], [illegible] ex[illegible] [illegible] lucem [illegible] dubi[illegible] [illegible] in glos[illegible] de[illegible]erantur. R[illegible] ne[illegible] [illegible] ex [illegible] [illegible] pret[illegible] [illegible] tant[illegible] notitias ex quas [illegible] haec monumenta expendat, et perlegat.

N. 9.

Olim Arca A. Fasciculus * N. 10.

1269. *Ianuarii* 11. *Indictione* 12. *Caroli I. anno IV. Castellaneti.*

Leo Scalensis de Venusio hactenus Magister Massariarum Hydronti (1), ut exsequatur mandatum Regium, tradit Matthaeo de Abaylardo successori suo, morticia, et excadentias nominatim memoratas.

Per Leonem Notarium Castellaneti.

N. 10.

Olim Arca H. Fasciculus 85. N. 17

1269. *Februarii* 2. *Indictione* 11. *Caroli I anno V.* (sic) *Brundusii.*

Leo Scalensis hactenus Magister Massariarum Curiae in terra Hydronti, ut exsequatur mandatum Regium, tradit Matthaeo de Abaylardo successori suo demania, morticia, et excadentias nominatim memoratas.

Per Leonardum Notarium Brundusii.

FASCICULUS III.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 12. N. 17.

1269. *Martii* 10. *Indictione* 12. *Caroli I. anno IV. Precinae.*

Bartholomaeus de Precina hactenus Massarius Curiae, conficit inventarium bonorum Curiae tam mobilium, quam stabilium, quae in Massaria Curiae Bissilleti inveniuntur, eaque tradit Goffrido de Sponte successori suo.

Per Laurentium Notarium Precinae.

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 2. N. 8.

1269. *Iunii* 13 *Indictione* 12. *Caroli I. anno IV. Fogiae.*

Procuratores Curiae, ut exequantur mandatum Regium de-

(1) Ita [illegible] quasi *Hydruntum*, vel *Hydruntem* [illegible]

nunciatum per litteras Matthaei Rufuli Secreti, et Portulani Apuliae (1), restituunt Salomeae de Fogia quemdam Centimulum (2), quem ipsi pro Curia detinebant.

Per Guidonem Notarium Fogiae.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 54. N. 16.

[illegible] *Augusti* 13 *Indictione* 12. *Caroli I. anno V. Altamurae.*

Nicolaus Nicolai, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Matthaei Rufuli Secreti, et Portulani Apuliae, quae [illegible], inquirit, an Archipresbyter Altamurae, eiusque

---

(1) Magister Portulanus, qui etiam Liminarcha, et Portuzanus ab Anonymo *de rebus gestis Manfredi, et Corradi* adpellari solet, *ille est, qui dat licentiam, ut naves a portu discedant, et ob id constitutus est*. Ita Marinus Freccia *de Subfeud.* Lib. I. pag. 28. n. 11. Porro caussas [illegible] institutum, invenies ab eodem Scriptore [illegible] exposit[illegible]. At Ioannes Antonius de Nigris in cap. *in primis* fuse describit munera, et adtributiones Portulanorum.

Etsi vero ad Secretum propriae pertineret cura iurium fiscalium, et *officium Magistri Portulani intromitteret se circa extractionem victualium et aliarum rerum*, uti eruimus ex *Capitul.* II. Car. I. [illegible] munera Secreti, et Portulani eodem reciderunt et uni eidemque [illegible] sunt, ut monet Tappia *Comment. in Constit.* pag. 181. [illegible] in membranis hisce nostris saepe servatum animadvertimus. Vide [illegible] Chartam Caroli II, anni 1289, 22 Augusti. Indict. V. [illegible]

(2) Istud quoque vocabulum, quod et hodie [illegible] stri Regni Latinitatem referendum videtur. Novimus [illegible] *Statutis pro Regni Neapolitani incolis* an. 1285. apud [illegible] scripsisse: *subofficiales non capiant animalia deputata ad* [illegible]. Quid autem sibi vellet id nominis, paullo ante declaraverat [illegible] *deputata Molendinis, quae Centimuli vulgariter* [illegible] non idem [illegible], eruimus e Petr[illegible] *Molendino* [illegible] *sub* [illegible] *nunc Centimolum* [illegible] *quae tunc* [illegible] *Molendinis* [illegible] [illegible] videtur a Molendino Centimolum, quod [illegible] complectatur [illegible] quem alib[illegible] *lum*, vel quod *Mole* [illegible] *de equis* [illegible] bari [illegible] etymo[illegible] [illegible]

praedecessores consueverint ibi percipere decimas (1) baiulationis, ac terragii (2).

Per Iacobum Notarium Altamurae.

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 11. N. 5.

1269. *Augusti* 15. *Indictione* 12. *Caroli I. anno V. Fogiae.*

Distributores novae Denariorum monetae, ut exsequantur mandatum Regium, quod exscribitur, et beneplacitum Civitatis Fogiae, non exigunt ab ipsa uncias auri 117, tarenos 25, et granos 10, exigendos pro novae pecuniae distributione (2); sed eos

---

(1) Fredericus Ecclesiasticis obsequens statutis mandavit in Constit. Lib. I. Tit. 7. *Officialibus universis et singulis.....ut decimas integre, prout regis Guillelmi tempore consuevit, et praedecessoris, ab antecessoribus officialibus, et [illegible] exsolutae fuerunt locorum Praelatis, exsolvere absque omni difficultate [illegible]* Carolo autem I. nondum mortuo, eius Primogenitus eadem statuit De Decimis in *Capitulis* I. et II., quae in planitie S. Martini promulgavit, et hoc insuper addidit, ut Barones etiam iis decimis persolvendis obstringerentur. Eadem fere leguntur in *Cap.* XXVIII. eiusdem Regis, quod est inter ea, quae Carolus I. edidit Fani 1269.

Ex his intelligitur, quare saepe in hac membranarum συλλογῇ committatur officialibus inquisitio *De Decimis Ecclesiasticis*, ut si Episcopi, Abbates, Canonici, Archipresbyteri etc. eas iamdudum percepissent, antiquo iure in possessione [illegible] destituerentur.

(2) Inter complures *terragii* significationes ea huc pertinet, vectigal nempe, quod a colonis exigitur nomine terrae, et agri, quem colunt. V. prae ceteris Alexandri PP. III. Epist. 48. Hoc sensu adhibetur etiam *Agrarium*, *[illegible] terrageum, terregium*, *terrageria*, ac praesertim *terraticum*. [illegible] Regni *herbagium*, *herbagia*, *herbarium*, et *herbaticum* [illegible] et vectigal, quod pro herbis exigitur, indigitant.

(3) [illegible] Regesto an. 1269. C. fol. 104. docuerat Carolum [illegible] anno [illegible] Novembris Augustales, et medios Augustales [illegible], et substituisse eisdem Regales, et medios Regales. Vide [illegible] *de Confic. Inst.*, p. 94. et seq. At vero quum Diploma [illegible] loco citato, assentior potius Cl. Fusco, qui eruit ex monumento nostri Archivi sign. 1280, C. fol. [illegible] quod primus edidit in *Append.* [illegible] p. [illegible] et seq. [illegible] exordio regni, nempe ab anno [illegible] 10 Indict., in Sicla Brundusii fuisse inceptum. Idem etiam [illegible] pro Sicla Messanae, et reapse fuisse effectum eruimus ex [illegible] A. fol. [illegible].

At [illegible], [illegible] mentio hic, et frequentissime in posterum occurret, [illegible] Regales, neque ad medios Regales, sed ad DENARIOS pertinet. [illegible] DENARII [illegible] nummi [illegible] III. librae *ad numerum* di[illegible] pro [illegible] Pondus [illegible] erat moneta fictitia, quae valebat XX. solidos. Solidus vero et ipse erat nummus fictitius, et valebat DENA-

cedunt nonnullis eiusdem Civibus, quibus Regia Curia maiorem pecuniae summam debebat.

Per Iohannem Guidonem Notarium Fogiae.

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 33. N. 17.

1269. *Augusti* 31. *Indictione* 12. *Caroli I. anno IV.* (sic) *Caietae.*

Iudex, et Notarius declarant Notarium Marinum de Dodo mortuum fuisse Caietae ad scribendum in quaternis introitum diversorum iurium, quae singillatim memorantur.

Per Iacobum Notarium Caietae.

N 6.

Olim Arca A. Fasciculus 37. N. 14.

1269. *Octobris* 3. *Indictione* 13. *Caroli I. anno V. Melphiae.*

Rex, pro damnis Serrae Capriolae illatis a Saracenis Luceriae, mandat Distributoribus novae Denariorum monetae, ut imminuta generali subventione ab distributione Denariorum etiam adimant uncias auri 15, et tarenos 7 $\frac{1}{2}$ (1).

RIIS XII. Propterea Carolus exigebat unciam auri unam, et pro ea distribuebat DCCXX DENARIOS. Quivis autem DENARIUS pondus habebat granorum circiter XVII, eiusque *Liga* erat haec, uti colligitur ex Reg. sign. 1269. fol. 23. (haec charta data est mense Martii XIII. Ind. [illegible] anno 1270): ut DENARIORUM libra *ad pondus* constaret ex gran[illegible] CL [illegible], atque ex unciis XI, granisque CCCCL. aeris: atque ex huiusmodi libra [illegible] DENARII CCCCXX. Itaque valor materiae, quam Rex in h[illegible] novae distributione exhibebat, longe inferior invenitur, quam uncia auri [illegible] uncia auri valebat V Florenos seu IV. Augustales qui c[illegible] si circiter C acinos: ita ut D grani unciam auri aequarent. [illegible] quem deduxi ex Numismaticis nostri Regni ακριβεστερον. Porro quam iniquo animo huiusmodi impositionem tulerint subditi colligi potest ex Barth[illegible] castro apud Murator. S. R. I. Tom. XIII. col. 16[illegible]6. et Bernard. de Sc[illegible] talaun. VI. 6. vide etiam Dominicum Sclavum *spiegazione del tar[illegible]* p. 255, et Gabrielem Lancillottum. *Mem[illegible] delle zecche del Regn[illegible]* p. 336 T. XVI. *Raccolta di opuscoli di autori Siciliani.* [illegible] bis erit in tot quaestionibus adeo implicatis a veritate [illegible]; [illegible] illud Menandri monostichon

Τα πολλα τολμας [illegible] αμαρτανεις.

Audere multa, mult[illegible] [illegible] f[illegible]t.

(1) Plura sunt, quae ex h[illegible] [illegible] Denariorum librae pro una [illegible] II (quod distributio [illegible] fieret in qualibet Universitate respectu generalis Subventionis, ut hac [illegible]

N. 7.

Olim Arca A. Fasciculus * N. 13.

1269. *Novembris* 10. *Indictione* 13. *Caroli I. anno V.* (*Civitellae*).

Iudex Raynaldus de Civitella, ut exsequatur mandatum, quod exscribitur, Iudicis Petri de Aversa, cui munus erat locandi iura Curiae in Aprutio, post subhastationem, et fideiussionem confirmat Raynaldum Prepositi in locatione Cabellae baiulationis Castri Civitellae pro unciis auri 4. ponderis generalis.

Per Bartholomaeum Morici Notarium Civitellae.

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 60. N. 14.

1269. *Novembris* 18. *Indictione* 13. *Caroli I. anno V. Neapoli.*

Secreti Principatus, Terrae Laboris, et Aprutii, post subhastationem, et fideiussionem, locant Gargano Buccatorcio, et Christophoro Buccamusco Cabellam Apothecarum Curiae (1) Neapolis pro unciis auri 169 ponderis generalis.

Per Petrum Boniseculum Notarium Neapolis.

---

nuta, vel aucta, ea quoque augeretur, vel imminueretur: III Quod pro unaquaque uncia generalis Subventionis exigeretur distributio tantummodo tarenorum VIII., et totidem granorum: IV Quod ea tempestate generalis Subventio iam locum obtinuerat: V Quod Curia quotannis constitueret Inspectores in unaquaque provincia, qui inquirerent de Terris *aggravatis*, *et alleviatis*, seu leviori impositione pressis: VI Quod denique Saraceni Luceriam incolentes in agros, urbesque propinquas excurrerent, et vastitatem suo more adferrent. Porro de huiusce distributoribus novae Denariorum monetae legendum est mandatum Caroli I. Reg. sign. 1269. B. fol. 124. a t.; ubi, postquam datae sunt regulae ad distributionem peragendam, subditur: *Nomina vero et cognomina singulorum distributorum ipsorum prout statuti fuerint et fideiussorum ab eis scribendorum statim camerae nostrae et Magistris rationalibus magne nostrae Curie intimetis. et ecce quod singulis Iustitiariis provinciarum ipsarum per patentes litteras nostras iniungimus, ut eisdem distributoribus ad distribuendum monetam predictam et ad recolligendum precium pro eadem adsistere debeant ad requisitionem earum ope favore consilio et auxilio opportunis. Datum in obsidione Lucerie decimo septimo Iulii 12. indictionis.* Quin etiam ibi in praecedenti pagina Carolus mandat omnibus officialibus, ut Distributoribus ipsis ad munus rite obeundum opituleutur. Praeterea electio syndicorum ab Universitatibus exhibenda pro ea Distributione invenitur in Reg.sign. 1269. A. f. 10. Specimen denique Distributionis in Iustitiariatu Bari pro anno 1275. haberi poterit in Reg. sign. 1281. B. f. 239. quod quidem documentum edidit Forges Davanzatius *Dissert. de Uxor. Manfredi* pag. 74.

(1) Voces *Apotheca*, et *Pothecа* a Graeca Ἀποθήκη in chartas medii aevi Italicas frequentissime defluxit. V. *Constit. Sic.* Lib. III. tit. 34. §. 3. et Ughell.

N. 9.

Olim Arca H. Fasciculus 68. N. 10.

1269. *Novembris* 18. *Indictione* 13. *Caroli I. anno V. Anglonae.*

Filardus Gactula, ut exsequatur mandatum Ursonis Rufuli, et Petri Carrelli Panecteriorum (1), Secretorum, et Portulanorum Principatus, Terrae Laboris, et Aprutii, post subhastationem, et fideiussionem locat Cabellam Terrae Castaneae Nicolao de Venafro sub conditionibus recensitis pro tarenis auri 23, et granis auri 10 ponderis generalis.

Per Stephanum Notarium Anglonae.

Ital. Sacr. T. III. p. 400. 404. 417. Neque eae indicant tantummodo *pharmacopolium*, ut censuit Fr. Lindebrogius in *Glossario h. v.* sed quodlibet promptuarium, ubi merces elaborantur, aut adservantur, aut venduntur. Hoc scilicet sensu frequentissime occurrunt in Chartis Archivi Cavensis: ubi interdum *Apothecae Civitatis Neapolis* memorantur. V. *Lib. Cens.* Char. XI. XIV. XVII. XV. et alibi. Quin etiam in membrana πολυθρυλλητου Archivi S. Sebastiani scripta sub *Michele, et Andronio, atque Constantio Porfirogenito magnis Imperatoribus anno octabo die vigesima mensis novembris inditione quartadecima Neapoli*, Sergii Consules, et Duces patruus nempe, et fratris filius, concedunt Monasterio S. Salvatoris Insulae Maris Ecclesiam S. Antonii sitam Pausilypi *cum omnibus cellis habitationibus suis cuntisque domibus et Ipotheeis.....Ipothecas facere, et habere ante ipsas domos*, ubi liquido patet *Ipothecam* pro *Apotheca* usurpari.

At vero *Apotheca Curiae* heic idem non sonat, ac *Apotheca Regia* in Oper. S. Bernard. T. II. col. 1346 B. *edit.* 1690, *ubi agitur de canonis. huius Sancti*: ibi enim intelligi crediderim *thecam*, in qua Rex λειψανα Sanctorum adservabat. At *Apothecae Curiae* in nostra hac Μητροπολει erant quaedam officinae Regiae mercibus vendendis addictae, quas Secreti *nomine Curiae* locabant, dabantque ius vendendi ibidem merces; quae fortasse ab aliis vendi non poterant, nisi ad certam quamdam inde distantiam, ut plures emtores ad *Apothecam Curiae* confluerent. Quum autem plurimae essent huiusmodi officinae, earumque pretium posset temporum ratione augeri, et imminui; idcirco more Cabellarum locantur *Apotheeae curiae cum iuribus suis.* Quin etiam paullo post legitur charta, qua Index, et Notarius declarant, quasdam *Curiae Apothecas* fuisse ex mandato regio habitatas, ac propterea nihil ex eis percepisse Regios Cabellotos. *Petegarii* autem in Regesto Friderici p. 357 *Neapoli* 1786 memorantur, sed ad alium pertinent sensum.

(1) Hanc quoque vocem chartis nostri Regni debemus, pro qua alibi *Panetarius*, *Paneterius*, *Panistarius*, et *Panitarius* dicebatur; cuiusmodi officium describitur in *Gestis Guillelmi Maioris Episcopi Andegavensis* cap. 23. Non modo autem inter officiales Ecclesiarum Gallicarum, et praecipue in chartis Ecclesiae Antici ensis an. 1312, Remensis, Lugdunensis etc. sed etiam in Aula Regum Franciae haec dignitas magna fuit; et Panitarius Franciae, et Magister Panetarius Franciae memorantur. Vide *Arestum anni* 1439 *descri-*

Digitized by Google

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 17. N. 12.

1269. *Novembris* 18. *Indict.* 13. *Caroli I. anno V. Castro-Speltore*,

Petrus de Aversa, ut exsequatur mandatum Ursonis Rufuli, et Petri Carrelli Secretorum Principatus, Terrae Laboris, et Aprutii, post subhastationem, et fideiussionem locat Petro Dominici Cabellam Castri-Speltoris, pro unciis auri 30 ponderis generalis.

Per Nicolaum Notarium Castri-Speltoris.

FASCICULUS IV.

N. 1.

Olim Arca K. Fasciculus 43. num. 4.

(1268.) (*) *Decembris* 16. *Indictione* 12. *Caroli I.* (*anno V.*)

Rex fatetur fuisse solutas uncias auri quinquaginta a Gonsalvo Garsiae Thesaurario suo ad emendum equum (1).

---

ptum in histor. Castilionensi pag. 235. Paneterius habebat *cognitionem, correctionem, punitionem, et emendas, erogandique ad pios usus panem minus sufficientem repertum.* (in aliis paneteriis pubblicis); *uti est in Aresto* 1333 *descripto in hist. Monmorenciaca* p. 373. Autumo in regno nostro huiusmodi officialem M. Camerario subiectum fuisse, quum hic fuerit *supremus omnium procuratorum fiscalium, Magistrorum Portulanorum, Secretorum, Magistrorum Camerariorum, Dohaneriorum, Aerariorum, et omnium quorumquumque introitus, iura, redditus, cabellas, et fisci obventiones percipientium, a quibus ipse percipiebat rationem.* Mar. Freccia *de subfeud.* lib. 1. cap. 9. pag. 30. a t.

(*) Parenthesis, qua annus Aerae Vulgaris concluditur, satis tibi, lector, indicat eum esse suppletum: quod quidem facile factu agnoscis. Quum enim Carolus in toto suo Regno semel in XII. Indictionem inciderit, scilicet a Sept. 1268 ad 1269 (nam in altera a Sept. 1283 ad 1284 Carolus F. Primogenitus heic imperabat), atque haec in membrana signetur; luculenter eruimus alium annum non posse adpingi. Sic quoque saepe factitabimus, uti in chartulis sequentibus conspicies: quippe in Apochis, et Mandatis *solutionum*, quae quodammodo ταχυτερως exarabantur, multae formulae, et interdum ipsa quoque Indictio, et annus Regni omittebantur; ac solummodo Mensis, Diesque memorari solebant. Unum vero in refingendis hisce epochis timemus, ne Scriptor in adponenda Indictione ea libertate usus fuerit, cuius paullo ante meminimus: tunc enim ad annum praecedentem, vel subsequentem pertinere poterunt membranae. Ad rem facit, quod scripsit Maximus Tyrius: χαλεπον εὑρειν λογον ἀληθη, *Diss.* III. in princ.

Aduota etiam hoc cum tribus aliis insequentibus monumentis, quae et indicatione anni carebant, veluti reiectanea olim fuisse e sua sede exturbata, ad quam in praesenti revocantur. Quare ordinem chronologicum cernis tantisper abruptum, ut ea huc insererentur, quae iamdiu fuerant avulsa.

(1) Haec utique membrana peculiari animadversione digna videtur, quippe quae Gallice, seu potius Narbonensi idiomate conscripta est: cuiusmodi

Digitized by Google

N. 2.

Olim Arca B. Fasciculus 49. num. 15.

(1269.) *Februarii 4. Indictione 12. Caroli I. anno V.*

Rex mandat Secreto Apuliae, ut solvat incolis Baroli singillatim recensitis salaria, seu expensas ob moram in portu Baroli sub Carmayno de Grifo, olim Magistro Portulano Apuliae.

N. 3.

Olim Arca H. Fasciculus 15. n. 8.

(1269.) *Junii 4. Indictione 12.* (*Caroli I. anno V.*) *Neapoli.*

Rex mandat Prothoncino (1) Neapolis, et Gualterio de Silvio

---

sunt aliae quae signantur in fasciculis sequentibus. Quum enim Carolus non multo ante e Provincia huc venisset, ac secum scriptores adtulisset patrii tantummodo Sermonis peritos; per hos nonnullas edidit Apochas, ac Mandata solutionum, quae Latinam Linguam non praeseferunt; ac propterea ceteris rariora, ac pretiosiora videntur. Ut autem os perpetuo occludatur nonnullis Diplomaticis nostratibus, qui docent Carolum, simul ac Neapoli potitus est, numquam prorsus in chartis *Cancellariae* patrium adhibuisse sermonem; non me piget totum hoc documentum, alioqui non longum, huc inserere, quod spero sua raritate publicae demereri lucis usuram. *Ch.* (Charles) *a Consalve Garsie th.* (*thesaurier*) *et a Salut son Greffier. Vous avez delivre par la main de Sierge nostre chambellane et Mestre de nostre Marescalle a Berengier Dentense por acheter un grant Cheval qui nous li donnons cinquante onces la quelle monnoie nous vous acceptons et voulons que ele soit contee en vostre Raison. Donne a Naples le XVI. Jornee de Decembre de la XII. Indiction.*

Immo eadem Gallicae scriptionis consuetudo non Carolo I. tantummodo, sed et eius Primogenito placuit. Quare prae ceteris in *Reg. sign.* 1288. C. fol. 20. occurrit Diploma cuius hoc initium: *Charles secont par la grace de Deu Rois de Jerusalem, et de Sicile, de la Duche de Puille, et du Princie de Capes, Prince de la Moree, d' Aniou, de Provence, et de Folgualguier Cuens. etc.*

(1) Nihil hac voce frequentius in Andegavensium διπλωμασι, cuius tamen vis Ducangium fugit, quem postea Carpenterius emendavit. Refert enim illa verba Sabae Malaspinae Lib. III. *de Reb. Sic.* apud Baluz. *Miscel.* T. VI. p. 277. *Legem ponit* (Carolus Rex) *regnicolis, novosque Secretos, Justitiarios, Admiratos, Prothoncios....Statuit* : et putat lectionem esse corruptam pro *Prothoneios* a Graeco πρωτος. et νεως, aut pro *Protonotarios.* At ego mallem non *Prothoncios*, sed Prothoncinos esse legendum, tum quia elementum n per superiorem lineolam in MSS. expressum facile oculos exscribentium effugit, tum quia in cartis Caroli I. adsidua est *Prothoncinorum* mentio,

Digitized by Google

Auditori eius, ut eligant, et solident (1) pro mense uno quatuor Nauclerios, ad Sagia peculiariter expressa. (2)

N. 4.

Olim Arca E. Fasciculus 94. n. 6.

(1269.) *Augusti* 11. *Indictione* 12. *Caroli I. anno V. in Castris in obsidione Luceriae.*

Rex mandat Distributoribus novae Denariorum monetae, ut non exigant ab hominibus Civitatis uncias anni 117., tarenos 25.,

---

eosque a Carolo statutos recte commemorare poterat Malaspina. Erat autem huiusmodi officium ad naves, earumque homines regendos addictum, ut ex omnibus huiusmodi documentis constat: et subiiciebatur Ammirato. Etenim in Regesto Frederici edito *Neapoli* 1786. ad pag. 355. scribit Rex Nicolao Spinulae Regni Siciliae Ammirato his verbis; *ad ea ceterum que misisti de prothontinis* (vel etiam *prothoncinis*) *faciendis in Messana mandamus tibi quatenus duos fideles nostros de genere fidelium ortos et ad exercendum officium ipsum sufficientes ac dignos alios tamen quam eos de quibus Celsitudini nostre scripsisti perquirere studeas diligenter, et illos quos quesiveris, nobis per licteras tuas significare procures.* Adhaec Cl. Viventius noster in dissertatione *del servizio Feudale* pag. XLVIII. edidit Caroli I. diploma, anni 1282. Jan. 12. Indict. X. in quo fit sermo de *Prothontino Brundusii, Comitis Naucleriis Supersalientibus Marenariis Bogantibus et personis aliis.. ..cum Galeis navigantibus.* Etymon fortasse deducendum a πρωτος *primus*, et ναυς *vas*, quod occurrit apud Alexandrum Trallianum L. XII. et passim apud barbaros Scriptores

(1) *Solidare* inter plures significationes in nostro praesertim Regno indicavit, quod dicunt Italica *soldare*. V. Petrum de Vineis L. I. Epist. 1. *Chronicon Siciliae* apud Marten. T. III. *Anecd.* col. 79. Interdum invenitur *Soldare*, uti in Saba Malaspina *de Reb. Sic.* Lib. II. cap. 15. in *Miscell.* Baluz. p. 245. Perperam vero nonnulli confundunt *solidatos* cum *solidariis*: siquidem *solidarii* proprie dicuntur *milites*: *solidati* vero quicumque *serviunt Curiae stipendiati* Re quidem vera a *solido*, quod *aureum* significat, quodque Graecitas barbara dixit Σολδασ, Σολδιον, Σουλδιον, *solidum* quoque, vel *soldum* dictum est *stipendium* unius *solidi aurei* quod dabatur militibus: deinde vero indicavit *stipendium*, quodcumque cuilibet servienti dabatur. Revera hoc sensu, *boni, et utiles pro nostris servitiis solidentur*, invenies in monumento edito a Cl. Viventio in laudata Diatriba *del Servizio Feudale* p. XLII. quod pertinet ad Carolum I. ann. 1275. Decembris 13. Ind. IV.

(2) *Gagium* modo *vadimonium*, modo *mulctam*, modo denique *stipendium* denotat. V. *Chronicon* Domin. de Gravina apud Mur. *S. R. J.* T. XII. col. 576. 587. 676. *etc.* at nullibi tam saepe occurrit, quam in hac membranarum συλλογη, et cum *solido* nuper explanato confundi videtur.

Digitized by Google

et granos 8.; quia Regia Curia, pro aliquibus victualibus, iam venditis sibi, ipsi debebat uncias auri 646. tarenos 22., et grana 5.

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 26. N. 5.

1269. *Novembris* 22. *Indict.* 13. *Caroli I. anno V. Pescli-Sansonisci.*

Ligorius Boardus, et Iudex Philippus de Lanzano, ut exsequantur mandatum Ursonis Rufuli, et Petri Carrelli Secretorum, et Portulanorum Principatus, Terrae Laboris, et Aprutii, post subhastationem, et fideiussionem locant Berardo Iohannis de Racanato Cabellam baiulationis, demaniorum, morticiorum, et excadentiarum Pescli-Sansonisci, Corbariae, et Bectoritae pro unciis auri 48 ponderis generalis.

Per Iohannem de Paterno Notarium Sulmonis.

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 30. N. 14.

1269. *Novembris* 25. *Indictione* 13. *Caroli I. anno V. Capuacii.*

Andreas de Albanella, ut exsequatur mandatum Ursonis Bonbae Vicesecreti Principatus, et Terrae Laboris, quod exscribitur, post subhastationem, et fideiussionem tradit Iohanni de Raynaldo locationem Cabellae (1) baiulationis, demaniorum, et aliorum iurium Castri Corneti, Roccae de Aspro, et Sociae de Capuacio pro unciis auri 10 ponderis generalis.

Per Iohannem Notarium Castri Albanellae.

---

(1) *Locare Cabellam*, et *tradere Cabellae locationem*, parum inter se differunt: utroque enim pacto Cabella obtineri poterat. Scilicet interdum eam ex mandato Secreti. vel Vicesecreti aliquis Commissarius subhastabat, ac deinde plus offerenti debitis conditionibus, et fideiussione locabat. Interdum vero priusquam fieret subhastatio, aliquis offerebat pretium ipsi Secreto, vel Vicesecreto etc., qui Commissario mandabat, ut huic offerenti (nisi *quis plus offerens compareret*) traderet Cabellam; ac propterea Commissarius non tam *locare Cabellam*, quam *tradere Cabellae locationem* videbatur: unde interdum dicebatur *confirmare aliquem in locatione Cabellae*, uti nuper in charta Fasc. IV. num. 8.

N. 7.

Olim Arca H. Fasciculus 85. N. 16.

1269. *Novembris* 25. *Indictione* 13. *Caroli I. anno V. Neapoli.*

Angelus Scalensis de Ravello, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Secreti, et Portulani Principatus, Terrae Laboris, et Aprutii, post aestimationem, et subhastationem locat Deutesalve Forti, et Leoni Gifoni Panecteriis confectionem 100 cantarorum biscotti (1) ad cantarum generale (2) necessariam Vassellis Curiae.

Per Petrum Boniseculum Notarium Neapolis.

N. 8.

Olim Arca B. Fasciculus 49. N. 5.

1269. *Novembris* 29. *Indictione* 13. *Caroli I. anno V. Camerotae.*

Iohannes Iudex Camerotae, ut exsequatur mandatum Ursonis Bombae Vicesecreti Principatus, et Terrae Beneventi, quod exscribitur, post subhastationem, et fideiussionem locat Thomasio de Salerno, et Nicolao Murmurio Cabellam Camerotae, Molopae, et Palinuri pro unciis auri 22 ponderis generalis.

Per Riccardum Notarium Camerotae.

---

(1) *Biscotti* nomen Italis notissimum est, et in Glossariis fuse explanatur. Enumerantur etiam expensae ad molendum, coquendum, et transportandum huiusmodi biscottum necessariae: eaeque omnes tunc temporis non excedebant tarenos auri V, et granos XII. pro unaquaque *Salma*. Quae quidem nisi ex hac membrana discas, aegre fortasse aliunde expiscaberis.

(2) *Cantarus* autem, seu *cantarum*, occurrit apud Baluzium. *Miscell.* Tom. VI. pag. 347, et *vita S. Francisci de Paula inter acta SS. Aprilis* pag. 130. Saepius autem invenitur *cantarium*, prae ceteris apud Ricliardum de S. Germano *Chronic.* pag. 1019 et Marinum Sanutum lib. II. part. 4. cap. 10. At falsus videtur Du-Cangius, qui opinatur hac voce indigitari pondus XXV. librarum. Quamquam enim in regno nostro non una eademque fuerit huiusmodi ponderis summa, nusquam tamen adeo parva memoratur. Certe quidem *cantarum generale* hinc longe distabat. Aestimaui enim Panecterii posse ex unaquaque frumenti *Salma generali* confici Biscottorum *cantarum* cum dimidio. *Salma generalis* autem constabat octo *thuminis* (italice *tomoli*). Si igitur *thuminorum* pondus nostris mercatoribus notissimum est, facile patet quantum excederet *Cantarus* pondus XXV. Librarum.

Digitized by Google

nis Benbae (1) Vicesecreti Principatus, et Terrae Laboris, quod exscribitur, post subhastationem, et fideiussionem confirmat Iacobum Vul . . . in locatione Cabellae Baiulationis Capuacii pro unciis auri 13 ponderis generalis.

Per Iohannem Notarium Albanellae.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 59. num. 22.

1269. *Decembris* 28. *Indictione* 12. *Caroli I. anno V. S. Marci.*

Vicesecretus Vallis Cratis post subhastationem, locat Iacobo de Equitatu duas partes ad Curiam pertinentes Feudi Turbuli in Terra S. Marci pro uncia auri 1 ponderis generalis.

Per Nicolaum Notarium Terrae S. Marci.

N. 4.

Olim Arca 15. Fasciculus 79. num. 1.

1270. *Ianuarii* 5. *Indictione* 13. *Caroli I. anno V. Campli.*

Bartholomaeus Domini Vitalis, ut exsequatur mandatum Iacobi Rogadei Vicesecreti Curiae in Aprutio, quod exscribitur, post subhastationem, et fideiussionem locat in Cabellam (2) Berardo de Lacovinde quamdam domum, et vineam, quae fuerant ad Curiam devoluta, pro uncia auri 1 ponderis generalis.

Per Thomam Melpheranum Notarium Campli.

---

(1) Nomen hoc Neapolitanae historiae amatoribus notissimum multifariam Notarii scripserant; modo *Bomba*, modo *Bonba*, modo *Bemba*, modo denique *Benba*. Sic etiam paullo post invenies *Haumbuillerus* pro *Haubuillerus*, et cetera id genus plurima: quorum corruptam varietatem potius Scriptoribus antiquis, quam nostris Typographis, velim, adtribuas. Qua de re opportune Claritius in Rep. I. Caroli I. pag 68. adnotavit a nominibus rerum per litterarum perbrevem mutationem facta olim esse hominum cognomina: uti in hoc patet, quod a *Bomba*, *pila incendiaria*. dictum videtur. Vide etiam Murator. *Dissert.* XLII. *Dell' origine de' cognomi.*

(2) Adnotes obiter, *Cabellam* fere semper pro *Gabella*, *Cabellotum* pro *Gabelloto* etc. in Chartis hisce nostris scribi; at in Constitutionibus Frederici passim habetur *Gabella*, *Gabellotus* etc. uti in L. I. Tit. 60. 61. etc. Si huiusmodi vocis etymon est *Gablum*, *census*, *tributum*, *vectigal*; aut si hoc nomen deducitur ab Hebraico *gab*, uti Guichartus in hisce investigationibus versatus opinatur; aut denique si verae sunt hac de re sententiae variorum a Menagio in *Originibus Gall. et Ital.* adlatae; omnino apud nostros istaec scriptio corrupta est. Iam vero si nosse cupis, quid significarit *locare domum*, *vel vineam in Cabellam*,

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 15. n. 3.

1270. *Ianuarii* 21. *Indictione* 13. *Caroli I. anno V. Montorii.*

Iuratus Montorii, ut exsequatur mandatum Iacobi Rogadei Vicesecreti Curiae in Aprutio, quod exscribitur, post subhastationem, et fideiussionem locat Laurentio quondam Roberti Cabellam Castri Roseti cum iuribus peculiariter memoratis (1), et cum bonis quorumdam Bannitorum (2), pro unciis auri 6.

Per Robertum Notarium Montorii.

---

lege *Constit. Fred.* L. I. Tit. LXII. ubi memorantur *Baiuli, priusquam in Gabellam, vel Credentiam baiulationes nostras administrandas susceperint.* Nimirum *Gabella certam praestationem annuam Fisco exhibendam* apud medii aevi Scriptores indigitavit; ac propterea quum huiusmodi *praestatio* ex domus cuiusvis, vel vineae locatione daretur, ea *in Gabellam locari* dicebatur: eo maxime, quod iisdem, ac Gabellae sollemnitatibus, ac ritibus locaretur.

(1) Quoniam tum ad Historiam, tum ad Diplomaticam illustrandam *Cabellarum* nomina, ac tempora mirifice prosunt; abs re non erit exscribere locum huius membranae, unde utiles fortasse notitiae de eiusmodi negotiis hauriuntur; praesertim si perdiscere velis, quid innuat *locare in Cabellam*, et quaonam Cabellarum more conducantur: *Quoniam redditus et proventus Castri Roseti cum hiis que Iacobus de Roseto olim abuit in Castro Montorii nec non iura redditus et proventus que Gervinus Ramnisius Honorius et Iacobus de serris proditores Domini nostri Regis tenuerunt et abuerunt in Castris Triani. De terris et earum pertinentiis cum omnibus que predicti tenuerunt in predictis terris cum banco iustitie plasiis consuetis penis et bannis iuste impositis et contemptis cum redditibus in pecunia nec non demaniorum morticiorum et excadentiarum ac molendinorum et cum omnibus aliis iuribus ad eadem iura spectantibus sicut hodie sunt in manu curie Laurentio Iohanni Robberti de Montorio tamquam plus offerenti pro parte Curie concessimus in Cabellam distincte sicut inferius continetur videlicet bona que tenuit predictus Iacobus de Roseto in Castro Roseti pro unciis auri duabus et tarenis quindecim bona que idem habuit in Montorio pro unciis auri tribus bona que dicti Gervinus et Radisius ac Iacobus abuere in Castro Triani de terris et pertinentiis eius pro tarenis auri quindecim que tota pecunia est in summa unciarum auri sex.*

(2) *Bannitus*, seu *Banditus*, uti interdum mediae, infimaeque Latinitatis scripta exhibent, vox est, quae nobis immutanda non videtur; quippe Italis notissima est, et in cunctis fere Glossariis fuse explicatur: immo etiam huiusmodi formulis quodammodo addicta fuit. Ceterum ne heic, lector, et deinceps aures offensas retorqueas; *Proscriptus* latine refingatur, ubi barbare legitur *Bannitus.* Eadem ferme ratione *forisbannire*, *forisbannitus*, etc. et κατα συγκοπην *forbannire*, *forbannitus*, etc. usurpari consuevit.

Digitized by Google

N. 6.

Olim Arca H. Fasciculus 86. num. 6.

1270. *Ianuarii* 27. *Indictione* 13. *Caroli I. anno V. Aveczani.*

Nicolaus de Capua, ut exsequatur mandatum regium denunciatum per litteras Ursonis Rufuli Secreti, et Magistri Portulani Principatus, Terrae Laboris, et Aprutii, quae exscribuntur, facit assecurari (1) Bellimontem Comitem Montis Caveosi ab hominibus Comitatus Albae, quem cum omnibus pertinentiis pro dote acceperat.

Per Iacobum Notarium Aveczani.

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 66. num. 13.

1270. *Ianuarii* 28. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Suterae.*

Bartholomaeus de . . . . . ut exsequatur mandatum Fulconis de Podio Riccardo Regii Vicarii Generalis, denunciatum per litteras Gilii de S. Lieto, quae exscribuntur, indicit Universitati Suterae, ut propriis expensis mittat 24 servientes ad obsidionem Castri Calatanisitae (2), quod a quibusdam rebellibus fuerat occupatum.

Per Nicolaum de Ostasio Notarium Suterae.

---

(1) Huiuscemodi chartae sunt in nostra hac συλλογῇ propemodum innumerae; uti etiam diplomata, ubi de *assecurationibus*, seu (ut in chartis ad exteras gentes pertinentibus reperitur) *assecuramentis* mentio occurrit. De hoc autem ritu vide *Constitutiones Siculas.* Lib. III, tit. 16. Plura vero commentantur Scriptores, qui *de iure feudali* agunt: quos inter consule, si vacat, Nicolaum Intrigliolum in *Tractatu de Feudis*, praesertim quaest. XXVI, et LVI.

(2) *Calatanisita*, quae saepius scribitur *Calatanixettae*, seu *Calatanixeta*, urbs est Siciliae, sita in Valle, quae vulgo *Val di Mazera* nuncupatur. Mox edetur ex Archivo Neapolitano *Cedula distributionis novae denariorum monetae* data anno 1279, Augusti 12. Indict. VII. pro anno sequentis Indictionis, et pertinet ad Iustitiariatum Siciliae *ultra flumen Salsum*. En verba: *Calatanixetta unciis quinque, tarenis tredecim, granis undecim.*

Digitized by Google

N. 8.

Olim Arca H. Fasciculus 60. num. 8.

1270. *Februarii* 27. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Theani.*

Theodorus de Theano, ut exsequatur mandatum Hugonis Ducis Burgundiae (1) denunciatum per litteras Stephani Frecziae Secreti Principatus, Terrae Laboris, et Aprutii, quae exscribuntur, per recensitas testium depositiones inquirit, an Episcopus Theanensis solitus fuerit quotannis percipere iam inde a Catholicorum Regum temporibus decimas peculiariter memoratas (2).

Per Augustinum Notarium Theani.

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 5. num. 13.

1270. *Martii* 12. *Indictione* 13. *Caroli I. anno V. Padulae.*

Petente Matthaeo Marcafaba, Iudex, et Notarius declarant, frumentum, quod ipse emere volebat ad conficiendum biscottum Curiae, vendi uncia 1 per thuminos 10 cum dimidio.

Per Iohannem Notarium Padulae.

---

(1) Mentio huius στρατηλάτου Viri saepe deinceps occurret: fuit enim Capitaneus Regni Siciliae citra Farum, et Vic. Generalis. V. Ch. 1271. 25. Ian. Ind., et XIV. 1271. 15. Iun. XIV. Ind. Jmmo fuit Vicarius Generalis cum B. Episcopo Arelatensi. V. Ch. 1271. 1. Novembris XIV. Indict.

(2) Ignorat Ughellus T. VI. *Ital. Sacr.* p. 569. *Venet.* 1720., quisnam fuerit hoc anno Theanensis Episcopus; nam de Hugone XVII. eius Ecclesiae Praesule tantum novit anno 1254 esse consecratum; de Guillelmo autem eiusdem successore vix docet anno 1274. fuisse comitem D. Thomae Aquinati, qui ad Lugdunense Concilium properabat. At vero quum in nostra hac membrana memoretur Hugo, et fuisse Episcopum dicatur *a temporibus Corradi, et Manfredi usque ad hec tempora, et percepisse decimas*; saltem constat Guillelmum nondum fuisse inunctum. Quin etiam Iohannes de Aylano testis addidit, se *tamquam procuratorem dicti domini Hugonis Theanensis Episcopi exegisse, et recepisse dictas decimas anno proximo preterito decime tertie indictionis*, ex quo pariter liquet alium Antistitem non agnosci a Theanensi populo usque ad id temporis. Denique quum decimae heic petantur *ex parte Episcopi*, omnino constat Hugonem adhuc vivere. En quanto lumine haec monumenta tum sacram nostram, tum profanam historiam circumfundunt.

Digitized by Google

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 71. num. 14.

1270. *Martii* 16. *Indictione* 13. *Caroli I. anno V. Amalphiae.*

Sergius Augustancius, et Bartholomaeus de Supercla Cabelloti Amalphiae, ut exsequantur mandatum Regium, quod exscribitur, per testium depositiones singillatim expositas declarant deberi Philippo Archiepiscopo Amalphitano (1) uncias auri 30. de proventibus dictarum cabellarum, ut eas deinde solvant (2).

Per Petrum de Felice Notarium Amalphiae.

FASCICULUS VI.

N. 11.

Olim Arca B. Fasciculus 49. N. 10.

1270. *Martii* 25. *Indictione* 13. *Caroli I. anno V. Capuae.*

Rex mandat Secretis Principatus, Terrae Laboris, et Aprutii,

---

(1) Philippus hic XXV. Amalphitanae Ecclesiae praeclarus Antistes plura reliquit Pastoralis munificentiae monumenta, quorum mentio apud Ughellum *Ital. Sacr.* T. VII. p. 223. et seqq. *Venetiis* 1721. ut constet quam bene decimas istas impenderit. Non satis liquet tempus, quo ad eam cathedram evectus est; ex hac tamen charta constat non multo ante annum 1270. id omnino contigisse; si enim non ita res se haberet, cur hucusque decimas a Cabellotis sibi debitas repetere distulit? Obiit autem vel sub finem anni 1292. vel initio sequentis, regnante Carolo II. quem Ughellus *ibid.* p. 226. B. ex corrupta documenti cuiusdam exscriptione vocat *Forcar.* pro *Forcal.*, seu *Forcalquerii Comitem.*

(2) At heic operae pretium erit animadvertere diligenter, qua conditione Philippo Archiepiscopo decimae percipiendae decernantur: scilicet *si preterite turbationis tempore fideliter se gesserit erga Regiam Maiestatem.* Et haec eadem clausula adiicitur diplomati sequenti, et plurimis chartis, quae Regias concessiones continent. Quaenam, inquies, turbationes heic indigitantur? Nimirum illae, nisi fallor, intelligendae sunt, quibus regnum nostrum tunc est submotum, cum Conradus II. huc adpulit; et parum abfuit, quin seditio adversus Carolum durius regnantem suboriretur. V. Ang. de Constant. *Hist.* L. 1. pag. 34. *Neap.* 1770. Iam vero Noster Philippus hoc non potuit abripi vortice; is enim defuncto Gualterio Amalphiae Archipraesule ab Alexandro IV. eidem Ecclesiae praefectus est. At sedem suam minime obtinuit, quia Ioannes de Prochyta familiaris Manfredi ipsam tyrannice occupavit. Tandem Carolo re Neapolitana potito, legitimo Pastori Ecclesia cessit: quae omnia fuse invenies in *Chronico Amalphitano* an. 1258. Ex quibus satis superque eruimus, cur nec Manfredi, nec Conradi partibus Philippus adhaerere potuerit.

Digitized by Google

ut recipiant ab Ysnardo Ugolino bona feudalia: videlicet Castra Castellionis, Montis Sicci, Collis Roccoli, et Ripaccuni, quibus ipse renunciaverat, eique dent in *excambium* possessionem Castri Pesculi Sansonisci (1).

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 20. num. 11.

1270. *Aprilis 3. Indictione 13. Caroli I. anno V. Fontanae.*

Franciscus de Trano, ut exsequatur munus a Secreto Principatus Terrae Laboris, et Aprutii sibi demandatum, vendit per praeconem Bartholomaeo de Sancto Germano quamdam speltae copiam alicubi tarenis III. et alibi tarenis III. et granis V. ad salmam generalem.

Per Stephanum Notarium Fontanae.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 60 num. 6.

1270. *Aprilis 12. Indictione 13. Caroli I. anno V. Neapoli.*

Urso Rufulus Secretus Principatus, Terrae Laboris, et Aprutii accepta fideiussione locat Bartholomaeo Maragano Cabellam Ferri, Picis, et *Aczarii* (2) Neapolis pro unciis auri 600. ponderis generalis.

Per Petrum Boniseculum Notarium Neapolis.

---

(1) Adnotanda est particula, quae in aliis huiusmodi diplomatis raro invenitur: *Volumus etiam et mandamus ut victualia animalia et alia huiusmodi bona mobilia seseque moventia quae fuerunt manifestorum proditorum nostrorum de dicto castro Pesculi Sansonisci et per privatas detineatur personas inquirere invenire capere et predicto Ysnardo Ugolino cui ea concessimus assignare curetis. Proviso quod ad ea que de bonis ipsis mobilibus tempore turbationis proxime preterite per aliquos fideles nostros ab aliquibus proditoribus nostris erepta vel acquisita fuerint medietatem ipsorum eosdem fideles nostros habere volumus. Reliqua medietate nostre curie applicanda. Datum Capue etc.*

(2) Ita Calybem post Gallorum in Nostro Regno Imperium, nisi fallor, scriptores ibidem adpellarunt: Galli enim τὸ *Aczarium* hoc sensu scripserunt, ut in *Histor. Dalphin. comput. an.* 1333 Tom. II. pag. 278 invenimus. Haec autem Cabella ferri, Picis, et Aczarii saepe in nostris chartis occurrit, et Regium Aerarium non minimum locupletabat. Ad rem autem erit admonere frequentissime cz in *ci* esse conversum, uti ex *aczaro* dicunt Itali *acciaro*; *Acconzaioco* dicta invenitur perantiqua familia *Accoaciaioco*, et pariter *Caraczulo*, *Caracciolo*. Graeci quoque vernaculi scribunt Καντζίλλιερος, Κοντζα κ. τ. λ. pro *Cancellerius*, *Concia* etc.

N. 5.

Olim Arca K. Fasciculus 41 num. 14.

1276. *Aprilis* 18. *Indictione* 13. *Caroli I. anno V. Messanae.*

Petentibus Ursone de Anna, eiusque sociis, Iudex, et Notarius declarant, frumentnm, et milium, si a mensura Terrae Labori ad mensuram Messanae traduceretur, diminui salmis 10 pro singulis salmis 100.

Per Matthaeum de Synape notarium Messanae.

N. 5.

Olim Arca H. Fasciculus 68, nnm. 5.

1270. *Maii* 15. *Indictione* 13. *Caroli I. anno V. Vairani.*

Franciscus Gactula Vicesecretus Terrae laboris, et Comitatus Molisii post subhastationem, et fideiussionem locat Iohanni de Raone Cabellam loci cuiusdam in Vairano, qui dicitur *Iardinus* (1), pro unciis auri 2. tar. 12. et gr. 10. ponderis generalis.

Per Iohannem Notarium Vairani.

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 8. num. 16.

1270. *Maii* 15. *Indictione* 13. *Caroli I. anno V. Aquilae.*

Benedictus de Forfona, ut exsequatur mandatum Iacobi Rodigae Vicesecreti Curiae in Aprutio, quod exscribitur, post subhastationem, et fideiussionem, locat Matthaeo Domini Bartholomaei in Cabellam iura omnia Curiae in terris peculiariter memoratis Baroniae Amiterni (2) pro unciis auri 13 ponderis generalis.

Per Thomasium de Tione Notarium Aquilae.

---

(1) Sic quoque post Saeculum XII. chartae in nostro Regno exaratae passim nuncupant *hortum*, et interdum scribunt *Iardenum*. Alibi sic etiam scriptitarunt, uti videre est apud Muratorium *S. R. J.* Tom. XII. p. 568 572. Quibus addere poteris Friderici II. Regestum editum *Neapoli* 1786 pag. 412. Frequentius autem in aliis Europae partibus monumenta habent *Gardignum*, seu *Gardignagium*, seu *Gardinus*, seu denique *Gardinum*. Etymon huiusce vocis non nihil detinuit Cluverium *Antiqu. German.* L. I c. 13, quae in nostra ista membrana *adpellative*, ut aiunt Grammatici, usurpata videtur.

(2) Nihil adeo eruditorum curas exspectat, quam topographia medii aevi, quae in Regno praesertim nostro crassis adhuc tenebris circumfunditur. Profecto dum φιλεργεῖν admodum insudant, et digladiantur, ut agnoscant, ubinam me-

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 16. num. 17.

1270. *Maii 15. Indictione 13. Caroli I. anno V. Yserniae.*

Franciscus Gactula Vicesecretus Curiae in Terra Laboris, et Comitatu Molisii, ut exsequatur Capitulum Regium exscriptum, dat ad extaleum Philippo Beneventi reparationes Palatii, cuiusdam Domunculae, et molendinorum duorum Curiae pro unciis auri 8, et tarenis 15.

Per Guillelmum Magistri Giardi Notarium Yserniae.

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 20. num. 9.

1270. *Maii 21. Indictione 13. Caroli I. anno V. Neapoli.*

Urso Rufulus Secretus, et Magister Portulanus Principatus, Terrae Laboris, et Aprutii post subhastationem, et fideiussionem, locat Gualterio de Neapoli in Cabellam reditus bonorum, quae fuerunt Sergii de Aquaria, et Iohannis de Vallante, revocata ad Curiam, pro uncia auri 1.

Per Petrum Boniseculum Notarium Neapolis.

N. 9.

Olim Arca I, Fasciculus 43. num. 5.

1270. *Iunii 7. Indictione 13. Caroli I. anno V. Piscariae.*

Henricus Freczia, ut exsequatur Capitulum Regium, indicatum per litteras Iacobi Rogadei Vicesecreti Curiae in Aprutio, quae exscribuntur, post aestimationem, et subhastationem dat Magistris Nicolao, et Guillelmo *extalleriis* reparationes Palatii fundici Curiae in Piscaria, quae peculiariter memorantur (1), pro unciis auri 34. ponderis generalis.

Per Iacobum Villanum Notarium Piscariae.

---

tari debeamus loca, quorum mentio est apud vetustos Scriptores (quod pletumque nullam prorsus adfert utilitatem); vili quodammodo, ac ignobili ingenio dignum putant exquirere, quid sibi velint nomina terrarum, quae in membranis mediae Graecitatis, et Latinitatis occurrunt; quod quantum inferat historiae, ac documentorum fidei detrimentum, quisque per se noverit. Quisquis itaque huic vere utili labori animum velit advertere, ex nostro συνταγματι plures eruet notitias, uti videre est in hac ipsa membrana, quam commenentamur.

(1) Fortasse haec scripturae pars, quam exscribimus, non ingrata erit Diplomaticis.

„ Tabulatum ipsius palatii per totam salam et duas cameras eiusdem indigere reparari et quibus necessario mutande erant pro eo quod putride et de-

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 54. N. 25.

1270. *Iunii* 15. *Indictione* 13. *Caroli I. anno V. Neapoli.*

Urso Rufulus Secretus Principatus, Terrae Laboris, et Aprutii, post aestimationem, et subhastationem dat ad extaleum Magistro Andreae de Pace aedificationem *Buczariae* (1) Curiae, inceptam, et nondum absolutam, pro unciis auri 87 et tarenis 23 ponderis generalis; et expensae numerantur.

Per Petrum Boniseculum Notarium Neapolis.

---

vastate erant trabes de abeto centum quindecim longitudinis pedum tredecim et grossitudinis medii pedis ex qualibet parte valentes uncias auri novem tarenos decem et septem et medium tabule de abete de Trestis quadringente quinquagiota quelibet longitudinis pedum octo et latitudinis unius pedis valentes uncias auri quinque pro clavandis tabulis ipsis de acutis paratanis miliaria decem valentes uncias auri duas et tarenos quindecim pro claudendis fenestris sex duobus hostiis ipsarum camerarum et unius hostii pro coquina necessarie erant tabule de abete grosse viginti quatuor longitudinia pedum sex et latitudinis pedis unius et medii valentes unciam auri unam. Item tectum unum eiusdem palatii camerarum et coquine eius indigebat cohoperiri et propterea necessarie erant de imbricibus miliaria tria valentia unciam auri unam et tarenos sex. Item quod cum murus ex una parte ipsius palatii construetus esset super murum veterem eiusdem terre piscarie et aqua pluvialis que cadebat ex stillicidiis ipsius palatii remanebat in eodem muro pro eo quod in terra labi non poterat ob quam causam murus ipsius palatii de facili posset minari ruinam ac lignamina eiusdem palatii apposita in eodem muro potrefiebant et devastabantur providerunt murum construi artificialiter cum mattonibus supra eodem muro veteri pro recipiendis stillicidiis eiusdem palatis ex quo stillicidia ipsa in terra caderent nec non murum alium ex parte frontis ipsius palatii qui minabatur ruinam et erat in quantitate longitudinis pedum sedecim et altitudinis cannarum quatuor et medie indigere similiter reparari et pro ipsis ambobus muris faciendis provideret necessaria esse de calce thuminos quadringentos quinquaginta valentes uncias auri duas tarenos septem et medium de arena thuminos octingentos valentes cum delatura usque ad ipsum palatium unciam auri unam et tarenos decem de mattonibus miliaria decem valentia uncias auri tres et tarenos decem de aliis lapidibus pro saborris barcatas decem valentes unciam auri. unam et extimaverunt mercedem magistrorum lignaminum ad expensas eorum uncias auri quinque et mercedem magistrorum fabricatorum et manipulorum pro predictis operibus fabrice uncias auri quatuor. „

Extant et eiusdem generis alia, uti in charta ciusd. Fasc. num. 7. ex quibus quam plurimae medii aevi antiquitates discuntur. Quas si quis optet ad Glossaria augenda, ad conditiones inter se temporum comparandas, ad varietates pretiorum investigandas, aut ad cetera id genus dignoscenda colligere, perlegat chartas, in quarum ἐπιτομαῖς adiecimus τὸ *post aestimationem.*

(1) Cabella, seu Ius *buczariae* neque a Du-Cangio in Glossario, neque a Muratorio in Dissertatione XIX. *De' Tributi, e delle Gabelle* memoratur.

Digitized by Google

FASCICULUS VII.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 57. N. 13.

1270. *Iulii* 12. *Indictione* 13. *Caroli I. anno VI. Padulae.*

Urso Bemba Vicesecretus Curiae in Principatu, et Terra Laboris, ut exsequatur Capitulum Regium, quod exscribitur, post aestimationem, et subhastationem dat ad extaleum Alexandro Domini Giliberti reparationes faciendas duobus Molendinis Curiae sitis in terra Padulae pro unciis auri 10 et tarenis 25.

Per Iacobum de Trogisio Notarium Padulae.

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 5. N. 12.

1270. *Iulii* 17. *Indictione* 13. *Caroli I. anno VI. Suessae.*

Iudex, et Notarius declarant quosdam generales Inquisitores moratos esse Suessae a die 15 Maii ad suum munus obeundum (1).

Per Iohannem de Arturis Notarium Suessae

Hoc autem nomen a Gallico *Boucherie*, quod *Macellum*, seu, ut barbari scripserunt, *Macellam* significat, procul dubio exoritur. Certe quidem Lanius *Buccarius* nuncupatur in chartul. S. Vincentii Cenoman. f. 194: eodemque sensu hanc vocem usurpat Richardus de S. Germano an. 1022, et vetustum monumentum apud Ughellum *Ital. Sacr.* T, III. pag. 487. Quare ius *buczariae* idem videtur, ac *ius macelli*, cuius significatio et hodie tritissima est. Praeterea invenitur nonnumquam in nostri Regni monumentis peculiariter memoratum *ius scannagii*, et quidem sensu non admodum diverso. Huius autem vocis in Glossariis minime obviae etymon liquido deducitur a *scamno*, quod in Tom. I. *Hist. Dalphin.* proprie illud pag. 91 col. 1. in chart. an. 1309. et alibi denotat illud *scamnum*, in quo venales merces exponunt Mercatores, vel carnes suas Lanii. At vero in praesenti documentum agit non de cabella *Buczariae*, sed de quadam laniena, quae ad R. Aerarium pertinet.

(1) Ex Constitutionibus Regni perantiquis, quoties ob munia sibi a Rege demandata Officiales alicubi morabantur; ut *gagia*, *et expensas* rite possent a Iustitiario repetere, huiusmodi documento muniri debebant. Nimirum Iudicem, et Notarium loci, ubi Regis mandata exsequebantur, adibant; ab iisque publicum documentum accipiebant, quo pateret, quanto tempore ibi pro suo officio permansissent. Haec deinde charta, Magistratui ad solvendum addicto exhibita, ab ipso ad cautelam adservabatur; ut nempe *ratiocinii tempore* (sic enim scribi solet) *coram magistris Rationalibus praesentaretur.* Ea qua de caussa huiuscemodi chartis nostrum redundat Archivum; quas nos in lucem proferendas putavimus, tum ne quid συνταγματος integritati deesset, tum etiam ut plura locorum nomina, hominum munia, temporum conditiones, Regum mandata, et alia huiusmodi innotescerent.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 38. N. 9.

1270. *Iulii* 22. *Indictione* 13. *Caroli I. anno VI. Nuceriae.*

Petente Iohanne Carbonio hactenus Inquisitore Curiae (1) transumitur in formam publicam mandatum Caroli Regis, quo iniungitur Inquisitoribus Curiae, ut adeant Magistros Rationales ad reddendam rationem officii sui.

Per Iohannem Miloysium Notarium Nuceriae.

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 12. N. 9.

1270. *Augusti* 13. *Indictione* 13. *Caroli I. anno VI. Neapoli.*

Urso Rufulus Secretus, et Magister Portulanus Principatus, Terrae Laboris, et Aprutii, ut exsequatur mandatum Regium, quod exscribitur, post aestimationem, et subhastationem, dat ad extaleum Magistro Nicolao de Neapoli, eiusque socio reparationes peculiariter memoratas, faciendas Castro S. Salvatoris ad mare (2) pro unciis auri 174.

Per Petrum Boniseculum Notarim Neapolis.

---

(1) Quinam fuerint Inquisitores Curiae, ex hac scriptura apertissime patet: siquidem Iohannes Carbonius dicitur *Inquisitor de processibus, et excessibus Officialium in Terra Laboris.* Et quoniam iste munere suo non rite perfunctus fuerat, idcirco revocatur a Rege *cum Inquisitionibus Originalibus, et toto processu, ac cautelis.* Fortasse huiusmodi officium post Northmannorum adventum, in Regno Neapolitano constitutum est; quippe quod in universa Gallia fuit frequentissimum. V. Nangium in *Gestis S. Ludovici* p. 366.

(2) Quoniam saepissime in harum membranarum ······ *Castri S. Salvatoris ad Mare* mentio est, ne pigeat pauca quaedam ad illud pertinentia delibare.

Mazochius ······ in opere *de Cathedrali Neap. Eccles. semper unica* pag 199 et seq. contendit Insulam cum castro ab Constantino M. Ecclesiae Neapolitanae donatam (*Pontif. Rom. apud Murat. R. Ital. Script. Tom. III. fol.* 118.) esse *Nesidem*, vulgo *Nisita*, cum *Castro Lucullano*, quod suo iudicio in *toto Agnani situ, et in Thermarum S. Germani vicinia constitutum erat.*

Claritius vero detexit errorem, in quem omnes fere nostrates scriptores inciderant; docuitque Castrum Lucullanum cum Castro S. Salvatoris non esse confundendum, et ingenti Diplomatum nube ostendit Megarin quidem, quae nunc dicitur *Castel dell' Uovo*, fuisse Insulam a Constatino donatam, eamque mox dictam Castrum S. Salvatoris. Addidit etiam, in loco postmodum *Cuple*, seu *Pizzofalcone* nuncupato Castrum Lucullanum fuisse situm. *Coment. sulla Costit. di Federigo pag.* 180. *seqq.*

Et sane insula, quae olim Megaris adpellabatur apud Plin. Lib. III. cap. 6. Lucan. Lib. II. vers. 105., sequiori aevo a Salvatoris Monasterio novum sibi

Digitized by Google

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 36. N. 22.

1270. *Augusti* 18. *Indictione* 13. *Caroli I. anno VI. Ariani.*

Petrus de Petra, ut exsequatur mandatum Procuratoris excadentiarum; et morticiorum Curiae in Principatu, Terra Laboris, et Aprutio, adnotat omnia bona Abamontis de Zunculo, quae ad Curiam devoluta fuerant.

Per Henricum Ferrarium Notarium Ariani.

---

nomen vindicavit. V. Claritinm *op. cit.* pag. 188. 196. et 201. Verum quo tempore id evenerit, haud liquido constat. Certum est tamen ita adpellatam fuisse iam inde a saeculo VII, siquidem auctor Anonymus Vitae S. Patritiae apud Bolland. *Act. SS.* xxv. Augusti fol. 217. col. 2. ita scribit; *Fertur itaque* (navis Patriciam portans) *in parvam quamdam Insulam, in qua venerabile corpus Domini nostri Iesu Christi colebatur, et colitur; sumens ipse locus denominationem ab Ecclesia Salvatoris nomine proprio appellata.* At infima aetate; dicta etiam fuit *Insula maior*, uti liquet e sexcentis chartis, olim in Archivo S. Petri, et Sebastiani, nunc in nostro adservatis *Ch. sign. CCCCLXXII. et CCCXXXIV.* ubi nimirum comparatur cum Minori quodam *nomine S. Vincentii* adpellato, quod erat non longe inde situm.

In Megari porro insula iam a Saeculo XI. Castellum fuit S. Salvatoris cognomento. Nam Rogerius referente Falcone Beneventano *apud Carus. T. I. Biblioth. Sic. fol.* 380, *navigio parato ad Castellum S. Salvatoris Civitati proximum ascendit, et civibus Neapolitanis ibi convocatis negotia quaedam cum illis de libertate civitatis, et utilitate tractavit.* Circa vero annum 1164. Guillelmus Malus ibi habitationem sibi construxit. V. *Celano Giorn.* V. *p.* 63. *Napoli* 1792. atque hinc factum est, ut in Regesto Friderici pag. 72. Castrum S. Salvatoris hoc sensu memoretur. Immo temporis progressu factum est, ut ab OVI figura (nam deridicula est Villani Iohannis fabella Lib. II. cap. 30.) CASTRUM OVI ipsum Neapolitani nuncuparint, quod et adhuc auditur.

Insula vero amplior procul dubio, quam hodie, olim exstitit: quandoquidem *a Monachis in cellis consistentibus in propria a singulis voluntate incolebatur*, *ut ait anonymus de Vita S. Athanasii apud Murat. R. I. S.* T. II. part. 2. col. 1058. et 1059. Et praeter S. Salvatoris Monasterium duo alia ibidem excitata fuerant, alterum scilicet sub titulo S. Constantini, et alterum sub titulo S. Michaelis Archangeli, uti patet ex membranis memorati Archivi sign. *CCXXXVIII.*, *et CLX.* Adhaec praedia nonnulla in ea fuerunt, ut eruitur e chartis memorati Archivi *sign. CCCXXXVIII, et sign. CLX.*

Quare nihil mirum, *si* ibi morata fuerit Uxor Friderici I, Margarita filia Caroli I Andegavensis, et Carolus eiusdem Regis nepos: *Regest.* sign. 1269. A fol. 100. a. t. Qua vero de caussa haec insula nostra aetate priscam magnitudinem non prae se ferat, haud facile est divinare. Id tamen fieri fortasse potuit vel a natura lapidis, qui ad speciem tophi pertinet, animadvertente Capacio. *Hist. Neap. Lib.* II. *fol.* 203. vel a saevissima tempestate VII. Kal. Decembris anni 1343. in festo S. Catharinae in Mari Neapolitano exorta, quae tum in Epistola Francisci Petrarcae ad *Iohannem Columnam* Lib. V; tum

Digitized by Google

N. 6.

Olim Arca A. Fasciculus * N. 4.

1270. *Augusti* 20. *Indictione* 13. *Caroli I. anno VI. Brundusii.*

— Iohannes de Brayda Iustitiarius Terrae Bari, ut exsequatur mandatum Regium, facit aestimari equum, eumque substituit alteri iam mortuo ad usum cuiusdam Regii Servientis.

Per Nicolaum Notarium Brundusii.

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 59. N. 4.

1270. *Augusti* 26. *Indictione* 13. *Caroli I. anno VI. Neapoli.*

Urso Rufulus Secretus, Magister Portulanus Principatus, Terrae Laboris, et Aprutii, ut exsequatur mandatum Regium, quod exscribitur, facit aestimari, quaenam essent necessaria ad provisionem navis Regiae, quae fuerat Nigrini de Yscla (1).

Per Petrum Boniseculum Notarium Neapolis.

---

in *Regesto* Iohannae I. *sign.* 1343, et 1344. F. *fol.* 136, et 1343, 1344. D. *fol.* 131. describitur. Ceterum plura ad hanc Spartam illustrandam propediem dabit ex documentis diligenter inspectis egregius Iuvenis Bernardus Quaranta in Diatriba de hoc argumento.

(1) Ut adolescentium tantisper torqueantur ingenia, ad excogitandas verborum, quae Glossaria fugiunt, significationes, abs re non erit quaedam huius chartae verba in medio ponere: „ Constitit in eadem navi tantum haberi arborem de medio unam. cabias arborum duas. pecias antennarum duas. Banneram unam. Confalonem unum ad arma domini nostri Regis. Lanceas ferratas quinquaginta. Balistas de ligno octo. Baldineras quinque. Quarrellos trecentos. Barcas duas et pro munitione earumdem barcarum spatum unum et Remos viginti. ab eorum quolibet corporale recepimus super Sancta dei evangelia iuramentum ut quantitatem corredorum et afsiorum ac armamentorum necessariam ultra predictam quantitatem munitionis navis predicte deberent fideliter providere. habita inter se prius collatione et premeditatione diligenti providerunt et retulerunt nobis munitioni eiusdem navis necessaria deputari debere ultra predictam quantitatem corredi afsios. armamenta et guarnimenta ac res alias inferius denotatas. Videlicet arborem de proda unam, pecias antennarum quatuor. Temones duos, anchoras novem, Vela de bombicino bindato armata. Gractile antennale. Medullare et matafaria tria. Agumenas novem. Greppialia novem pro munitione arborum de prora. Candolae pro eadem arbore cum tallis viginti quatuor duodecim. Carrugium cum tallis duobus unum. Murganale cum tallis duobus unum. Orzam ad puppim cum tallis duobus unam. Sostas cum tallis duobus duas. Fluncos pro enllando cum tallis magnis quatuor duos. amantes de prora duas. trocciam armatam cum collare unam, anchilos cum tallis quatuor duos. peranchilum cum tallis duobus unum. pro munitione arboris de medio Candelas cum tallis viginti decem. amantes de medio duos. fluncos cum tallis

N. 8.

Olim Arca II. Fasciculus 74. N. 1.

1270. *Augusti* 28. *Indictione* 13. *Caroli I. anno VI. Introduci.*

Iudex, et Notarius declarant, Benedictum de S. Maria reparasse duo molendina Curiae in flumine Mellini, ut ei mandaverat Iacobus Rogadeus Vicesecretus Curiae in Aprutio.

Per Fredericum Notarium Introduci.

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 67. N. 21.

1270. *Augusti* 18. *Indictione* 13. *Caroli I. anno VI. Sulmone.*

Iudex, et Notarius declarant, Henricum Frecziam recte reparasse *Buczariam* Curiae, et excoluisse *pastina* (1), et vineas peculiariter memorata, ut ei mandaverat Iacobus Rogadeus Vicesecretus Curiae in Aprutio.

Per Thomam Notarii Nicolai Notarium Sulmonis.

---

magnis quatuor duos. Sostas cum tallis duobus duas. Orzas ad puppim cum tallis duobus unam, Morganale cum tallis duobus unum. Scalas pro ascensu et descensu arborum duas. Sagulas pro sachertis duas. paromias pro anchoris quatuor. Necades de temone duas. Vegetes pro vino et aqua decem. Caldaram cum cohoperculo unam. Thobalias de mensa duas. Tripodes duos. Serram unam. Assias duas. Inter scalpellos et gubias quindecim. Marculum unum. Berinam quatuor. Lanternam unam. Cacuas duas. Barrilia pro aqua tria. Cunnatum unum. Lucernas de ferro duas. Bernecatae tres. Gabetas duas. Nappos de ligno quinque. Focile unum. „ En quam latus patet campus, ad supplenda Glossari, et rem nauticam medii aevia illustrandam,

(1) *Pastinum*, vel *Pastinam*, uti putat Du Cangius, dixerunt nostrates tum Auctores, tum Notarii, qui media aetate scripserunt, *terram pastinatione renovatam*; idest quam porci ad pascendum immissi culturae opportuniorem reddiderunt. Sed exempla e Leone Ostiensi L. I. c. 26 et L. III. c. 18 atque e Romualdo Salernitano. *Chron.* an. 1125 non satis id probant. Fortasse idem indicat ac terra, in qua arbores *aut consitae sunt, aut plantari debent*; sic enim intelligitur vernacula vox, *pastino*. Adde *Chronicon Farfense* apud Muratorium *Ser. Rer. Ital.* T. II. P. II. *col.* 511, ubi dicitur *terra pastinata arboribus olivarum, et nucum, et ceterorum pomorum pomiferorum, fructiferorum, et infructiferorum.*

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 36. N. 32.

1270. *Augusti* 31. *Indictione* 13. *Caroli I. anno V.* (sic) *Caietae.*

Iudex, et Notarius declarant, Portulanum Caietae, et Custodes portus singillatim memoratos, ibidem moratos esse a die 1. Septembris praeteriti anni ad munus obeundum.

Per Iohannem de Gilio Notarium Caietae.

FASCICULUS VIII.

N. 1.

Olim Arca H. Fasciculus 68. N. 12.

1270. *Augusti* 31. *Indictione* 13. *Caroli I. anno VI. Neapoli.*

Iudex, et Notarius declarant, Cursium Magistrum *Spatharium*(1), ad Regis arma struenda, et ex eiusdem mandato, habitasse tres apothecas Curiae sitas in Neapolis *Contrata*, quae dicitur *Portanova*, cuius rei in Cabellotorum computo rato habenda est.

Per Nicolaum Campa Notarium Neapolis.

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 54. N. 23.

1270. *Augusti* 31. *Indictione* 13. *Caroli I. anno VI. Neapoli.*

Iudex, et Notarius declarant Bonivinctam Notarium Credenzerium iurium Regiorum, quae sunt Neapoli, ibidem moratum esse a vicesimo die Novembris ad officium obeundum.

Per Petrum Boniseculum Notarium Neapolis.

---

(1) *Spatharius* longe distat a *Spatario*, quae vox denotat quoddam *piscis genus*, aut funium *fabricatorem*: sed duo praesertim in media Graecitate, et Latinitate significavit. Alterum quidem est *Armiger*, praecipue Regum, aut Imperatorum; qui sensus satis fuit expositus ab erudito iuvene Iosepho Genuensi in sua *Illustrazione di un Greco Diploma* c. I. pag. 9. n. (5). Alterum autem minus frequens est *ensium faber* V. Leg. Alaman. Tit. LXXIX. §. 7. quod a *Spatha*, *ensi*, facili negotio defluxit. Et hoc quidem sensu videtur heic *spatharius* intelligendus, tum quia sibi ad laborandum vindicaverat *Apothecas Curiae*, tum quia Andegavenses Reges non solebant armigeros suos adpellare *Spatharios*.

Digitized by Google

N. 3.

Olim Arca II. Fasciculus 36. N. 13.

1270. *Septembris* 10. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Gaudisii.*

Iudex, et Notarius declarant Hugonem de Brusis Castellanum, et Magistrum insularum Maltae, et Gaudisii tradidisse Berterando de Real Regio successori suo inter cetera bona vineam vindemiatam, et parum valentem.
Per Antonium de Capilterio Notarium Maltae, et Gaudisii.

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 71. N. 7.

1270. *Septembris* 12. *Indictione* 14 *Caroli I. anno VI. Rossani.*

Iudex Simeon de Rubeto, ut exsequatur mandatum Philippi Primogeniti Imperatoris Constantinopolitani (1) et B. Archiepiscopi Arelatensis (2) Capitaneorum generalium denunciatum per

---

(1) Balduinus II. uti notissimum est, fugiens Michaëlem Palaeologum sua regna invadentem, se recepit in Italiam. Inde cum Carolo I. iniit foedus, quod habemus in historia. V. Ang. de Constant. *Istor.* Lib. I. fol. 32. *Neapoli* 1769. Revera in Archivo legimus Carolum sanxisse foedus cum duce Venetiarum pro recuperandis bonis Ecclesiae, et Balduini Imperatoris Constantinopolitani. *Regest. sign. An.* 1269. D. fol. 81. Ut autem foedus magis magisque obfirmaretur, ipse Balduini filiam uxorem duxit. V. Summont. *Ist.* Tom. III. pag. 140. *Neap.* 1748. Antea vero Philippo huius puellae fratri filiam suam (quam fuisse Beatricem accipimus ex *charta an.* 1275. 28. Octobris, et *Reg. sign.* 1268. A fol. 4. ad 5.) uxorem dederat V. Ang. de Constant. lib. 1. fol. 32. *Neap.* 1769.

Quae cum ita se habeant, facile intelligitur, cur Philippus ille Balduini filius ab Historicis *unicus*, a membranis autem dicatur *Primogenitus, et haeres Imperatoris Constantinopolitani*; si enim ratio habeatur filiarum, tunc audiet *primogenitus*; sin minus, dici poterit *unicus*. Certo quidem hic saepe adpellatur in nostris chartis Gener a Carolo I. *Regest. sign.* 1268. A. fol. 4. Obtinuit ab eodem Rege varias pecuniae summas, uti patet ex *Regest. sign.* 1268. A. fol. 3. et 4. et *Regest. sign.* 1269. A fol. 10. Praeterea anno 1269. 13. Martii mandatur, ut *assecuretur* ab hominibus civitatis Alifiae; et mense Decembris id praescribitur etiam hominibus *Caleni*, et *Rocchae montis Dragonis.* Denique fuit in comitiva Caroli, ac totius Regni Capitaneus est renunciatus; cuiusmodi muneris auctoritate potuit sua edere mandata, quorum unum in [illegible] membrana memoratur.

(2) Scilicet Bertrandus II. de S. Martino, qui ex Praeposito Ecclesiae Arelatensis primo Foroiuliensis, inde Arelatensis, ac demque Sabinensis Episcopus, et Cardinalis inauguratus est. Quamquam enim plures subinde in Arelatensium Episcoporum serie recenseantur ea tempestate Episcopi, qui

litteras Heliae de Gisualdo Iustitiarii Vallis Cratis, et Terrae Iordanae iniungit universitati Rossani, ut eligat Iudices pro praesenti anno.

Per Leonem Notarium Rossani.

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 12. N. 1.

1270. *Novembris* 10. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Fogiae.*

Iohannes Lobrunus, ut exsequatur concessionem sibi factam a Rege, denunciatam Procuratoribus Curiae per litteras Nicolai Acconzaioci secreti Apuliae, quae exscribuntur, adcipit ab iovito Iacobo de Andria bona omnia, quae fuerunt Matthaei Polluti proditoris.

Per Nicolaum de Notario Andrea Notarium Fogiae.

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 14. N. 10.

1270. *Novembris* 11. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Neapoli.*

Guillelmus Episcopus Aretinensis eligit Baldutium filium Rainaldi de Tacina suum procuratorem iturum Apuliam, ut recipiat uncias auri 200 a secreto Apuliae, sibi a Curia Neapolitana promissas (1).

Per Nicolaum Camodium Notarium Neapolis.

---

eadem initiali littera in chartis indicantur; tamen Sammart. *Gall. Christ.* Tom. I. pag. 571. *Paris* 1715. luculentissime ostendit A. 1270. Bertrandum omnino esse in catalogo, et quidem LXI. loco adpingendum; refutatque Petrum Saxonem, qui quemdam Bertrandum Maleferratum huc inserere nititur. Non tamen docent, cur e propria Sede B. dimotus in nostrum advenerit Regnum, ibique Capitanei Generalis munus cum Philippo Primogenito, et herede Imperatoris Constantinopolitani exercens, hoc anno Melphiae resederit; nec tradit quomodo eodem munere postea functus sit cum Hugone Duce Burgundiae; uti colligimus ex pluribus documentis, ac praesertim e seqq. anni 1271. 31. Martii, et 1. Novembris. At si meminerimus Andegavensem Carolum magnam Gallorum turbam in nostrum regnum intrusisse, et ad praecipuas evexisse dignitates; mirum non erit, si hunc quoque Episcopum tantis auxerit muneribus. Denique si plura de hoc Praesule quaeris, perlege Ughellum *Ital. Sacr.* Tom. I. pag. 172. *Venetiis* 1717.

(1) Debebatur huic Episcopo pecunia, tam auctoritate sacri pendentis mandati Regii dati Panormi nono Augusti tertiedecime Indictionis proxime

N. 7.

Olim Arca Fasciculus * N. 5.

1270. *Nov.* 13. *Indictione* 13. (*sic*) *Caroli I. anno V.* (*sic*) *Tallacotii.*

Iacobus Rogadeus Vicesecretus in Aprutio post subhastationem, et fideiussionem locat Petro Blasio Cabellam Roccae de Servis pro unciis auri 2. ponderis generalis.

Per Bartholomaeum de Leonardo Notarium Tallacotii.

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 5. N. 8.

1270. *Novembris* 18. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Neapoli.*

Iudex, et Notarius declarant Thomasium Patta in *viagio* (1) ad oras Tunisii, et in reditu (2) consumsisse supellectilem singillatim descriptam pro custodienda, et reparanda navi, cui praeerat (3).

Per Petrum Boniseculum Notarium Neapolis.

---

preterite quam et auctoritate alterius pendentis mandati magnificorum Dominorum Capitanei et Vicariorum generalium in Regno Sicilie a faro citra usque ad confinia terrarum Sancte Romane Ecclesie. ,, Quisnam vero fuerit Gulielmus, et quomodo ex Episcopo Aretino tyrannus evaserit, fuse tradiderunt praeter Villanium in histor. L. VII. c. 131. Jugurtha Thomasius in *Senensibus historiis*, et Ammiratus in *histor. Florent. in.* T. I. P. 1. l. 3. Certe quidem ab anno 1249. ad 1289. Aretinam Ecclesjam perturbavit potius, quam gubernavit. Potro a Carolo Audegavensi pecuniam heic memoratam, ut opinor, obtinuit, quia eius partes sequutus quosdam Manfredi Regis Duces fortiter expulit, ac debellavit.

(1) *Viagium* εκ τον βιας, quod corrupta Graecitate *viam* indicavit, et αγω *ducere* coaluisse autumo: novimus enim plura huiusmodi nomina εκ τον αγω etymon traxisse. Prima eius significatio videtur fuisse *peregrinatio*, et maxime *Hierosolymitana*; deinde, et quidem (nisi fallor) post elapsum XI. Saeculum pro quovis *itinere* ea vox usurpata fuit: quo sensu apud Martenem frequentissima est. V. *Testam. Bernardi Comitis Armaniaci* an. 1302. tom. I. *ampl. collect.* col. 1409., cui adde nostram hanc membranam.

(2) Qua de causa Thomasius Patta *Praepositus Navis Curiae* ad Tuneti oras cum navi, cui praeerat, iter instituerit, ex historia nostri Regni compertum est, et e membrana sign. Fasoic. 9. n. 6. fusius disces.

(3) Adde hoc monumentum alteri, quod nuper pag. 37. n. (1) edidimus, et nonnulla nova excudes vocabula. Qui isthaec amat, accedat αυτογραφα, nam patet aditus.

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 37. N. 20.

1270. *Dec.* 1. *Indictione* 13. *(sic) Caroli I. anno V. (sic) Sancti Angeli.*

Iacobus Rogadeus Vicesecretus in Aprutio post subhastationem, et fideiussionem confirmat locationem Cabellae iurium peculiariter memoratorum, olim traditam Gualterio Martino, pro unciis auri 25. ponderis generalis: sub conditione, quod oblato augmento unciarum auri 2. cum dimidio, posset eum amovere, et exigere rationem abruptae administrationis vel ad extaleum, vel ad credentiam.

Per Robertum Thomasii Notarium Sancti Angeli.

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 15. N. 2.

1270. *Dec.* 20. *Indictione* 13. *(sic) Caroli I. anno V. (sic) Ydronti.*

Stephanus Freczia Vicesecretus Ydronti post subhastationem, et fideiussionem confirmat locationem Cabellae duarum partium lacus Alimpnae in pertinentiis Ydronti cum iure curatoriae lini, iure iuncorum, piscaria, rivis, et ceteris consuetis, olim traditam Nicolao de Mallo pro unciis auri 6. ponderis generalis.

Per Minardum Notarium Ydronti.

FASCICULUS IX.

N. 1.

(1270.) . . . *Indictione* 13. (1) *Neapoli* (*Caroli I. anno VI.*)

Rex mandat Grafferio suo, ut solvat Duci Calabriae, et militibus 47 in Siciliam profecturis gagia.

---

(1) Haec quoque chatta inter Gallicas enumeranda est; de quibus vide pag. 19. nota (1). At vero cum nulla nota chronologica, nisi Indictio XIII, heic conspiciatur, quae quidem proprie a Septembri anni 1269. usque ad Septembrem sequentis anni pertingit, sed interdum usque ad totum Decembrem protrahitur; non abs re fuit in fine ipsius anni, uti solemus, eam collocare.

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 49. N. 13.

1270. *Decembris..... Indictione 14. Caroli I. anno V. Castri novi.*

Baiulus Castrinovi, ut exsequatur mandatum Hugonis ducis Burgundiae, et B. (1) denunciatum per litteras Stephani Frizii Secreti, insertas litteris Lucae de Monacha Vicesecreti Principatus, quae exscribuntur, per testium depositiones peculiariter memoratas declarat Petrum de Valle Rectorem Ecclesiae S. Iohannis de Castronovo a Catholicorum Regum temporibus percepisse quaedam iura Curiae ad missam, et officium ibidem celebranda, et tempore turbationis fidem erga Regem, et Romanam Ecclesiam servasse.

Per Jacobum Notarium Castrinovi.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 60. N. 17.

(1270.) (2) . . . . *Sancti Marci.*

Iustitiarius Vallis Gratis, et Terrae Iordanae, ut exseqnatur mandatum Regium, quod exscribitur, per testium depositiones singillatim adductas, declarat homines Citrarii, et Casalis Fallae tempore praeteritae turbationis fuisse fideles Regi, ac propterea mereri immunitatem taxationis impositae Universitatibus rebellibus (3) pro Balistariis in Siciliam mittendis.

Per Nicolaum Notarium Sancti Marci.

---

(1) Nempe Bertrandi Episcopi, de quo modo disputavimus pag. 40. n (2).

(2) Hanc membranam tempus nobis capite mutilam adservavit; epocha propterea latet. Mandatum autem, quod exscribitur, datum est 2. *Aprilis* XIII. *Indictione Caroli I. anno V.* cuius executio necessario post id temporis locum obtinere debuit. Et nimirum non potuit in longum differri; nam urgebat Recollectio Impositionis, et instabant homines Universitatum. Iam vero chartas, quae datae sunt anno V. Caroli, vidimus modo ad annum 1269. modo ad annum 1270. pertinere. Quum igitur documenta incerti temporis statuerimus in ultimum cuiusque [illegible] reiicere, huc istud amandavimus, quod in certa sede collocare non potuimus.

(3) Memoratur praecipue *Castrovillerium* nunc *Castrovillari*, unde plures armati prodiisse, et propinquis terris metum, et vastitatem attulisse dicuntur.

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 8. N. 6.

1271. *Ianuarii* 10. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Bari.*

Iudex de Corticio, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Nicolai Frezza, voce praeconia promittit mercatoribus merces ad Siciliam adsportantibus immunitatem; et declarat nunnullos ea utentes onerasse navem variis mercibus, quae quidem cum iuribus, quae debuissent solvi, singillatim recenset (1).

Per Iohannem Mangerium Notarium Bari.

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 20. N. 19.

1271. *Ianuarii* 12. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Monopoli.*

Angelus Papicius, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Secreti Apuliae, quae exscribuntur, sinit quosdam mercatores sine iure exiturae onerare *panzonum* (2) mercibus memoratis transvehendis in Siciliam, pro reditu ipsius Caroli cum Philippo fratris filio.

Per Matthaeum de Leone Notarium Monopolis.

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 60. N. 2.

(1271.) (3) *Ianuarii* 13. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Baroli.*

Iacobus de Niversa, ut exsequatur mandatum Regium de-

---

(1) Nescio, an aliquid hac charta opportunius ad luctuosam vectigalium nostrorum historiam concinnandam fingi posset.

(2) *Navis oneraria* dicta est *Panzonus* Saeculo praesertim XIII. uti in *Annal. Genuens.* ad an. 1264. apud Murat. *Script. Rer. Ital.* T. VI. col. 532. et 534. *Etymon est a panza*, quae Italis tunc significabat *alvum*: quippe *alvo* tument amplissima huiusmodi naves. Has Graeci ὁλκάδας adpellarunt.

(3) Tribus potissimum de caussis heic, ubi legitur *anno millesimo ducentesimo septuagesimo*, nos alium subinde annum adiiciendum putavimus. Primo quidem nec indictio XIV. nec Caroli annus VI. ad annum 1270. reduci poterant. Deinde diploma Regium huic instrumento inclusum ipsissimum omnino est, si cum praecedenti conferatur; siquidem alterum Secreto Apuliae, alterum Iustitiario Basilicatae directum fuerat. Denique XIII. Ianuarii anno

Digitized by Google

nunciatum per litteras Nicolai Frecziae Iustitiarii Basilicatae, quae inseruntur, declarat, se indixisse per praecones, ut nemo merces extrahat, nisi ad Siciliam, ac recepisse a quibusdam mercatoribus iusiurandum, quod non alio veherent merces suas (1).

Per Garzanitum Notarium Baroli.

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 41. N. 2.

1271. *Ianuarii* 13. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Alesinae.*

Petente Magistro Theobaldo de Lisiaco Procuratore Monasterii Terrae Maioris, transumitur in formam publicam privilegium

---

1270. novimus Carolum alibi commorantem, et in alia omnia discedentem. Facile itaque *to primo*, quod adiiciendum erat numero *septuagesimo*, incuria notarii excidit; cuiusmodi exemplum mox videbis in Charta, quae olim erat Arc. I. Fascic. V. n. XIX.

(1) Regium edictum, quod huc inseritur, datum fuit *in Castris prope Cartaginem V. Novembr. XIV. Indict. Regni anno VI.* et brevi hoc ambitu continetur: ,, Karolus Dei gratia etc. Secreto Apulie etc. Cum nos cum ,, excellenti Magnifico principe Karissimo Domino et Nepote nostro Philippo ,, Dei gratia Rege Francorum Illustri ac toto exercitu Xpistiano concedente ,, Domino ad partes Sicilie e vestigio revertamur. Volumus et fidelitati tue ,, precipiendo mandamus quatenus victualia Bladum seu merces alias extrahi ,, et extra Regnum Sicilie preterquam ad partes Sicilie ubi mercatoribus ibi ,, illa deferre volentibus plenam sine iure aliquo exiture concedimus tenore ,, presentium potestatem absque speciali mandato nostri culminis aliquatenus ,, non permictas. Carolus itaque, qui sibi proposuerat cum Philippi Francorum Regis copiis Tunetum expugnare, ut vidit exercitum grassanti pestilentia absumi, ac propterea pacem potius, quam bellum expedire, statuit inde abeundum. Quare ut in Sicilia, quo agmina coitura erant, annona pararetur, *ius exiturae* non exigit a mercatoribus, qui ad Insulam ipsam, et quidem ad praescripta eius loca merces adveherent. Rem votis respondisse docet hoc monumentum, quippe quod mercatores a portu Bari ad Siciliam contendentes commemorat. Falsus igitur est Blondus lib. I., dum tradit Carolum cum Philippo recta ad continentem Italiam fuisse profectum; et potius adhaerendum est narrationibus Fazzellae, et Matthaei de Iuvenacio, ex quibus eruimus eius naves horrida tempestate disiectas Drepanum adpulisse. Quod si de pace inita, et belli illius plura quaeris; adeas, lector, Iohannem Villanium L. VII. c. 37. et 38., Caffarium *Annal. Genuens.* L. IX. in princ. apud Murator. *Script. Rer. Ital.* T. VI., Summonte L. III. c. 1. Capece Par. IV. Lib. I. Dachery *Spicileg.* T. II. p. 548. et seqq. Postremo animadvertendum est saepe Carolum in Diplomatis memorasse Castra, ubi morabatur: sic *in obsidione Lucerine* plures leguntur datae membranae. Vid. *Reg. Sig.* 1269. *B.* fol. 124. a t. et seqq.

Digitized by Google

Imperatoris Friderici, quo donantur eidem monasterio quotannis 40. *sertae* (1) anguillarum.
Per Guilielmum Notarium Alesinae.

N. 8.

Olim Arca II. Fasciculus 14. N. 15.

(1271.) *Ianuarii* 13. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Alesinae.*

Antonius de Fastidio, Ligorius, ac Nicolaus de Severino mercatores tradunt Theobaldo de Lisiaco Canonico procuratori monasterii Terrae Maioris 40 *sertas* anguillarum, quae valent unciis auri 3 ponderis generalis.
Per Rogerium de Guilielmo Notarium Alesinae.

N. 9.

Olim Arca K. Fasciculus 51. N. 4.

(1271.) *Ianuarii* 18. *Ind.* 14. *Caroli I. anno VI. Messanae.*

Rex mandat Secreto Apuliae, ut complete solvat Iohanni Henrico de Salerno Notario apud Inquisitores Terrae Laboris gagia debita pro ipso, Scuterio, et duobus equis secundum statutas quantitates.

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 14. N. 9.

1271. *Ianuarii* 24. *Ind.* 14. *Caroli I. an. VI. Triani.*

Petente Nicolao Freczia Secreto Apuliae transumitur in formam publicam (2) diploma Caroli, quo conceduntur Monasterio

---

(1) Adde hanc σημασίαν ceteris, quas barbarae voci *sertae* adscribit Du-Caugius. Nimirum ex nomine latino *sertum*, vel potius e verbo *insero*, defluxit *serta*, seu *inserta*, vox hodie vernaculis notissima. Denotat plura χρήματα, quibus filum, vel cuipiam huiuscemodi inseritur, ut in corollae formam colligentur.

(2) Triplici de caussa huiusmodi *Transumta* locum habuerunt. De prima sic disserit Iohann. Melchior. Boehmeri Disputat. iurid. *de Scripturis non legibilibus* cap. IV. p. 58. „Quod si per vetustatem instrumentum aliquod. non „ legibile fieri incipiat, recurrere solent ad exemplificationem. Disponit de „ hac plenius c. f. x. de fide instrum. ubi in specie vetustatis, ob quam le-

S. Ioitannis in Plano unciae auri 4 ponderis generalis de proventibus Cabellae Baiulationis pro annuo censu cuiusdam Sylvae.
Per Nicolaum de Molanis Notarium Trani.

FASCICULUS X.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 71. N. 10.

1271. *Ianuarii* 25. *Ind.* 14. *Caroli I. anno VII.* (*sic*) *Ortonae.*

Notarius Nicolaus, ut exsequatur mandatum Hugonis Ducis Burgundiae, Capitanei Regni Siciliae citra Farum (1), et Vicarii

---

„ ctio deficere incipit, fit mentio, Gousalez Tellez ad cit. c. Ut vero haec „ exemplificatio effectum suum habeat, diserte requiritur in cit. c. fin. ut „ exemplanda instrumenta iudici praesententur, et ille cognoscere possit, an „ in nulla sua parte vitiata fuerint. Si enim ipsum originale vitio aliquo la- „ borat, forsan quod iam amplius per suam vetustatem non sit legibile, tunc „ ipsa exemplificatio erit nulla. Forsterus *de Exemplis* c. 3. Imo et illud re- „ quirunt; ut notae originalis, quod nonnullas cassaturas, et interlineaturas „ habet, cum eisdem exemplentur, ut salvae ubique maneant exceptiones. „ Muller ad Struv. Ex. 27. Th. 31. Vide etiam Mabillonium *de Re Dipl.* „ lib. III. c. 5. §. 9.

Altera est, ut ex Archivis extrahantur *Diplomataria*; ac de horum auctoritate fuse egit Fridericus Laurentius Langer in *Dissertatione Iuridica de probatione per documenta Archivalia* §. 31. pag. 71. et seq. et Iohannes Wilhelmus Waldschmidt *Diss. De probatione per Diplomataria.*

Tertia superest, ut nempe Diploma regium, cuius auctoritate aliquid actum est, inserviat defensioni alicuius exsequutoris. Id autem praecipue locum obtinet ad *iustificandas* solutiones ob mandatum regium factas; et quidem computi tempore ea *exemplificatio* debebat Magistris Rationalibus exhiberi. Huiusmodi porro exempla cuius auctoritatis sint, quando vim suam adsequantur, quibus de caussis sint instituta, ac cetera id genus alia, vide, quaeso, in *Dissert. iuridica* Iohannis Guilielmi Nieper *de probatione per exempla, seu copias documentorum* §. VIII. et seqq. p. 8. et seqq. 1762.

Porro alia atque alia de *exemplificatione* tradit Mabillonius *De Re Dipl.* L. I. c. 7. n. 3. et seqq. Cui omnino adiungendi sunt Auctores *de le nouveau Traité de Dipl.* T. I. p. 162. et seq. et T. V. p. 467. n. 2. Noster autem Claritius addit nonnullas notitias de huiusmodi *transumptis* pertinentes ad nostrates Notarios, ac praecipue quonam pacto chartae, quae characteris, ut aiunt, *Curialis* difficultate, et vetustate laborabant, alia subinde manu fuerint exscriptae, et publica auctoritate obfirmatae. V. *Com. sulla Costit. di Federico* L. V. P. III. App. p. 47. et seqq.

(1) Isthaec formula *citra Pharum* ex Bulla Investiturae, qua Carolo Clemens IV. Regnum concessit, orta videtur: ibi enim Regnum *Siciliae citra, et ultra Pharum* memoratur. *Raynald. Ann. Eccl.* an. 1265. Lunig. *Cod. Ital. Diplom.* T. II. p. 946. Dachery *Spicil.* T. IX. p. 214. Summont. *Istor.*

Digitized by Google

Generalis, denunciatum per litteras Iohannis Freczia V icesecreti Aprutii, declarat per testium depositiones descriptas Archipresbyterum Ecclesiae S. Mariae de Ortona a Catholicorum Regum temporibus consuevisse exigere decimas Cabellae Baiulationis Ortonae, et uncias auri 2 de proventibus portus dictae terrae; atque tempore turbationis fidem erga Ecclesiam, Regemque servasse.

Per Blasium Notarium Ortonae.

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 16. N. 7.

1271. *Ianuarii* 28. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Alesinae.*

Cabelloti Alesinae, ut exsequantur mandatum Hugonis Ducis Burgundiae Capitanei Generalis in Regno Siciliae, dant Monasterio S. Mariae de Monte Virginis 60. sertas anguillarum (1), quas mercatores peculiariter memorati aestimant unciis auri 4. et tarenis 15.

Per Rogerium de Iudice Guillelmo Notarium Alesinae.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 64. N. 5.

1271. *Februarii* 20. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Trani.*

Dohanerii Trani, ut exsequantur mandatum Regium denun-

L. II. c. 10. Inveges *Ann. di Paler.* T. III. an. 1265. *Chioccar. MS. Giurisd.* T. I. At in iuramento fidelitatis, quod Carolus ipse anno 1266. Viterbii praestitit, absolute dicitur *Regnum Siciliae*. Raynald. *Annal. Eccl.* an. 1266. n. 2. et seq. Tutini *de' Contestabili* p. 81. Verum huiusce distinctionis frequentissima quidem mentio est in chartis, quae de Magistratuum iurisdictione agunt; sed nulla prorsus in Andegavensium titulis occurrit, uti nec in diplomatis Northmannorum, et Svevorum Principum. Clarit. *Com. sulle Costit. di Federico* P. I. c. 1. §. 2. et seqq.

(1) Lacus *Alesinae*, seu *Alexinae*, vulgo *Lago di Lesina*, plurimis in Regno nostro patentibus amplior est, quippe XII saltem milliariorum longitudine, et II. latitudine exporrigitur; unde magnam anguillarum copiam, uti patet ex hisce membranis, Regum nostrorum munificentia monasteriis concessit. Eiusmodi Piscatio iam usque a saeculo VIII a Radepando donata fuit Monasterio S. Vincentii ad Vulturnum; legimus enim in Chronico Vulturnensi apud Murat. S. R. I. T. I. p. II. pag. 375 *in primis inclytam meam Piscariam, et focem de lacu de finibus Lisinae.* Nostris etiam temporibus, praeter alios pisces, mira anguillarum copia inde in principem Urbem quotannis sub Dominicae Nativitatis pervigilium adsportatur, helluonum gulam irritatura. Occurrit etiam in nostri Archivi [illegible] mentio piscium, quos ex hoc lacu extractos salis confrictione adservabant, eisque Reges ipsi vescebantur, uti legi.

Digitized by Google

ciatum per litteras Nicolai Frecziae Secreti Apuliae, quae exscribuntur, declarant se iubente Matthaeo Rufulo olim Secreto Apuliae solvisse Mannae uxori Romualdi de Trano rebellis, debitam pecuniae summam pro substentatione eius vitae.

Per Russonem Notarium Trani.

N. 4.

Olim Arca H. Fasciculus 85. N. 9.

1271. *Februarii* 25. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Trani.*

Rogerius de Trano, ut exsequatur mandatum Nicolai Frecziae Secreti Apuliae, post subhastationem, et fideiussionem locant Marco de Magistro Rogerio, et Roberto de Guarsis reparationem quarumdam aedium Curiae sitarum in portu Trani pro unciis auri 25.

Per Nicolaum de Molenis Notarium Trani.

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 40. N. 1.

1271. *Februarii* 26. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Melphiae.*

Petente Berardo Rufulo Vicesecreto Basilicatae transumitur in formam publicam instrumentum, quo Clemens de Melfia, ut exsequatur mandatum Regium, quod exscribitur, tradit Herveo de Caprosia possessionem terrarum Rapollae, Raponi, et Coriliani ei donatarum (1).

Per Philippum Notarium Melphiae.

---

mus in *Regest. Sign.* 1289, et 1290 A. fol. 26. a t. Quomodo autem et aquae in hunc lacum confluxerint, et antiquitus fuerit appellatus, et cognomini urbi nomen dederit, vide in *Dictionario* Clarissimi Viri, mihique amicissimi Laurentii Iustiniani.

(1) Quanta fuerit Caroli I. in feudis donandis liberalitas, incredibile dictu est; ita ut iure meritoque Ammiratus *De famil.*, ubi de Carolo agit, adserere non dubitarit Alexandrum totius Asiae Dominum anim superasse. Enimvero centum sexaginta circiter civitates, ac terras in feudi conditionem redegit. Vide fascic. 94. nostri Archivi Consule hac de re Capecelatro P. t. L. 1. Summonte L. IV. c. 1. Ciarlanti L. IV. c. 20. Lipsana tot donationum passim in hoc συλλογῇ deprehendes; tibi eas, quae ad annum 1269 pertinent, collectas reperies in nostri Archivi *Regesto*, cui titulus, *Liber Donationum anni* 1269. Quot autem fuerint sub Frederico II. nostri regni feuda, et ad quosnam *iustitiariatus* spectaverint, vide in *Regest. Freder. editu Neapoli* ann. 1786. pag. 302 et seqq. Denique quo pacto possessio feudi, et *assecuratio* fierent, habes in multis, et praesertim in Nic. Intrighol. *Tract. de Feud.* quaest. XXVI. n. 6. et LVI. 54. et seqq.

Digitized by Google

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 68. N. 17.

(1271.) *Februarii* 26. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Capuae.*

Rex mandat Secreto Apuliae, ut inducat Lodoycum de Belloioca in possessionem Terrae Gravinae in Iustitiariatu Bari, ab ipso Rege ei donatae, aliquibus iuribus retentis; eumque ab hominibus dictae Terrae faciat *assecurari.*

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 49. N. 12.

1271. *Februarii* 27. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Fogiae.*

Baiuli Fogiae, ut exsequantur mandatum Regium, quod exscribitur, per testium depositiones singillatim recensitas declarant Capitulum Ecclesiae S. Mariae de Fogia a Catholicorum regum temporibus consuevisse exigere decimas Baiulationis dictae Terrae, et Clericos ipsius Capituli tempore turbationis fidem erga regem servasse.

Per Franciscum de Angelo Notarium Fogiae.

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 53. N. 3.

1271. *Februarii* 28. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Trani.*

Petentibus Guillelmo Ysparano, Nicolao, et Petro Mattafullone laboratoribus in *Artilleria* (1) Trani Iudex, et Notarius declarant eos adsidue moratos esse in servitio eiusdem Artilleriae a primo Ianuarii usque ad ultimum diem Februarii XII. Indictionis.

Per Eustasium Notarium Trani.

---

(1) Quid sibi velit istud vocabulum, Italis neotericis satis superque notum est: *artiglieria* enim tormenta bellica, eorumque plaustra, et adparatus adpellantur. Exempla in Glossariis recentiora sunt, quam nostra membrana, cuius proinde magis magisque elucet usus. Αρτιλαρια graece dicitur in Glossar. Meursii. Unde vox repetenda sit non satis constat. Vossius Lib. III. *de vitiis sermonis* c. 1. deducit a Latino *Arcualia*, Menagius in *orig.* a Gallico *artiller*, seu *munire.* Quod ad me, si licet novam proferre originationem, maluerim deducere απο του αρτιζειν, *construere*, *componere*; quod tum ad machinarum constructionem, tum ad adparatus compositionem commode referri potest.

Digitized by Google

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 12. N. 4.

1271. *Martii 2. Indictione 14. Caroli I. anno VI. Materae.*

Iacobus de Marca, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Nicolai Frecziae Secreti Apuliae, quae exscribuntur, per testium depositiones singillatim recensitas declarat Archiepiscopum Acherontiae, et Materae a Catholicorum Regum temporibus consuevisse percipere decimas peculiariter memoratas, et fidem erga Regem servasse (1).

Per Franciscum Notarium Materae.

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 14. N. 12.

1271. *Martii 3. Indictione 14. Caroli I. anno VI. Aquaevivae.*

Iacobus de Trava, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Nicolai Frecziae Secreti Apuliae, quae exscribuntur, dat procuratori Guillelmi de Siccavilla possessionem Castri Aquaevivae, et Casalium Monteroni, et Mallavi ei donatorum, eumque facit ab hominibus earumdem terrarum *assecurari.*

Per Angelum Notarium Aquaevivae.

---

(1) Fr. Laurentius Ordinis Praedicatorum vir litteris apprime excultus, ex Capellano Anibaldi Cardinalis tituli Basilicae duodecim Apostolorum a Clemente IV renuntiatus est Archiepiscopus Acheruntinus anno 1268. ut ex Regest. Vaticano Dat. Viterbii. Verum Ughellus *Ital. Sacr.* Tom VII. pag. 65. Romae 1659. scribit hunc Archiepiscopum *instare pro decimis apud Carolum Primum Regem anno* 1269. *in Regest. Reg. ubi dicitur L. Archiepiscopus Acheruntinus, et Materanus.* At in Regestis anni 1269., quae supersunt, hoc Mandatum nullibi invenisse fateor. Utcumque autem se res habuerit, certe quidem mandatum Regium in eius favorem nonnisi anno 1271. prodiisse conspicimus. Heic autem declarant testes eum fidem erga Romanam Ecclesiam, Regemque tempore turbationis, de qua re alibi disseruimus, servasse. Porro huiusmodi notitiae non minimi habendae sunt, quia de hoc Archiepiscopo, octo circiter annis in Cathedra sedente, pauca quaedam innotuerant.

Digitized by Google

FASCICULUS XI.

N. 1.

Olim Arca F. Fasciculus 3. N. 3.

1271. *Martii 4. Indictione 14. Caroli I. anno VI. Capuae.*

Baiuli Capuae, ut exequantur mandatum Regium denunciatum per litteras Secreti Principatus, Terrae Laboris, et Aprutii, quae exscribuntur, per testium depositiones singillatim receusitas, declarant M Archiepiscopum Capuanum iam inde a Catholicorum Regum temporibus consuevisse percipere quotannis quasdam praestationes, et decimas (1).

Per Riccardum Notarium Capuae.

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 66. N. 5.

1271. *Martii 6. Indictione 14. Caroli I. anno VI. Calvi.*

Commissarii Stephani Frecziae, ut exsequantur mandatum Regium denunciatum per eius litteras, quae exscribuntur, inducunt Symonem de Monteforte in possessionem Comitatus Avellini, eumque ab hominibus dicti Comitatus faciunt *assecurari.*

Per Bartholomaeum Notarium Calvi.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 84. N. 15.

1271. *Martii 8. Indictione 14. Caroli I. anno VI. Viterbii.*

Rex mandat Secreto Apuliae, ut det Rostayno de Romulis possessionem partium, quas Curia habebat in Casalibus Trunci, Speclae de Presbyteris, et Graczani in excambium Montis Sicci, et faciat eum ab hominibus dictarum terrarum *assecurari.*

---

(1) Scilicet Marinus, de cuius aetate, ac vita plurima nobis tradiderunt Scriptores V. Capyc. *Hist. Neap.* lib. II. pag. 449. Neap. 1771. Ughell. *Ital. Sacr.* T. VI. pag. 467. Romae 1659 *Quod autem praeteritae turbationis tempore fidem erga Ecclesiam, et Regem servarit*, luculenter eruimus ex diuturnis persecutionibus, quas fortiter perpessus est, ne Friderici, Conradi, et Manfredi partibus adhaereret. In eius memoriam Ascanius philamarinus Archiepiscopus Neapolitanus satis amplam επιγραφην in Metropolitana Ecclesia ponendam curavit.

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 43. N. 7.

1271. *Martii 9. Indictione 14. Caroli I. anno VI. Laureni.*

Petrus de Primicerio Riccardo, et Iohannes Vassallus, ut exsequantur mandatum Regium denunciatum per litteras Secreti Principatus, Terrae Laboris, et Aprutii, dant Henrico Comiti de Vademonte possessionem Terrae Laureni; et locant baiulationem eiusdem Terrae Riccardo de Iudice Parisio pro unciis auri 17.

Per Gisulfum Notarium Laureni.

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 67. N. 7.

1271. *Martii 31. Indictione 14. Caroli I. anno VI. Fogiae.*

Leonasius de Pelraficta, Capitaneus pro custodia stratarum, et passuum (1) ut exsequatur mandatum Hugonis Ducis Burgundiae, et B. Episcopi Arelatensis Vicariorum Generalium, equites, pedites constituit in custodia stratarum, quae recensentur.

Per Bartholomaeum de Peregrino Notarium Fogiae.

N. 6.

Olim Arca II. Fasciculus 35. N. 8.

1271. *Aprilis 1. Indictione 14. Caroli I. anno VI. Excoli.*

Leonasius Pelraficta Capitaneus pro custodia stratarum, et passuum, ut exsequatur mandatum Hugonis Ducis Burgundiae, et B. Episcopi Arelatensis, quod exscribitur, equites, et pedites constituit in custodia stratarum, quae recensentur.

Per Silvestrum Notarium Excoli (2).

(1) Ubi audis, lector, in nostris hisce [illegible] *custodes stratarum et passuum*, cave, credas eos confundi posse cum aliis, quorum mentio in Ecclesiasticae, et Civilis Historiae scriptoribus frequenter occurrit. Hi enim, uti iamdiu animadvertit Scipio Maffeius *De Fabula Equestris Ordinis Constantiniani* §. *III. Tiguri* 1712. certe XI. Ecclesiae saeculo prodierunt, et custodiendis viabus, quas Christiani Hierosolymam petentes solebant terere, addicti sunt; unde in quemdam Religiosum Ordinem coalurrunt. At nostri isti Custodes optimo consilio a Rege statuti sunt, ut in *passibus* (seu locis, quae viatores maximo vitae discrimine adire solebant) excubarent, et latrones inde arcerent. Quo factum est, ut eorum numerus in nostris chartis mirum quantum pro locorum, et temporum varietate variasse videatur.

(2) Notanda omnino sunt in hac charta isthaec verba, *de subventione imposita in eadem terra PRAESENTI ANNO pro parte Regiae Curiae*

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 59. N. 20.

1271. *Aprilis 2. Indictione 14. Caroli I. anno VI. Troiae.*

Iudex, et Notarius Troiae declarant Custodes stratarum, et passuum, eorumque Capitaneum Leonasium de Petraficta continenter moratos esse ad suum munus obeundum.

Per Andream Notarium Troiae.

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 38. N. 2.

1271. *Aprilis 4. Indictione 14. Caroli I. anno VI. Civitate.*

Iudex, et Notarius Civitatis declarant Custodes Stratarum, et passuum, eorumque Capitaneum Leonasium de Petraficta continenter moratos esse in custodia passuum peculiariter memoratorum.

Per Guillelmum Notarium Civitatis.

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 1. N. 16.

1271. *Aprilis 10. Indictione 14. Caroli I. anno VI. Hydronti.*

Baiulus Hydronti, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Secreti Apuliae, quae exscribuntur, post iuramentum fidelitatis, dat Rostayno de Romulis possessionem partium, quas Curia habebat in Casalibus Speclae de Presbyteris, Trunci, et Grazani, in excambium Montis Sicci.

Per Robertum Buffum Notarium Hydronti.

---

de Mandato Magnifici Viri Domini Hugonis Illustris Ducis Burgundiae TUNC in Regno Siciliae citra Farum Capitanei, et Vicarii Generalis. Haec autem notitia de tempore, quo Hugo ab huiusmodi munere recessit, vix aliunde hauriri poterit. Praeterea *Asculum* quidem scribi solebat urbs in Piceno, hodie *Ascoli* V. Murat. *Diss. Topogr. de Ital. medii aevi. Script. Rer. Ital.* X. saepe at *Excolum* invenimus scriptum *Asculum Apulum*, seu *Satrianum*, hodie etiam *Ascoli*, estque haec urbs prope *Fogiam*; unde et Leonasius *Comestabulus Fogiae* distribuit equites, peditesque per loca periculosiora circa *Excolum*, quorum nomina *topographiae* illustrandae opportunissima cum aliis in praecedenti membrana enumeratis confundi nequeunt. Atque ita duo documenta, quorum alterum alterius crambem recoquere videbatur, magnam utique exhibent eruditionis varietatem.

Digitized by Google

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 59. N. 1.

1271. *Aprilis* 13. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Brundusii.*

Sergius Soranus, et Angelus de Girardo per testium depositiones, quae peculiariter recensentur, declarant se emisse frumentum pro *Galeis* (1) Curiae in terris intus descriptis, atque ita commodo Curiae operam dedisse.

Per Iohannem Notarium Hydronti.

FASCICULUS. XII.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 55. N. 21.

1271. *Aprilis* 13. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Bari.*

Dominicus de Trano delegatus emendo frumento pro *panatica* (2) Galearum declarat frumentum Baroli valere unciis auri 38, et tarenis 15 ponderis generalis pro singulis 100 salmis.

Per Gargantum Notarium Bari.

---

(1) *Galeae*, quam γαλαιαι, vel γαλαι recentiores Graeculi scripserunt, originatio amplam disputandi segetem Vossio, Menagio, Ferrario, ac praesertim Philippo Pigafettae in *Notis ad Leonis Tacticam* p. 292. praebuit: et omnes sibi persuaserunt eo nomine *genus navigii velocissimi*, *longi*, *rostrati* indigitari. At nisi mea me fallit opinio, hoc nomine Andegavensium Regum temporibus in nostratibus Diplomatis, ac Instrumentis naves tantummodo Regiae, et quidem bellicae significantur. Invenimus enim mandata, quibus ad bellicos usus instruuntur: memorantur etiam milites, quorum munus erat ipsas defendere: identidem documenta occurrunt, quae de *biscotto* ad ipsas collato agunt: ac denique per eas cum hostibus praelia non raro inita enarrantur. Alias enim naves non ad aliud, quam Reges ad bella Andegavenses numquam adhibuisse censeo: ceterae enim, uti *pantzoum*, *terida*, *barchetta*, etc. onerariae fuerunt: *vassellum* vero, seu *vagellum* navem tum oneribus deferendis, tum praeliis committendis opportunam passim denotat.

(2) Hoc nimirum vocabulo *militarem annonam*, ac praecipue *navalem* ea tempestate vocarunt. Ut eam vero rite compararent, ea qua methodo utebantur. Rex Secreto alicuius provinciae, atque hic rursum Vicesecreto, vel alii cuipiam ad id electo mandabat certam quamdam *biscottorum* copiam conficiendam. Tunc iste aut *Panecteriis Curiae*, aut aliis oblatoribus post aestimationem, et subhastationem pro statuto pretio ipsam locabat; cuiusmodi exemplum vidimus in membrana fasc. IV. n. 7. Interdum vero hoc negotium ipse per se agebat, uti patet ex praesenti documento. At ne quis suspicetur in frumenti emptionem, aut in ceteras expensas fraudem irrepsisse; per Iudicis, et Notarii fidem Curiae demonstrabatur frumentum fuisse emtum vel minoris, vel saltem quanti in propriis terris vendebatur: sumtus vero exportationis, moliturae, et coctionis mediocre pretium non excessisse. Nos igitur de hoc ritu plurima edituri monumenta, non abs re duximus ista in antecessum animadvertere.

Digitized by Google

N. 2.

Olim Arca F. Fasciculus 18. N. 5.

1271. *Aprilis* 20. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Hostuni.*

Iacobus Bonus Syndicus Hostuni declarat se recepisse a Iohanne de Brayda Iustitiario Terrae Hydronti, et a Pasca Catulo Regio Aerario excomputationem generalis Subventionis eidem terrae impositae.

Per Oronem Notarium Hostuni.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 59. N. 16.

1271. *Aprilis* 24. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Trani.*

Dominicus de Manticio delegatus emendo ad opus Curiae (1) frumento, per testium depositiones singillatim recensitas, declarat valere tarenis auri 12 unamquamque salmam frumenti (2).

Per Nicolaum de Molenis Notarium Trani.

---

(1) Curia vocabulum πολύσημον satis superque a Lexicographis mediae Latinitatis exponitur: quo sensu nos eam saepissime adhibuerimus, patet ex ipso contextu. Ubi vero *ad opus Curiae* in nostris chartis legitur, intelligendum est quod vulgo dicimus, *a conto della Corte*, aut *per uso della Corte*. Quoties enim nostri Officiales Regii, eorumque Commissarii operarios, aut aedes conducebant, aut annonam, ligna, iumenta, et cetera id genus alia *nomine*, *et pro parte Curiae*, scilicet pro exsequendis mandatis Regis, eiusque negotiis rite agendis, emebant; tunc se conducere, vel emere dicebant *ad opus Curiae*.

(2) En parva annonae, pro locorum, et officialium varietate, differentia. Modo enim *fasc. praec. n.* 10. testes iurarunt *frumentum in terris Licii, Neritonis, et Casali Casiveteris ad rationem de unciis auri XL, et tarenis XV ponderis generalis pro singulis C salmis valere*: quod tamen officiales ad id statuti nuper emerant unciis XXXIX, et tarenis XV. In sequenti vero membrana testes pariter adfirmant frumentum Baroli *communiter vendi ad rationem de unciis auri XXXVIII, et tarenis XV ponderis generalis pro singulis C salmis*. Quum autem uncia XXX tarenis, seu DC granis tunc temporis constaret (Vide Fuscum *Dissertazione sul Ducato di Ruggiero* c.1.p.11.et seq.) patet utique secundo hoc pretio quamlibet frumenti salmam valuisse tarenis XI et granis XIII. Iam vero in praesenti documento in terris Altamurae, et Gravinae frumenti pretium dicitur *tar. XII pro unaquaque salma*. Quod si, uti notum est, salma haec generalis octo thuminis habebatur, liquet ex ultimo documento frumenti thuminum granis XXX emtum fuisse: et quidem ipsum non a privato homine, sed a Magistratibus fortasse de negotiis Curiae non admodum sollicitis emtum fuerat. Politici interea caussas investigabunt, cur annona nostri regni e tanta vilitate nimium recesserit.

Digitized by Google

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 12. N. 8.

1271. *Maii 1. Indictione 14. Caroli I. anno VI. Boiani.*

Iohannes de Pascha, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per literas Stephani Frecziae Secreti Principatus, Terrae Laboris, et Aprutii, quae excribuntur, dat Rozzolino de Mamboroliis, eiusque filio possessionem Castri, et Civitatis Boiani, ipsis donatorum, eosque facit ab hominibus dictae terrae *assecurari*.
Per Antonium Notarium Boiani.

N. 5.

Olim Arca I, Fasciculus 12. N. 3.

1271. *Maii 2. Indictione 14. Caroli I. anno VI. Brundusii.*

Fundicarii, et Dohanerii Brundusii, ut exsequantur mandatum Regium, quod exscribitur, permittunt T. Archidiacono Lyodoni extrahere de portu dictae terrae commeatum peculiariter expressum, qui valebat unciis auri 100., vehendum ad Terram sanctam sine iure exiturae.
Per Helyam Notarium Brundusii.

N. 6.

Olim Arca B. Fasciculus 49. N. 21.

1271. *Maii 3. Indictione 14. Caroli I. anno VI. Brundusii.*

Iudex, et Notarius declarant equum Manfreocti de Marzanesco equitis servientis Iustitiario Hydronti esse prae morbo invalidum.
Per Nicolaum Notarium Brundusii.

N. 7.

Olim Arca H. Fasciculus 85. N. 14.

1271. *Maii 7. Indictione 14. Caroli I. anno VI. Brundusii.*

Sergius Soranus, ut exsequatur mandatum Nicolai Frecziae Secreti Apuliae post aestimationem, quae describitur (1), et sub-

---

(1) Tum haec, tum insequens scriptura notitjis, ac vocabulis scatent, quae Glossariis locupletandis opportuna sunt. Ecce tibi aliqua περιοχῆς pars.
„ Trabibus de zappino quadraginta quelibet longitudinis cannatum trium „ pro faciendis rapiis. valentes una tarenos duos pro qualibet. uncias auri

hastationem, dat Petro Castaldo ad extaleum reparationes domorum, quae fuerant quorumdam preditorum, pro unciis auri 29. ponderis generalis.

Per Iohannem Notarii Nicolai Notarium Brundusii.

„ duas. et tarenos viginti. trabibus aliis de zappino decem eiusdem qualitatis pro eis servandis et faciendis inde profilibus. valentes ad eamdem rationem tarenorum viginti. trabibus aliis magnis quatuor de zappino. quelibet longitudinis cannarum quatuor. pro faciendis catenis in ipsa domo. valentes ana tarenos quatuor pro qualibet pro tarenis sedecim, trabibus aliis duabus magnis de zappino. quelibet longitudinis cannarum quatuor valentes tarenos octo de centris degalitra septem valentes tarenos sex et granos duodecim, operibus magistrorum carpenteriorum et serratorum viginti quinque qui possent haberi sine vidanda pro tarenis viginti quinque. quatrelle de cusis mille pro reficiendis ex eis muris labilibus ipsius domus de longo in longum per altitudinem dimidie canne. valentes cum delatura ipsarum. a petrara que distat a Brundusio per miliaria sex uncias tres. tarenos decem. operibus magistrorum fabricatorum sexaginta pro ipsis lapidibus dolandis laborandis et fabricandis. et possent haberi sine vidanda pro unciis duabus operibus manipulorum quadraginta iuvantium magistros ipsos, in deferendis lapidibus ad fabricam et laboranda calce et faciendo morterio ex ea et terra et deferendo in opere ipso, qui possent haberi ana granos decem pro quolibet. tarenis viginti. Imbricibus itibus mılibus preter veteres valentes eum delatura eorum ad domum ipsam. unciam unam et tarenos decem de calce tam pro predicto opere mori. quam pro bullandis imbricibus predicti tecti. et reparandis canalibus salmas quindecim valentes cum delatura ipsius ad domum ipsam unciam unam. tarenos viginti operibus magistrorum architectorum octo qui possent haberi sine vidanda. pro tarenis octo. operibus manipulorum octo tarenis quatuor. Item palatium unum. in duabus habitationibus divisum. situm in vico ecclesie sancto agatho iuxta domum comiti Bonasogi. providerunt indigere in eius solario et tecto. reparatione et rebus subscriptis. videlicet in solario trabibus de zappino octo. quelibet longitudinis cannarum quatuor. valentes ad rationem de tarenis quatuor pro qualibet. unciam unam tarenos duos. tabulis de zappinu serraticiis viginti. valentes ana tarenos duos pro qualibet. unciam unam. tarenos decem. et in tecto trabibus de zappino octo. quelibet longitudinis cannarum trium pro faciendis rapiis valentes ad rationem de tarenis duobus pro qualibet. tarenos sedecim. profilibus triginta serraticiis de trabibus do zappino. valentes ana granos quinque pro qualibet. tarenos septem et medium operibus magistrorum carpenteriorum decem. tam pro reparandis solario quam tecto ipsius domus. qui possent haberi ad supradictam rationem. pro tarenis decem. de centris degalitra quatuor. valentes tarenos tres et granos quatuor. Imbricibus mille preter veteres valentes cum delatura eorum ad domum ipsam. tarenos tredecim. operibus architectorum sex. qui possent haberi sine vidanda pro tarenis sex, operibus manipulorum sex, valentes tarenos tres. Item magnum palatium in quo habitabat dictus aroldus. providerunt et extimaverunt indigere in solario et tecto ipsius palatii. et tectis camerarum diversarum ipsius palatii. eo quod quondam francigene qui hospitati et morati fuerunt in eo abstulerunt inde tabulas solarii et balcones et combuxerunt eas. ut nobis plene constitit. reparatione et rebus subscriptis etc.

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 54. N. 26.

1271. *Maii 9. Indictione 14. Caroli I. anno VI. Syponti-Novelli.*

Leo de Grisone Cabellotus Baiulationis, Dohanae, et Fundici, ut exsequatur mandatum Nicolai Frecziae Secreti Apuliae, post aestimationem, quae describitur, et subhastionem dat Iacobino Lombardo ad extaleum reparationes quarumdam domorum Curiae pro unciis auri 22. ponderis generalis.

Per Henricum Notarium Syponti-Novelli. (1)

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 43. N. 2.

1271. *Maii 9. Indictione 14. Caroli I. anno VI. Vigiliis.*

Leo, et Iannoccarus Thommasii Procuratores Curiae, ut exsequantur mandatum Nicolai Frecziae Secreti Apuliae, quod exscribitur, pro cultura olivetorum Curiae data ad extaleum Nicolao de Semiano, et Iacobo de Annis, et iam completa solvunt pecuniam conventam.

Per Nicolaum Notarium Vigiliarum.

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 49. N. 16.

1271. *Maii 12. Indictione 14. Caroli I. anno VI. Aversae.*

Iudex Petrus de Benedicto, ut exsequatur mandatum Regium

---

(1) Quod alibi *Sypontum Novum*, heic *Sypontum Novellum* adpellatur. De hoc nomine nosse iuverit male etymon *Syponti* ab *Sepiis* Strabonem deduxisse, uti recte animadvertit Mazochius *Prodr.* ad *Tab. Heracl. p* 37. Nimirum Polybio Σιπους Lib. X. Excerpt. c. 1. et *Sipus* pariter Lucano *Phars.* v. 377, et Silio Ital. VIII. 634 placuit. Hinc *Sipuntum* in Pomponio Mela L. III. c. 11. *et ager Sipuntinus* in Frontino L. II. c. 2. legitur. At vero *Sippontinam* siccitatem Tullius *De Leg. Agr.* II. 27. ac Livius saepe *Sipontum* L. XXXIV. c. 45. XXXIX. 33. scripsit. Barbaris denique seculis usus, seu potius abusus litterae *y* mirum quantum increbruit. Quapropter postquam ea urbs anno 662, aut 663 ab Imp. Constante destructa (V. adnotationes ad *Annal. de Meo* T. II. p. 104), et deinde Manfredi providentia a fundamentis iterum excitata est, quemadmodum situ, ita et nomine a veteri Siponto distavit; siquidem ferme milliario inde remota est, et nomen *Manfredoniae* obtinuit. V. *Dissert. Chorogr. de Ital. Med. Aev.* apud Murat. *Scr. Re. It.* T. X. col. 161. Denique Carolus, uti et alibi monuimus, sperans se Manfredi memoriam prorsum aboliturum, nomen urbis immutavit, eamque *Sypontum-Novum* adpellari praecepit.

Digitized by Google

denunciatum per litteras Madii Rubei Portulani, et Procuratoris morticiorum, et excadentiarum Curiae in Principatu, et Terra Laboris, quae exscribuntur, dat Hugoni Merelio possessionem dimidii Castri Ayrolae a Rege ei donati, eumque ab hominibus eiusdem Castri facit *assecurari*.

Per Iacobum Castaldum Notarium Aversae.

FASCICULUS XIII.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 2. N. 11.

1271. *Maii* 12. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Excoli*

Iudex Paschalis de Exculo, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Nicolai Frecziae Secreti Apuliae, quae exscribuntur, per testium depositiones singillatim recensitas, declarat Ecclesiam Exculanam, eiusque Episcopum consuevisse exigere decimas baiulationis dictae Terrae a Frederici Imperatoris temporibus (1).

Per Malgerium Notarium Excoli.

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 42. N. 2.

1271. *Maii* 16. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Iuvenacii*

Nicolaus de Iudice, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Secreti Apuliae, quae exscribuntur, per testium depositiones peculiariter recensitas declarat oleas ob imbres deci-

(1) Huiusmodi decimas Fredercius II. *Procide anno Dominicae Incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo sexto, mense Decembris, decime quinte Indictionis* Iohanni Ecclesiae Asculanae Praesuli confirmavit. Sed ab hac epocha usque ad annum 1276 nihil de Episcopis eiusdem cathedrae innotuerat; siquidem hoc tantum tempore Antistes, cuius sigla est N., memoratur in *Regest. Arch. Neap.* eiusdem anni. V. Ughellum *Ital. Sacr.* Tom. VIII. p. 322. *Romae* 1662. Iam vero quum ex praesenti documento eruamus anno 1271 mense Aprilis hanc Ecclesiam suo pastore, cuius tamen nomen minime exprimitur, non orbari, immo decimas ei more solito persolvi, verisimile est nonnisi hunc N. ipso tempore praeesse. Quemadmodum enim eius praedecessor Iohannes confirmationem decimarum obtinuerat ab Imperatore Romanorum, ita Benedictus anno 1280, uti Ughellus l. c. probat, a Carolo I. Rege impetravit. Itaque si iste N. inter utrumque fuisse noscitur, nihil mirum est ipsi utique eumdem favorem in nostro hoc documento exhiberi.

disse, ac propterea concedendum esse excomputum Bisancio Iaquinto, cui Cabella Olei in Botonto locata fuerat.

Per Marchisium Notarium Iuvenacii.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 55. N. 20.

1271. *Maii 24. Indictione 14. Caroli I. anno VI. Caietae.*

Henricus de Campagna Instor Navis cognominatae *Allegranza* iurat coram Magistris Portulanis Caietae se non iturum ad loca prohibita, et responsales litteras a loco, quo appelleret, eis missurum (1).

Per Iohannem de Gilio Notarium Caietae.

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 49. N. 7.

1271. *Maii 24. Indictione 14. Caroli I. anno VI. Rodi.*

Riccardus de Precina, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Nicolai Frecziae Secreti Apuliae, quae exscribuntur, per testium depositiones peculiariter recensitas declarat Monasterium S. Mariae de Calena a Catholicorum Regum temporibus quotannis percepisse decimas proventuum piscariae fluminis Pantani Barani, ac (2) tempore turbationis fidem erga Regem servasse.

Per Falconem Notarium Rodi.

---

(1) Chartae huiusmodi raro in manus meas inciderunt. Solebant enim mercatores, aut institores, ut merces e portu extraherent; *ad sancta Dei Evangelia* (V. Mabillonium *De Re Dipl.* L. VI. n. 103, p. 565. *Neap.* 1769.) iurare se merces non delaturos *ad partes inimici*: ac tunc Portulani eos libere abire sinebant. Propterea unico instrumento Notarii exscribebant mandatum Regium *de extractione*, simulque exponebant ex ordine, quid Secretus, quid Portulanus, quid Institor egerant, ut mandatum exsequerentur: cuiusmodi [illegible] passim habes, V. e. g. fasc. 5. et 6. num. IX. Nunc autem peculiari instrumento, ut vides, illud iusiurandum exprimitur. Qua de re obiter animadvertendum membranas tantum de iuramentis, cuiuscumque generis sint, esse omnino rarissimas: immo de iuramenti formula pauca quaedam innuit vel ipse locupletissimus Marculfi adnotator Hieron. Bignonius *ad formul.* Lib. I. c. 38 p. 303 et seq. *Parisiis* 1665.

(2) Quod Abbas ipsius Monasterii perceperit *decimas super proventibus Barrani*, legimus in *Regesto* 1269. C. *fol* 40. Quod autem *decimae* essent *percipiendae super omnibus fluminis, et Pantani Barani siti in montanea S. Angeli* scriptum invenimus in *Regestis* 1272. A. *fol.* 157. 1272. E. *fol.* 185. et alibi. De eodem Monasterio plura docet Augustinus Lubin in sua *Abatiarum Italiae brevi notitia* pag. 420.

Constat itaque Scriptores medii aevi hunc lacum modo *Bayranum*, modo

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 29. N. 1.

1271. *Maii 25. Indictione 14. Caroli I. anno* VI. *Neritone.*

Angelus de Sancta Cruce, Vicesecretus Curiae in Hydronto, ut exsequatur mandatum Regium; quod exscribitur, per testium depositiones singillatim recensitas declarat Marcum Clericum Canonicum Neritonis, eiusque praedecessores a Catholicorum Regum temporibus percepisse decimas iurium Cabellae baiulationis Neritonis.

Per Constantinum Notarium Neritonis.

N. 6.

Olim Arca H. Fasciculus 81. N. 7.

1271. *Iunii 2. Indictione 14. Caroli I. anno VI. Trani.*

Rex mandat Secreto Apuliae, ut det Philippo de Tuetiaco Ammirato Siciliae possessionem Terrae Neritonis, Casalium Furciniani, Saginae, et Bellovidere, exceptis forestis, et Palatio ipsius Casalis Bellovidere.

N. 7.

Olim Arca H. Fasciculus 86. N. 14.

1271. *Iunii 2. Indictione 14. Caroli I. anno VI. Trani.*

Rex mandat Secreto Apuliae, ut Normannellae, cuius vir ob crimina patrata e Regno abscesserat, tradat substentationem secundum bona dotalia.

N. 8.

Olim Arca K. Fasciculus 46. N. 9.

1271. *Iunii 2. Indictione 14. Caroli I. anno VI. Trani.*

Rex mandat Secreto Apuliae, ut det Gallaranno de Yvero

Baranum adpellasse: at vetustiores, uti Strabo, Plinius, Ptolemaeus, aliique nullam de eo mentionem faciunt: quod satis probat ipsum terraemotibus sequiori aetate erupisse. Quare ex variis huius nominis originationibus, quas hactenus legi, maxime mihi placet illa, quam et noster Ignarra probavit, lacus scilicet Οὐρίας. ibi enim fortasse fuit aliquando Urbs nomine *Uria*, quam et *Varium* nuncupat Plinius. V. Ignar. *De Buthysiae agone* Dissert. in calc. oper. *De Palaestr. Neapol.* p. 257. Certe Lacus iste in Provincia *Capitanatae* magna amplitudine, ac celebritate gaudet: unde miram piscium copiam oppida vicina capiunt. Consule Maniconeum in *Physica Appula* T. V. p. 229. et seq. T. III. p. 194.

Regni Siciliae Senescallo (1) possessionem terrarum Lavelli, et Sarni ei donatarum, ipsumque ab hominibus earumdem faciat ***assecurari.***

N. 9.

Olim Arca D. Fasciculus 35. N. 23.

1271. *Iunii 5. Indictione 14. Caroli I. anno VI. Lavelli.*

Nicolaus de Trano, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Nicolai Frecziae Secreti Apuliae, quae exscribuntur, dat Gallarano de Yvero Regni Siciliae Senescallo possessionem Terrae Lavelli, eumque ab hominibus dictae Terrae facit *assecurari*.

Per Matthaeum Notarium Lavelli.

N. 10.

Olim Arca F. Fasciculus 19. N. 11.

1271. *Iunii 7. Indictione 14. Caroli I. anno VI. Trani.*

Rex mandat Baiulo Potentiae, ut solvat Petro de Petrafixa

---

(1) Quodnam fuisse videatur huius nominis etymon V. Lindebrogium *h. v.* Riccardum in *Not. ad Pact. Leg. Salicae* Tit. 2. §. 11. et Hickesium. De officio autem eorum V. *Tabular. Kempert. Statut. Philip. Pulchr.* an. 1308. T. 1. *Ordinat.* p. 459. Suritam lib. 1. *Indic. Rerum Aragon.* an. 1055. *Lib. de Iure, et Consuetud. Normanniae.* Cap. X. *Senescallo.* De Ecclesiasticis autem Senescallis. V. Menester. in *Hist. Leg.* p. 336. et seqq. Omittendum vero non est *M. Senescallum* ex Brissonii sententia *Magistro Officiorum* in Imperiali Palatio respondere V. *De verb. signif. Voc. Magistr. Of.* Propterea plures magni honoris, atque auctoritatis Officiales eius iurisdictioni parebant: ac praecipue *Magister Hospitii Regii*, *Magister Panecterius Regius*, *Magister Buczelleriae Regiae*, et *Praepositus Coquinae Regiae*. Temporis tamen progressu multos horum officialium invenimus, excusso M. Senescalli iugo, immediate Regi subiectos fuisse. Ille autem quamquam ex proprio munere inter *Palatinos* esset enumerandus (V. Brisson *v. Palatinus*) quia tamen eius auctoritas nullo limite arctiori, quam toto Regno, circumscribebatur, et non tam Regis Maiestatem, quam eiusdem Personam respiciebat, ideo inter septem Officiales Regni enumeratus est. Iam porro Tutinius noster, qui *dei sette Officii del Regno di Napoli* opus incompletum morte impeditus reliquit, pauca quaedam de hoc Magistratu edisserit pag. 7., at ea magni momenti esse videntur. Animadvertit enim plurimos scriptores in hoc deceptos esse, ut Senescallos omnes unum idemque fuisse arbitrarentur. Invenimus enim quosdam *Regii Hospitii Senescallos*, et *Reginalis Hospitii Senescallos*, qui tot esse poterant, quot praecipua hospitia Rex, et Regina in toto regno elegerant. Hi tamen universi M. Senescallo subiiciebantur, qui idcirco Magnus dicebatur, quia ceteris honore, et auctoritate eminebat.

Digitized by Google

Suprastanti (1) passuum, et stratarum super custodia stratae a Potentia ad Burgentiam gagia ad rationem tarenorum auri 3. ponderis generalis singulis diebus.

FASCICULUS XIV.

N. 1.

Olim Arca K. Fasciculus 45. N. 29.

1271. *Iunii 7. Indictione 14. Caroli I. anno VI. Trani.*

Rex mandat Secreto Apuliae, ut solvat Leonasio de Petrafiecta Comestabulo Fogiae pecuniam necessariam pro gagiis, et expensis ab eo factis ad capiendos latrones, et *foriudicatos.* (2)

Pariter ubi andis, lector, *Ammiratum Siciliae*, intellige Magistratum, quem Romnaldus Salernitanus *Magnum Ammiratum* nuncupat; siquidem plures alios Ammiratos Magno illi subiectos vetera monumenta testantur. V. apud Rocchum Pirrum Chartam sub Rogerio Rege datam an. 1142. T. I. p. 276. Etymon huius vocis non, ut alii putant, ab Arabo *Amir*, *Domino*, sed potius a Graeco Αλμυρῳ *salso*, *marino* ducendum censeo. De M. Ammirati auctoritate, muneribus, magistratibusque ei subditis, vide Tutinium *de' sette Uffizj del Regno*.

(1) Patet unde vernacula vox *Soprastante* ortum duxerit, tametsi ipsam Glossaria ignorent. Nimirum ex hoc, aliisque documentis constat iam usque a Saeculo XIII. *Suprastantis* nomen ad officium indicandum fuisse usurpatum. Et certe eius muneris erat artificibus, fabris, et operariis quibuslibet Regi servientibus animadvertere; ne aut negligentius operi incumberent, aut segnius laborarent, aut fraudes facerent. Quapropter interdum ipsi operibus publicis Praefecti, et Curatores, *Suprastantis* inspectioni subdebantur: immo is tunc a Rege creari solebat, cum de Praefectorum fide dubitaret, atque adeo Officialis extraordinarius constituendus esset.

(2) Quisnam *foriudicatus*, seu *forisiudicatus* per barbara saecula fuerit adpellatus, tam notum est, quam quod notissimum. Animadvertenda est autem Frederici II. constitutio L. II. tit. 3. qua praescribitur, quomodo cum reis, qui citati non comparuerant, atque adeo *banno suppositi*, *erant* agendum esset. *Si quis infra annum a die banni edicti...minime comparuerit, eumdem foriudicari debebit nulla omnino licentia sibi remanente, se super principali caussa criminis defendendi...Nullum sibi appellationis remedium foriudicatus superesse cognoscat, quoad omnia fere pro mortuo habeatur, et hostis publicus reputetur, sic ut ab omnibus offendatur impune.* Plura quaeri poterunt de hac re L. I. tit. 54. §. 1. L. II. tit. 4. ad 9. V. Dominic. de Gravina ap. Murat. T. XII. col. 574. Quae quum ita se habeant, patet, cur in nostro Tabulario paucae sint pergamenae, quae sententias *foriudicationis* continent, dum ingens exerescit messis earum, quae *forbannitionem* exhibent. Nimirum toto anni lapsu reus qua iure, qua iniuria absolutionem criminis facile obtinebat, aut saltem pauci admodum adversarii ita iudices urgebant, ut ad eum foriudicandum devenirent.

Digitized by Google

N. 2.

Olim Arca A. Fasciculus 18. N. 5.

1271. *Iunii 7. Indictione 14. Caroli I. anno VI. Trani.*

Rex mandat Dohaneriis Trani, ut solvant quotannis haurienti aquam ad usum equorum, aliorumque animalium ipsius Civitatis unciam auri 1. et tarenos 15. si talis fuerit consuetudo.

N. 3.

Olim Arca K. Fasciculus 52. n. 22.

1271. *Iunii 9. Indictione 14. Caroli I. anno VI. Trani.*

Rex mandat Secreto Apuliae, ut det Iohanni Briccialdi possessionem Terrae *Civitatis* ei donatae, ipsumque ab hominibus eiusdem Terrae faciat *assecurari.*

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 69. n. 17.

1271. *Iunii 9. Indictione 14. Caroli I. anno VI. Cryptae Maynardi.*

Iudex, et Notarius declarant Rogerium Balduinum toto tempore sui officii custodiendis stratis incubuisse.

Per Adenulfum Notarium Cryptae Maynardi.

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 40. N. 10.

1271. *Iunii 9. Indictione 14 Caroli I. anno VI. Trani.*

Rex acceptat solutionem unciarum auri 150. a Secreto Apuliae factam reparatori Castri Canusii pro expensis reparationis. (1)

---

(1) Tum *Apochae*, tum *Mandata* solutionum (cuius generis est haec) ut plurimum non exscribebantur in *Regestis*, sed tantummodo indicabantur in *libro Rationum*. Ita sane invenimus in *libro Rationum Caroli I.*, qui adhuc servatur in nostro Archivo, quasdam pecuniae summas, quae Apochis, et Mandatis respondent. Quamobrem in calce huiusmodi membranarum scribitur: *Rpta* (idest *Rupricata*, seu *Rubricata*): in calce autem ceterorum διπλωμάτων scribitur *Rgta* (idest *Registrata*): et interdum *Rgta per totum*. Tam vero de differentia inter Chartas *Rubricatas*, et *Registratas* legenda omnino est *Historia Dalphin.* pag. 398. col. 1.

Notatu autem dignissimum videtur sequiori aevo unam eamdemque chartam non tantum *registratam*, sed etiam *rubricatam*, immo in pluribus simul

N. 6.

Olim Arca H. Fasciculus 3. n. 1.

1271. *Iunii* 15. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Trani.*

Rogerius de Trano, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Nicolai Frecziae, quae exscribuntur, per testium depositiones singillatim recensitas declarat fidelem fuisse erga Regem quamdam Normannellam, ut possit eidem tradere *provisionem* (1) pro suis bonis dotalibus, quae cum bonis viri sui erant adnotata.

Per Russonem Notarium Trani.

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 42. n. 1.

1271. *Iunii* 15. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Neapoli.*

Cabelloti Salis, et Ferri Curiae, ut exsequantur mandatum Hugonis Ducis Burgundiae Vicarii Generalis in Regno Siciliae, declarant fabros singillatim recensitos adsidue laborasse in *Artilleria* constituta in Castro Capuano (2).

Per Iohannem de Aymono Notarium Neapolis.

Regestis signatam fuisse. Invenimus enim Diploma Roberti primogeniti Caroli II. anni 1307. 20. Iunii Ind. V. quod habet extrinsecus hosce titulos -- *Registrata in Cancellaria* -- *Registrata in Camera* -- *Registrata penes Prothonotarium* -- *Registrata penes Magistros Rationales* -- *Registrata penes Iustitiarium*. Usum denique *Rubricae* in scriptis medii aevi disces ex Mabillonio *De Re Dipl.* L. 1. c. 10. n. 4. et seq.

(1) A verbo *providere* dictae sunt *provisiones* penus illae, quibus annona parabatur, ut indigentiae *provideretur*: sic *Chronic. Parmens.* an. 1278. apud Murat. *Scr. Rer. Ital.* T. IX. col. 812. Hinc metonymice *Provisio* adpellata est annua pecuniae summa, quam Reges indigentibus hominibus *pro vitae substentatione* tribuendam mandabant. Hoç sensu saepe in nostris membranis adhibetur, quibus adde *Concil. Thurin.* an. 1229. inter Hispan. T. III. p. 493.

(2) Castrum Capuanum, de quo vide Riccardum a S. Germ. an. 1234, ubi Providentissimus ille Prorex Petrus de Toledo Tribunalia statuit, quandonam Archivo nostro excipiendo addictum fuerit, in Praefatione tradidimus. Eius historiam vix delibat Nicolaus Topius, sed topographiam, et ichnographiam promissam numquam evulgavit. V. *L' origine de' Tribunali* T. I. *p.* 31, et seqq.

Nemo tamen, quod sciam, hactenus docuit hoc loco extitisse aliquando *Artilleriae* officinas; ac propterea monumentum nostrum historiae patriae ama-

Digitized by Google

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 10. N. 9.

1271. *Iunii* 15. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Canusii.*

Capitulum Ecclesiae Canusinae Iaconum Angeli Diaconum, et Canonicum constituit suum procuratorem ad omnia negotia eiusdem Ecclesiae agenda, ac praecipue ad exigendam vicesimam Cabellae Baiulationis.

Per Iohannem de Palmerio Notarium Canusii.

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 17. N. 10.

1271. *Iunii* 18. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Triventi.*

Landus de Yagete, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per literas Stephani Frecziae Iustitiarii Principatus, Terrae Laboris, et Aprutii, quae exscribuntur, dat Henrico de Mailloz (1) possessionem Castri Petrae Abundantis, eumque facit ab hominibus dicti Castri *assecurari.*

Per Berardum Notarium Triventi.

N. 10.

Olim Arca B. Fasciculus 57. N. 2.

1271. *Iunii* 20. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Materae.*

Matthaeus de Abaylardo Magister Massarius Terrae Ydronti, ut exsequatur *Capitulum* (2), Regium quod excribitur, per de-

---

toribus iucundum erit; praesertim si nosse cupiant, quaenam armamenta bellica tunc temporis excusa fuerint; multa enim huiuscemodi in tota [illegible] enumerantur. Temporis lapsu Castrum hoc in Aulam conversum videbimus, cuius etiam facti caussas investigabimus.

(1) De hoc nobili Viro V. Capecelatrum *Istor. di Napoli* p. IV. C. I. ubi etiam plures recensentur Feudatarii, quorum nomina in nostro συλλαβῳ passim redeunt. Nonnullos etiam memorant Constantius *Istor. di Napoli L. I.* p. 31. *Napoli* 1770. et Summontius *Istor. di Napoli* vol. II. C. III. c. 1. Ammiratus *De famil. Neapol.* Nos autem idcirco in familiis illustrandis minime immoramur, quia salebrosum hoc diverticulum nos nimis a via revocaret: ceterum non deerunt, qui nostris hisce notitiis usi Spartam istam felicius adornabunt.

(2) Plurimis huiusce vocis [illegible], quibus mediae Latinitatis interpretes fatigantur, hanc adde ex nostrarum chartarum penu desumtam. Quum enim Officiales in litteris *exsecutorialibus*, aut Notarii in *istrumentis* totum

Digitized by Google

positiones testium singillatim recensitas declarat quasdam domus Curiae sitas Tarenti, et Candeli esse reparandas.

Per Franciscum Notarium Materae.

FASCICULUS XV.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 8. N. 4.

1271. *Iunii* 24. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Baroli.*

Iudex Nicolaus de Barolo, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per literas Nicolai Frecziae Secreti Apuliae, quae exscribuntur, per testium depositiones singillatim recensitas declarat Capitulum maioris Ecclesiae Cannarum a Catholicorum Regum temporibus percepisse decimas Cabellae Baiulationis, et *Salinarum* (1)

Per Leonem Notarium Baroli.

N. 2.

Olim Arca B. Fasciculus 57. N. 6.

1271. *Iunii* 31. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Troiae.*

Iudex, et Notarius Troiae, ut exsequantur mandatum Caroli

---

nollent Regium edictum exscribere, vel quia nimis longum videretur, vel quia plura contineret ad rem suam haud pertinentia, tunc particulam tantummodo inserebant, eamque vocabant *Capitulum.* Nos autem id indicandum censuimus his verbis *ut exsequatur capitulum Regium*, ne forte nostrarum εκ.τ.... lectores totum Diploma in nostris αντιγραφοις requirant. Oritur nimirum istaec significatio, ut arbitror, ex duabus; *Capitulum* enim olim denotabat tum *Legum adpendices*, *Regumque sanctiones*, tum *brevem aliquam scripturam*; hinc factum est, ut *Diplomatis Regii brevis pars*, *Capitulum* iure vocaretur.

(1) De Baroli *Salinis* nihil rectius novimus Dissertatione, cui titulus Pecorari *Memoria sulle saline di Barletta Napoli* 1784. Quo tamen tempore fuerint exstructae, neque ipse statuit, neque certo definiri poterit: quum de Urbis etiam aedificatione adhuc certent inter se Scriptores. V. Collenuccium *Istor. del Regno di Napoli* L. 1. Albertium *Descrizione d'Italia* fol. 242. ed. 1577. Paulum Iovium *Vita del gran Capitano* Lib. II. Constat tamen Venetos, qui negotiationi valde incubuerunt, Barolum ventitasse, Salisque magnam copiam adsportasse, quum multis exemtionibus, ac privilegiis in ea urbe gauderent. Vide *Regestum* 1289, et 1290. Litt. A fol. 165. 1346. Litt. E. fol. 154. 162. 165. 169. 235. 255. In hac συλλογῃ Barolo non Terrae, sed Civitatis titulus adponitur, quod et in Capitulis Caroli I. animadvertitur tit. *quod solvatur pro Literis Regiis*, Capit. *Item Statuimus.* Et sane plura in nostro Archivo sunt Diplomata, in quibus moenia Urbis reaedificanda mandantur. Vide *Regestum* 1295. 1300. 1305. Quare inter rarissima monumenta reponendum est illud Caroli I. Diploma datum anno 1276. et Bulla in eo exscripta Innocentii V. an. I. Pontificatus. 17. Aprilis, ubi Terrae pro Civitatis titulo legitur, quae omnia memorat Grimaldius. *Hist.* l. 129.

Primogeniti, et Vicarii Regis (1), quod exscribitur, declarant Leonasium de Petraficta Comestabulum Fogiae adsidue moratum esse in custodia *passuum*, et *contradarum* (2) a Campicordio ad Troiam.

Per Andream Notarium Fogiae.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 12. N. 14.

1271. *Iunii* 30. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Montecalvi.*

Iudex, et Notarius, ut exsequantur mandatum Caroli Primogeniti, et Vicarii Regis, quod exscribitur, declarant Bartholomaeum dominum Casalis Albuli *Superastantem* custodibus *stratae* a Padula usque Crepacordium cum custodibus sibi subditis adsidue muneri suo obtundo incubuisse.

Per Palmerium Notarium Montiscalvi.

---

(1) Carolum filio suo Primogenito Vicarii munus demandasse, quum ipse Petrum Aragoniae Regem singulari certamine esset adgressurus, praeter innumeras membranas, ex ip. *Capitulis* eruimus. Vide *Cap. Statuimus* n. 115. Summont. Par. II. Lib. 3. Cap. 1. p. 321. Villan. Lib. VIII. Cap. 37. 38. Immo circa ea tempora *Curiam Vicarii* suum habuisse exordium historici plures docuerunt, de quibus fuse agit Giannone *Ist. Civil.* L. XX. cap. 6.

Iam vero ex hoc aliisque documentis constat (tametsi altum sit in Historicis silentium) iam pridem huiuscemodi Vicariatum locum habuisse: id autem fortasse fuit, quum Carolus ann. 1268. Romam petiit, uti Senatoris eius Urbis munus postulabat V. Monachum Patavinum *Chronic. hoc anno Scr. Rer. Ital.* T. VIII., ibique Clemens IV. P. M. frustra conatus est animum Regis in Conradini fautores vehementer incensum sedare, quod ex monumentis ab Raynaldo, *Annal. Eccles.* an. 1268. allatis constat. At si quis illi anno Vicariatus institutionem nolit adponere: minus fortasse durum erit eam ad annum 1270. amandare; quandoquidem vidimus Regem copias suas in Africam traduxisse pag. 46. n. (1). Si denique ne id quidem placeat, saltem ad annum 1271. deveniamus oportet, quum Carolus Romam, Viterbiumque venit, atque cum Philippo Galliae Rege fratris filio obuixe studuit dissidentes Romanae Ecclesiae Cardinales ad eligendum Pontificem incitare V. Raynald. *Annal. Eccles.* an. 1271. Ricordan. Malasp. c. 196. Leonard. Aretin. *Hist.* Nihil enim adeo consentaneum erat, quam aliquem Regno praeficere, ubi ipse ad incertum tempus migrabat; ac iure id muneris suo Primogenito tradidit, qui animum ad grandia factum portendebat.

(2) Quod alibi *custodia stratarum, et passuum*, hic dicitur *passuum, et contratarum*, hinc disces satis antiquam vocis *contradae* significationem; quod nomen *contratam* scriptum invenimus in aliis nostri regni monumentis. V. Sanut. Lib. I. part. I. cap. 6., et Lib. II. par. II. c. 2. Petr. de Vin. L. II. Epist. 55., et Lib. III. Epist. II. Constitut. Sicul. Lib. III, tit. 38. Ex quibus locis diligenter perspectis animadvertes huiusmodi vocem non tam *viam*, quam *tractum* regionis proprie indicare.

Digitized by Google

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 1. N. 2.

1271. *Iulii* 14. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VII.* (sic) *Trani.*

Dohanerii Trani, ut exsequantur mandatum Regium, quod exscribitur, declarant haurientes aquam pro animalibus Universitatis Trani solitos fuisse percipere quotannis unciam auri 1. et tarenos 15, atque haec non fuisse soluta duobus annis. (1)

Per Americum Notarium Trani.

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 20. N. 16.

1271. *Iulii* 20. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VII.* (sic) *Satriani.*

Iudex, et Notarius declarant Petrum de Petrafixa *Superastantem* custodibus passuum a Potentia usque Burgentiam habuisse secum custodes singillatim recensitos, et unumquemque viae suae invigilasse. (2)

Per Matthaeum Notarium Satriani.

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 42. N. 6.

1271. *Iulii* 29. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Trani.*

Dohanerii Trani, ut exsequantur mandatum Regium, quod exscribitur, declarant Lucam Pane hauritorem aquae ad usum animalium Universitatis Trani non recepisse consuetum salarium duobus annis.

Per Americum Notarium Trani.

---

(1) Plura deinde Carolus I, ut florenti huius Civitatis statui consultum iret, decrevit; norat enim quantum ipsa tum *interno*, tum *externo* commercio esset dedita. V. *Regest.* 1281. B. fol. 90. Ipse quoque eam ad unam *Galeam* sibi praebendam adegit *Regest.* 1281. B. fol. 79. et aliunde constat ad huiusmodi navem constituendam tunc temporis suffecisse uncias auri 90, seu ducatos 154, quae summa mirum quantum distat ab hodiernis rerum pretiis. Si quis autem quaerat, quid de huiusmodi *Galeis* Trani statuerit Fredericus II., consulat Davanzatium *Dissertazione sulla seconda moglie di Manfredi. Appendice de' monumenti* n. VII. et VIII.

(2) Non immerito in Potentiae viciniis manum militum ponendam curabat Carolus, qui custodes *stratarum*, *et passuum* ibi praecipue statuebat, ubi de animo subditorum pacato dubitabat. Meminerat enim, qua perfidia se gesserant Potentini, dum Corradinus Regnum invaderet, ac deinde ut eum devictum receiverunt. Vide Collenuccium *Ist. del Regno di Napoli* Par. I. Lib. 5. Summontium *Ist.* T. III. p. 63. *Neapoli* 1784.

Digitized by Google

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 69. N. 18.

1271. *Augusti* 10. *Indictione* 14. *Caroli anno VII.* (sic) *Fogiae.*
Cabellotus Fogiae, ut exsequatur mandatum Regium, capit quaedam bona peculiariter memorata, quae procurabantur a Matthaeo Polluto, eorumque pretium describit. (1)
Per Petrum de Salvulo Notarium Fogiae.

N. 8:

Olim Arca I. Fasciculus. 65. N. 3.

1271. *Augusti* 27. *Indict.* 14. *Car. I. anno VII. Salandrae.*
Ioannes de Poliniano, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Nicolai Frecziae Secreti Apuliae, quae exscribuntur, inducit in possessionem Castri Salandrae procuratorem Adae Morrerii, eumque facit ab hominibus dicti Castri *assecurari.*
Per Rogerium Notarium Salandrae.

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 1. N. 3.

1271. *Augusti* 31. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VII. Giracii.*
Iudex, et Notarius, ut exsequantur mandatum Regium, declarant Robertum de Scalione adsidue moratum fuisse in custodia *stratarum*, *et passuum* a Squillacio usque Giracium.
Per Robertum Notarium Giracii.

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 16. N. 12.

1271. *Augusti* 31. *Indictione* 14. *Car. I. anno VII. Pomarici.*
Iudex, et Notarius, ut exsequantur mandatum Regium, quod exscribitur, declarant Paganum de Matera *statutum*, et *supera-*

---

(1) Tum formulis, tum characterum ductibus valde nos torsit haec membrana, e qua tamen hanc notitiam arripuimus: Mustum *emebatur generaliter per Fogiam musti quartariis decem et octo pro uncia auri una, quarum quatuor quartarii faciunt salmam unam.* Hinc sane eruis, quid sibi velit *quartarius*, qui saepe redit in nostri Regni scripturis. Deinde patet, quam sit vetustus in nostro Regno mos vendendi mustum, quia dum pauperes minimam musti copiam non poterant in longum adservare, divites penum suam augere, aut propria vina melius condire cupiebant. Discimus denique, (quoniam *salma*, uti liquet, octo cadis constabat) unumquemque cadum musti granis pene XVII. tunc temporis venditum fuisse.

Digitized by Google

stantem super (14) *custodia passuum* , *et stratarum* a Gravina usque ad Turrim Maris cum custodibus sibi subiectis muneri suo obeundo incubuisse.

Per Guillelmum Notarium Pomarici.

FASCICULUS XVI.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 66. N. 3.

1271. *Septembris* 10. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Vestis.*

Pando de Afflicto Vicesecretus Honoris Montis S. Angeli (15), et Capitaneus Vestarum, ut exsequatur mandatum Nicolai Acconzaioci Secreti, et Portulani Apuliae, post subhastationem, et fideiussionem locat Bartholomaeo de Iudice Iohanne membrum Cabellae Baiulationis Vestarum, quod dicitur *Bancum iustitiae* (16) pro annuis unciis auri 15.

Per Palmerium Notarium Vestarum.

---

(14) Hinc erue, lector, quid sit formula illa in nostris chartis frequentissima, *statuti super* e. g. *custodia salis*, *emendis victualibus*, *conficiendo biscotto*, *etc.* Erant hi officiales *superastantes*, de quibus modo egimus p. 65. n. (1).

(15) Post D. Michaelis adparitionem in Monte Gargano aedificatum est eius Sanctuarium toto orbe Christiano celebratissimum, cuius descriptionem tradidit Pontanus *de Bello Neapol.* L. II. Urbs quoque protinus nomine Montis Sancti Angeli, cura S. Laurentii Maioriani Sipontinae Ecclesiae Episcopi, coepit exsurgere V. Ughell. *Ital. Sacr.* T. VII. p. 817. Deinde IX. ineunte saeculo ibidem Ursus I. Castrum condidit ad populi defensionem. V. Murat. *Annal.* Porro antiquum Sipus cum Monte Gargano, eius Civitate, ac toto *Honore*, dum Northmanni subactas Nostri Regni provincias inter se dividebant, ad Raynulfum Aversae primum, deinde Apuliae Comitem pertinuit. Murat. an. 1042. Postea Civitatem Sancti Angeli una cum suo *Honore* Willelmus II. donavit Iohannae uxori suae, quae filia erat Henrici II. V. Lunig. *Codex Ital. Diplom.* T. II. p. 858. Imperator vero Fredericus II. in suo testamento Manfredo reliquit. Lunig. ibid. p. 910. Denique Carolus I. suo Primogenito, uti constat ex monumento edito a Viventio *Dell' antiche provincie del Regno di Napoli* T. II. pag. 324. *Napoli* 1811. donavit. At quomodo Carolus I. Sanctuarium D. Michaelis exornandum duxerit anno 1273. fuse tradidit Sarnellius in *Chronologia Episcop. Sipont.* p. 222.

Neminem porro latere puto, quid sibi velit *Honor*, quomodo a *Feudo*, ac *Terra* differat, et quidnam *iurisdictionis*, et *praestationis* adferat; haec enim vel in Glossariis occurrunt, si e Feudalis Rei Scriptoribus haurire pigeat. Huius autem *Honoris* amplitudinem, et loca sub eo comprehensa pro temporum varietate variasse constat.

(16) Cabella Baiulationis quot iura complecti soleret, alibi indicavimus pag. 9. n. (2): at si plura quaeris, sequentem membranam satis in hac re explican-

Digitized by Google

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 16. N. 14.

1271. *Septembris* 10. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Vestis.*

Pando de Afflicto Vicesecretus Honoris Montis S. Angeli, et Capitaneus Vestarum, ut exsequatur mandatum Nicolai Acconzaioci Secreti, et Portulani Apuliae, post subhastationem, et fideiussionem locat Felici de Thoma, et Lombardo de Notario Leone Cabellam Baiulationis Vestarum cum iuribus suis praeter *Bancum iustitiae* pro unciis auri 95.

Per Palmerium Notarium Vestarum.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 42. N. 4.

1271. *Septembris* 20. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Canusii.*

Gaudius de Riso Vicesecretus Curiae in Terra Bari post subhastationem, et fideiussionem locat Dometrio, eiusque sociis Cabellam Baiulationis cum omnibus iuribus pro unciis auri 83.

Per Albericum Notarium Canusii.

N. 4.

Olim Arca H. Fasciculus 81. N. 13.

1271. *Septembris* 26. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Siponti Novelli.*

Riccardus Bonellus Vicesecretus Curiae in Capitanata post subhastationem, et fideiussionem locat Iacobo Speciali Cabellam Candelarii cum iuribus suis pro unciis auri 16.

Per Benevenutum Notarium Siponti Novelli.

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 42. N. 16.

1271. *Septembris* 29. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Altamurae.*

Urso Galianus, ut exsequatur maodatum Iacobi Rufuli Secreti

---

da prolixam poteris perlegere. Quid vero significet Bancum iustitiae, heic explicatum invenimus: *membrum Banci iustitie Baiulationis vestarum cum bannis iure impositis et contemptis penis a transgressoribus assisiarum et ab utentibus falsis ponderibus et mensuris extorquendis diurno ludo taxellorum et fossecte quarteriis venatorum affidature et tintorie ad membrum ipsum spectautibus.* Fortasse haec plurimi faciunt, qui civilem nostri regni historiam diligentius conscribendam adgrediuntur.

Digitized by Google

Apuliae, quod exscribitur, post subhastationem, et fideiussionem locat Georgio Cutrofiano, et Pardo Cabellam Baiulationis Altamurae pro unciis auri 80. ad grossum pondus (17).

Per Heustasium Notarium Altamurae.

N. 6.

Olim Arca K. Fasciculus 47. N. 31.

1271. *Octobris 4. Indictione 14. Caroli I. anno VI. Aquavivae.*

Gaudius de Riso Vicesecretus in Terra Bari post subhastationem, et fideiussionem locat Vito de Vito Cabellam Aquavivae pro unciis auri 15. ponderis generalis.

Per Bartholomaeum Notarium Aquavivae.

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 55. N. 11.

1271. *Octobris 6. Indictione 15. Caroli I. anno VII. Melphiae.*

Rex mandat iis, qui hactenus fuerant Secreti Calabriae, ut tradant Thomasio Iudicis Ricci successori suo victualia singillatim memorata.

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 30. N. 5.

1271. *Octobris 8. Indictione 14. Caroli I. anno VI. Botonti.*

Gaudius de Riso Vicesecretus in Terra Bari locat Iohanni de Sturiano, eiusque sociis Cabellam *Tributi*, et *Crassipolei* (18) Botonti pro annuis unciis auri 66. ponderis generalis.

Per Ruben Notarium Botonti.

---

(17) Hoc loco, uti et paulo post, nostra sententia de uncia *ad grossum pondus*, quam pag. 9 n. (1) proposuimus, mirifice confirmatur. Quum enim Cabellae omnes locarentur semper certo unciarum numero *ad pondus generale*; heic autem pro *pondere generali grossum pondus* scribatur; dubitari nequit, quin utraque loquutio unum idemque significet.

(18) Quid sibi velint istaec Cabellarum nomina (quae leguntur etiam in charta *sub Carolo II. an. 1292. 4. Decembris. Botonti*, uti videbimus) nemo, nisi fallor, investigavit. Verum quid fuerit *Cabella Crassipolei*, facile intelligemus, si meminerimus in nostro Regno *Crassiam* fuisse dictam, quae nunc *Grascia* ab Italis appellatur, scilicet quamlibet Annonam. V. Dominici Gravinae *Chronic.* apud Murat. *Script. Rer. Ital.* T. XII. col. 704. Qua-

N. 9.

Olim Arca D. Fasciculus 70. N. 5.

1271. *Octobris* 8. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Trani.*

Iacobus Rufulus Secretus Apuliae post subhastationem, et fideiussionem locat Nicolao Pisano Cabellum Baiulationis Iuvenacii cum iuribus suis pro unciis auri 305. ponderis generalis.
Per Nicolaum de Molenis Notarium Trani.

N. 10.

Olim Arca B. Fasciculus 57. N. 17.

1271. *Octobris* 11. *Indictione* 14. *Caroli I anno VI. Trani.*

Ypolitus magister Corduanerius se obligat ad colendas vineas Guillelmi de Prospadaro, et tradendam ei tertiam partem fructuum, reliquas vero sibi retinendas pro laboribus, et sumptibus.
Per Amerycum Notarium Trani.

FASCICULUS XVII.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 30. N. 1.

1271. *Octobris* 22. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Hydronti.*

Angelus de Monopolo Fundicarius Hydronti declarat extracta fuisse a quibusdam mercatoribus nonnulla victualia de portubus Apuliae deferenda Carthaginem ad exercitum Christianum, ut possit *excomputari* ius exiturae unciarum auri 57. et tarenorum 15. (19)
Per Minadum Notarium Hydronti.

---

propter ex *Crassia* sic adcepta, et *πωλειν vendere*, conflata est hybrida vox *Crassipoleum*. Cabella igitur Annonae, quae locabatur, erat *Cabella Crassipolei*.

At vero *Cabella Tributi* paullo difficilius intelligi posse videtur. Novimus nimirum *Tributum* fuisse dictum *capitis censum*, seu *capitationem*; unde et Cuiacius ad Lib. XI. Cod. Tit. 48. *de Agricolis, censitis, et Colonis* observat *adscriptitios tributarios esse*, idest *capitis censum, sive capitationem praestasse*; colonos vero non esse *tributarios*. Num autem colligi hinc iure possit *Cabellam tributi* idem esse ac *Cabellam capitationis*, videant alii.

(19) En membrana, qua nulla omnino maius nobis negotium facessit, et in qua nulla falsitatis suspicio cadere potest, quum omnes tum interni, tum

N. 2.

Olim Arca B. Fasciculus 49. N. 23.

1271. *Octobris* 25. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Salandrae.*

Bernardus Rufulus Vicesecretus in Basilicata locat Lodoysio de Grifo Cabellam Baiulationis Salandrae cum iuribus suis pro unciis auri 18. ad grossum pondus.

Per Rogerium Notarium Salandrae.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 55. N. 13.

1271. *Octobris* 25. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Neapoli.*

Stephanus Freccia Secretus Terrae Laboris post subhastationem locat Paulo Roncello Cabellam Bainlationis, Demaniorum, aliorumque iurium Curiae in terra Summae pro unciis auri 380. ponderis generalis.

Per Sergium Russimannum Notarium Neapolis.

---

externi characteres ad eius veritatem confirmandam probe consentiant; immo pluribus chartis ex hoc, et sequenti fasciculo obvenientibus roborari videtur. Constanter nimirum in eis inveniuntur haec verba: *victualia ferenda ad partes Cartaginis ubi serenissimus dominus noster Rex Carolus cum aliis principibus orbis terre in Christiano exercitu in exultatione fidei Christiane et oppressione Saracenorum ipsarum partium Christi hostium et fidei Christiane feliciter commoratur*; ex quibus eruimus Carolum die 22. Octobris fuisse *in Castris prope Carthaginem.* Subditur quoque: *predicto die Mercurii dicti mercatores et alii navigantes cum predictis barca et terida velificantes de predicto portu Ydronti recesserunt causa proficiscendi duoe domino in exercitu Christiano predicto*: quae omnia iisdem pene formulis reliquae adfines Chartae exhibent, ut aperte pateat iis temporibus exercitum Christianum nondum ex Africa in Italiam rediisse. At vero si consulamus tum Historicos, tum ceteras membranas, res longe aliter se habuit. Innuimus enim pag. 46. n. (1), quomodo anno praecedenti Carolus ibidem fuerit, ac tunc alimoniam pro exercitu requisierit. Deinde vero sub finem Novembris Christiani Carthagine discesserunt, et Drepanum petiere V. Caffari *Annal. Genuens.* Lib. IX. ad an. 1270. apud Murator. *Script. Rer. Ital.* Tom. VI. Capecelatro: *Istoria della Città, e Regno di Napoli.* Par. IV. L. I. Costanzo Lib. I. Revera in *Regest.* 1271. B. fol. 63. legimus Caroli diploma *datum Trapani die 27. Novembris.* Inde varias Siciliae urbes Carolus invisit, uti patet ex eodem *Regest.* fol. 63. ad 80. et Fascic. IX. N. 9. et Fasc. XI. N. 2. Deinde Calabriam petiit, cuius itineris meminit *Regest.* 1271. B. fol. 80 a ter., et Fasc.

Digitized by Google

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 38. N. 9.

1271. *Octobris* 28. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Botonti.*

Petente Iacobo Rufulo Secreto Apuliae, homines peculiariter memorati declarant sibi locatam fuisse Cabellam Botonti cum iuribus suis pro unciis auri 21. ponderis generalis.

Per Bisancium Notarium Botonti.

X. N. 9. Ipsum postea Capuam venisse sequentia monumenta produnt. *Regest.* id. fol. 37. Fascic. X. N. 6. et 10. Fasc. XI. N. 1. Fasc. XII. N. 4. et Fascic. XVIII. N. 8. Tandem Romam, et Viterbium sese contulit. V. *Regest.* 1271. B. fol. 36. et 39, et Fascic. XII. N. 5, ibique pro summi Pontificis electione toto ferme mense Aprilis adlaboravit. *Regest.* id. fol. 52. et 53. Fascic. XI. N. 3. et 9. Fasc. XII. N. 4. et 5, et Fasc. XIII. N. 2. Inde rediens in Apuliam contendit, ibique usque ad mensem Iulii mansit V. *Regest.* id. fol. 54, et Fascic. XIII. N. 5. ad 10. Fasc. XIV. N. 1. 2. 3. 5. 6. et 9. et Fasc. XV N. 4. 6. et 10. Indidem Neapolim, ut constat e *Regest.* eod. fol. 86, ac postea Melphim venit, unde 8. Septembris Vicario suo in Sicilia scribit, eumque de Pontificis electione, eiusque adventu certiorem reddit. Vid. monum. apud Capecelat. P. IV, Lib. 1. pag. 171. Nap. 1769 nec non Fascic. XVI. N. 7, ubi diploma exscribitur *datum Melphiae* 6. Octobris, de quo vide pag. 16. n. (1). Novimus praeterea Carolum 22. Novembris Aversae commorantem *Capitulum* edidisse, quo matrimonium cum filiis proditorum prohibuit. V. *Capitula Regni Siciliae* tom. II. pag. 23. *Neap.* 1773. Hanc autem membranarum seriem idcirco, non sine ingenti labore, ac diligentia, persequuti sumus, ut refelleremus errorem Bzovii, et aliorum, qui putant Carolum mari e Sicilia Centumcellas venisse; atque ut de propositae chartae, eiusque sociarum ἀναχρονισμοὺς tutius disputaremus.

At proprie ἀναχρονισμὸς dici nequit, si qua ratione hi Notarii annos supputarint, paucis expendamus: idque omnino necessarium erit, ut plurium membranarum epocha intelligatur: de quibus etsi aperte videremus, quo situ collocari debuissent, tamen Notariorum notas sequuti sumus; cuius μέθοδον rationem in Praefatione exposuimus. Medio aevo multis in Italiae locis consuetudo annos secundum Pisanorum methodum computandi invaluit. Mabillon. *De Re Dipl.* Lib. II. cap. 23. Morem hunc in nostratibus regionibus passim Notarii retinuerunt, tametsi Cancellaria devitarit. V. De Meo *Apparat. Cronologic.* Cap. I. Artic. I. pag. 4. *Nap.* 1785. Iam vero annus Pisanus *ab incarnatione Christi*, scilicet a 25. Martii hoc tempore incoepit; etiamsi interdum et a 1. Martii, et a 21 eiusdem initium duxerit; ideoque annum communem decem circiter mensibus antecedit. Vid. Mabillon. *De Re Dipl.* Lib. II. cap. 23. De Meo *Apparat. Cronologic.* Cap. I, et Murat. diss. *de diplom. antiquis* etc. apud Mabillon. T. II. pag. 114. *Neap.* 1789. Quare ubi in charta nostra legis annum 1271. 22. Octobris, intellige anno 1270. 22. Octobris; atque memento hoc ipso tempore in Castris prope Carthaginem Carolum cum aliis principibus orbis terrae in Christiano exercitu commoratum fuisse. Atque ita evanescit ἀναχρονισμὸς, omniaque recto stant talo.

Digitized by Google

N. 5.

Olim Arca F. Fasciculus 17. N. 10.

. . . . *Octobris 30. Indictione 14. Caroli I. anno VI. in Castris prope Carthaginem* (20).

Rex mandat Secreto Apuliae, ut solvat Castellano Castri terrae adpellatae Castri, eiusque Cappellano, Clerico, Servientibus, et Contergio deputato in custodia Castri Cannarum gagia consueta.

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 27. N. 19.

1271. *Octobris 31. Indictione 14. Caroli I. anno VI. Tarenti.*

Grimaldus de Monopolo Fundicarius Tarenti declarat extracta fuisse a quibusdam mercatoribus nonnulla victualia de portubus Apuliae deferenda Carthaginem ad exercitum Christianum, ut possit excomputari ius exiturae unciarum auri 62., et tarenorum 5.

Per Stephanum Notarium Tarenti.

N. 7.

Olim Arca D. Fasciculus 33. N. 1.

1271. *Novembris 1. Indictione 14. Caroli I. anno VI. Baroli.*

Dohanerii, et Fundicarii Baroli, ut exsequantur mandatum Hugonis Ducis Burgundiae, et B. Episcopi Arelatensis Capitaneorum, et Vicariorum generalium, quod exscribitur, per testium depositiones declarant uncias auri 24. necessarias esse, ut mari redeat in Hungariam Nicodemus Archidiaconus Kmlucensis nuntius Regis Hungariae cum sua familia, ipsique tradunt praedictam pecuniam.

Per Thomasium Notarium Baroli.

N. 8.

Olim Arca L. Fasciculus 30. N. 47.

. . . . *Novembris 1. Indictione 14. Caroli I. anno VI. in Castris prope Carthaginem*

Rex mandat Secreto Apuliae, ut solvat Marinae uxori Petraccae

---

(20) In hoc diplomate notae chronologicae, quae leguntur, tum anno 1271, tum praecedenti referri posse videbantur. At quum sint datae in *Castris prope Carthaginem*, potius ad hunc, quam ad illum pertinere cognovimus, uti ex nota pag. 46. patet. Causa autem falsae collocationis ex nota superiore et luculenteruitur.

Romoaldi uncias auri tres pro eius substentatione, quia bona ipsius dotalia capta fuerunt a Curia ob viri sui absentiam.

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 16. N. 19.

1271. *Novembris* 3. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Potentiae.*

Berardus Rufulus Vicesecretus Curiae in Basilicata post subhastationem, et fideiussionem, locat Guillielmo Cumbo, eiusque sociis Cabellam Baiulationis Potentiae pro unciis auri 75. ponderis generalis.

Per Iacobum Cumbum Notarium Potentiae.

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 10. N. 2.

1271. *Novembris* 5. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Baroli.*

Gaudius de Riso Vicesecretus Curiae in Terra Bari post subhastationem, et fideiussionem locat Riccardo de Laurecta Cabellam Cannarum, et Casalis S. Eustasii cum iuribus suis pro unciis auri 128., amoto Magistro Iurato a dictis terris.

Per Guidonem Notarium Baroli.

FASCICULUS XVIII.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 10. N. 20.

1271. *Novembris* 5. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Pesquicii.*

Riccardus Bonellus Vicesecretus Curiae in Capitanata post subhastationem, et fideiussionem locat Bertoldo de Iudice Iacobo, et Blasio de Gentili Cabellam Baiulationis Bayrani, Piscariam *faucis*, et *pantani* eiusdem terrae, et alia iura pro unciis auri 230.

Per Gentilem Notarium Pesquicii.

N. 2.

Olim Arca II. Fasciculus 85. N. 5.

1271. *Nov.* 12. *Indictione.* 14. *Caroli I. anno VI. Syponti Novelli.*

Urso de Iohanne Rumbo statutus a Iacobo Rufulo Secreto

Apuliae in Fundico Syponti, declarat extracta fuisse a quibusdam mercatoribus nonnulla victualia de portubus Apuliae deferenda Carthaginem ad exercitum Christianum, ut possit *excomputari* ius exiturae unciarum auri 148. et tarenorum 5.

Per Sanctorum Notarium Syponti Novelti.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 37. N. 4.

1271. *Novembris 19. Indictione 15. Caroli. I. anno VII. Capuacii.*

Laurentius de Alicto, quem statuerant Secreti terris Demanii procurandis in Principatu ultra Serras Montorii, post subhastationem, et fideiussionem locat Petro de Libero Cabellam Baiulationis Capuacii cum iuribus suis pro unciis auri 5. ponderis generalis.

Per Thomam Notarium Ebuli.

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 8. N. 8.

1271. *Novembris 20. Indictione 14. Caroli I. anno VI. S. Felice.*

Bernardus Rufulus Vicesecretus Curiae in Basilicata, ut exsequatur litteras Iacobi Rufuli Secreti Apuliae, aestimat reparationes faciendas in furno sito in terra S. Felicis, easque post subhastationem locat quibusdam Magistris pro unciis auri 7. et tarenis 15.

Per Iohannem de Rogerio Notarium S. Felicis.

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 10. N. 3.

1271. *Novembris 20. Indictione 14. Caroli I. anno VI. Trani.*

Constantinus de Ravello, statutus a Jacobo Rufulo Secreto Apuliae procurando fundico Trani, declarat extracta fuisse a quibusdam mercatoribus nonnulla victualia e portu Trani deferenda Carthaginem ad exercitum Christianum, ut possit *excomputari* ius exiturae unciarum auri 136. tarenorum 27. et granorum 10.

Per Nicolaum de Molenis Notarium Trani.

Digitized by Google

N. 6.

Olim Arca H. Fasciculus 81. N. 14.

1271. *Decembris* 5. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Licii.*

Nicolaus de Sir Leone, ut exsequatur mandatum Hugonis Ducis Burgundiae, denunciatum per litteras Nicolai Freziae Secreti Apuliae, quae exscribuntur, per testium depositiones recensitas declarat, monasterium SS. Nicolai, et Cataldi de Licio a Catholicorum Regum temporibus consuevisse quotannis percipere *Ducales* 400 (1) de proventibus fluminis Licii.

Per Rogerium Notarium Licii.

N. 7.

Olim Arca E. Fasciculus 65. N. 16.

1271. *Decembris* 21. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Licii.*

Iohannes de Brayda Iustitiarius Terrae Ydronti, ut exsequatur mandatum Regium, quod exscribitur, adnotat, et aestimat

---

(1) Eruditissimus, atque humanissimus Michaël Arditius in opere, quod se editurum promittit, cuique titulus *il Ducale illustrato*, sibi verum *Ducalis* valorem definiendum proponit; atque Falconis Beneventani locum de *Ducatu* agentem ita emendandum autumat, ut *Ducalis* pro *Ducatu* legatur: aut saltem unum idemque *Ducalem esse*, *ac Ducatum* pro aris, ac focis se defensurum sperat. Id sane constat ex eius epistola ad Comitem Iosephum Zurlum edita anno 1812. At Salvator Fuscus in Dissertatione saepe laudata *sul Ducato di Ruggieri* vo *Ducatum* in chartis revera exstare, ac propterea Falconis verbum non esse refingendum liquido ostendit; hanc vero monetam granis octo valuisse argumentis fortasse longe petitis evincere conatur: nec tamen adfirmare audet *Ducalem*, et *Ducatum* ea tempestate ad eumdem nummum indicandum nullo discrimine fuisse usurpata. Quum autem ita res se habeant, auro contra non cara nobis haec fuit membrana, ex qua plura evidentissime elicimus: I. valorem *Ducalis* esse granorum auri octo, quod docet instrumenti particula: *pro quolibet ducali grana auri octo ponderis generalis*: II. *Ducalem* re vera fuisse dictam monetam a Rogerio cusam; legitur enim Monasterium S. Nicolai, et Cataldi de Licio *Ducales* 400. *ab antiquis Catholicorum Regum Sicilie temporibus . . . .percipere* consuevisse. III. *Ducalem*, et *Ducatum* idem fuisse; siquidem eumdem valorem *Ducatui* quidem monumenta a Fusco adlata, *Ducali* autem haec nostra membrana adtribuunt. IV. Textui Falconis Beneventani manum medicam non esse admovendam, quia petuit promiscue utraque vox adhiberi.

Digitized by Google

bona mulierum (1), quae viris suis Regi rebellibus pecuniam mittebant.

Per Rogerium Notarium Licii.

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 33. N. 1.

1271. *Decembris* 25. *Indictione* 14. *Caroli I. anno VI. Brundusii.*

Quidam Mercatores, ut exsequantur litteras Nicolai Frecziae Secreti Apuliae, declarant frumenti salmas 100 valere uncias auri 38, et ordei salmas 100 valere uncias 17, et tarenos 15, ut possit emi certa quaedam copia mittenda Carthaginem ad exercitum Christianum.

Per Iohannem Notarii Nicolai Notarium Brundusii.

N. 9.

Olim Arca B. Fasciculus 32. N. 14.

1271. . . . 2. . . . . . . *Caroli I. anno VI. Nicoterae.*

Secreti Calabriae, ut exsequantur mandatum Regium, quod exscribitur, post aestimationem, et subhastationem dant ad *extaleum* Iohanni Ferferio aedificationem *Tarsionatus* (2) Nicoterae pro unciis auri 420.

Per Guillelmum Notarium Nicoterae.

---

(1) Carolus, ut alibi vidimus, plura in Neapolitanos, qui, Corradino huc veniente, a sua fide desciverant, ediderat saevitiae exempla; neque ab ipso Clemente IV. P. M. potuerat leniri; quod Raynaldus luculentissimis evincit documentis. *Annal. Eccles.* an. 1268. Si cui autem nosse placeat varias subinde sancitas ab eo Constitutiones in Rebelles, legat capit. *Nuper*, et capit. *Misericordiam* Tit. *De assecurandis hominibus, qui turbationis tempore Corradini a fide Regia defecerunt.* Capit. *Nuper.* Tit. *De Poena, et Vindicta proditorum.* Et Capit. *Etsi frequenter.* Tit. *De praetendentibus ius habere in bonis proditorum.*

(2) *Tarsionatus* (in diplomatis saepius, quam *Tarsenatus*) quid sibi velit, res est notissima: Itali enim *Darsena*, et Galli *Arsenaux* passim nominant. Ut autem Maritimae nostri Regni Urbes hoc *navium armamentario* minime carerent, eorum constructio ad *extaleum* privatis hominibus a Curia locabatur eodem ferme pacto, quo ad aedificanda, et reparanda aedificia publica saepissime agi vidimus.

*

N. 10.

Olim Arca K. Fasciculus 46. N. 22.

1272. *Februarii 29. Indictione 15. Caroli I. anno VII. Neapoli.*

Rex mandat Iustitiario Terrae Ydronti, ut non procedat ad citandum Barones, et pheudatarios Ultramontanos, sed tantum Citramontanos ituros Achayam (1). Item acceptat solutiones quasdam recensitas. Arguit eum denique, quod non tradiderit Magistris Rationalibus inquisitionem ab eo factam in terris Demanii (2).

Per Simonem de Pisis Regni Siciliae Cancellarium.

---

(1) Diplomatis huius exordium Neapolitanae historiae amatoribus fortasse placebit. ,, Qua significasti per licteras et capitula tua Culmini nostro trasmissa quod dudum te ad Curiam nostram propter adventum summi pontifi- ,, ficis attendentem et de Baronibus et pheodatariis iurisdictionis tue citandis ,, de mandato nostro tibi trasmisso pro viagio Acchaye oretenus informato ,, ad citandum Barones et pheodatarios ultramontanos ituros ad predictas par- ,, tes Acchaye non fuisse processum immo quidquid super hoc in tui absen- ,, tia per statutum loco tui inceptum fuit sicut asseris reveeasti alios vero ,, omnes et singulos Barones et pheodatarios citramontanos decr te tibi pro- ,, vincie citatos fuisse ut scribis iuxta formam mandati nostri tibi primo dire- ,, cti et qualiter super hoc procedere debeas nostram curiam consultasti tibi ,, taliter respondemus expresse mandantes quatenus de Baronibus et pheoda- ,, tariis ultramontanis te nullatenus intromictas procedens de omnibus et sin- ,, gulis citramontanis decrete tibi provincie veluti per posteriores maiestatis ,, nostre licteras directas tibi de novo pro eodem negotio recolimus manda- ,, visse.

(2) Heic Drogo de Bellomonte dicitur Regius *Familiaris*: ad quem titulum frequentissime in chartis obvenientem illustrandum, sequens scriptura ex Arca A. Fascic. 45. N. 3. petita perlegatur.

,, Robertus dei gratia Rex Ierusalem et Sicilie Ducatus Apulie et Princi- ,, patus Capue Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis Comes Tenore presen- ,, tium notum facimus universis earum seriem inspecturis tam presentibus quam ,, futuris. Quod nos utilia grataque servitia que quondam Blasius Simonis de ,, Luna maiestati nostre laudabiliter prestitit et constantiam fidelitatis eximie ,, quam idem Blasius ad Excellentiam nostram gessit gratis affectibus atten- ,, dentes et exinde verisimiliter supponentes quod Alfonsus de Luna filius ,, dicti Blasii paternis vestigiis inherendo servitia nostra fideliter exequetur ,, eumdem Alfonsum in familiarem nostrum recipimus et de nostro hospitio ,, retinemus potiturum favoribus et libertatibus quibus ceteri familiares nostri ,, gaudere soliti sunt et debent recepto per nos ab Alfonso predicto fidelita- ,, tis solito iuramento. In cuius rei testimonium presentes licteras fieri et pen- ,, denti maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Datum Neapoli per Iohan-

FASCICULUS XIX.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 33. N. 10.

1272. *Iulii* 9. *Indictione* 15. *Caroli I. anno VIII. Neapoli.*

Rex mandat Secretis Principatus, Terrae Laboris, et Aprutii ut faciat *assecurari* Guilelmum de Savior a Vassallis Castri Speronasini ei concessi.

Per Symonem de Pensuis Cancellarium Regni Siciliae.

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 42. N. 18.

1272. *Octobris* 16. *Indictione* 15. *Caroli I. anno VII. Iuvenacii.*

Iaconus Goffridus induitur habitu Monastico in Monasterio S. Mariae de Piczano, et donat ei omnia bona sua stabilia, quae singillatim describuntur (1).

Per Iohannem Paulum Maionis Notarium Iuvenacii.

„ nem Grillum de Salerno Iuris civilis Professorem vicemgerentem Prothonotarii regni Sieilie Anno Domini MCCCXXVIII. die VI. Iunii XI. Ind. Regnorum nostrorum anno XX. Habes igitur formulam adsumendi in Familiarem Regium, cuius dignitatis meminit Rochus Pirrus in charta Willelmi Regis Siciliae an. 1172. Hugo Falcandus pag. 672. 676. 777. hos vocare videtur *Familiares Curiae*, mutato nomine.

(1) Nodus, ut aiunt, Gordianus Diplomaticos Monachorum Tabularia scrutantes saepissime torquet, quum scilicet membranis epocha fundatione ipsius Monasterii vetustior adpicta est. Tunc enim praecipua illa falsitatis Nota elucescere videtur, quam Papebrochius. *Propyl. Antiqu.* p. XXIV. n. 103. Conringius *Censur. Dipl.* p. 339. certissimam esse tradiderunt. Nos autem, si rem paulo diligentius expendamus, nunquam hac tantum de caussa inter νόθας huiusmodi chartas amandandas censebimus, quandoquidem nullatenus falsitatis hoc certum est argumentum. Enimvero I. privati monumenta sua maioris momenti, atque vetustissima Monachorum Archivis adservanda tradebant: idque praecipue a Saeculo VIII. ad XII. quum bella, et seditiones privatorum commodis imminebant, factum fuisse comperimus. V. Mabillon. *De Re Dipl.* L. I. c. 6. II. Quum Monastico habitu quispiam induebatur, bona sua, eorumque titulos, et documenta familiaria Monasterio donare solebat; quod vel ex hac charta elicitur. III. Notarii formularum libros, vulgo *protocolli* Monasteris testamento legabant, ut Monachi fructum inde perciperent, ac testatoribus suffragia impartirentur. IV. Quoties adquirebant Monachi τα κτηματα originales titulos a venditoribus sibi vindicandos curabant; ne ab iusta possessione in posterum deturbarentur. Quamobrem in hisce omnibus κτηματων facile factu fuit, ut vetustissimae membranae in Monachorum manus devenirent, eorumque Tabularia exornarent.

Digitized by Google

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 44. N. 4.

1272. *Octobris* 31. *Indictione* 1. *Caroli I. anno VIII. Messanae.*

Secreti, et Magistri Portulani Siciliae post subhastationem, et fideiussionem, locant quibusdam hominibus iura Civitatis Messanae, pretio singillatim descripto.

Per Petrum de Magistro Philippo Notarium Messanae.

N. 4.

Olim Arca II. Fasciculus 47. N. 5.

1273. *Ianuarii* 7. *Indictione* 2. *Caroli I. anno IX. Tarenti.*

Rex mandat Secreto Apuliae, ut solvat Robino praeposito falconeriis, tenditoribus ad falcones capiendos, et Saracenis expensas pro ipsis, scuteriis, et equis eorum, ac pastu falconum a Kalendis elapsi Septembris, quousque praedicto munere fungantur (1).

Per Guillelmum de Farumvilla Regni Siciliae Viceecancellarium.

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 42. N. 13.

1273. *Ianuarii* 25. *Indictione* 1. *Caroli I. anno VIII. Tarenti.*

Thomasius de Tancredo Magister Massariarum Curiae in Ba-

(1) Plurima sunt, quae in *Regesto Frederici II. Imp.* de *Falconibus*, eorumque custodia, usu, et venatione passim occurrunt: praesertim de locis, unde extraherentur, adferrenturque. Vide *Regest. Frederici* pag. 277, et 382, de eorum nominibus p. 310 de sumtibus pro eorum alimentis p. 319, et 376, de salariis denique, et servientibus Falconeriorum p. 346. 359 et seq. *Neapoli* 1786. Carolus Noster tanta liberalitate, quanta hoc negotium egit Fredericus, uti nolebat, plura tamen ab ipso sancita identidem obveniunt. Alia pariter in ceteris Regestis, ac membranis, quas vocant *Cancellariae*, reperies. Venatio autem huiusmodi, antiquis omnino ignota temporibus, a Iulio Firmico L. V. c. 7. et L. VII. c. 4. primum memoratur; sed medio aevo Principibus, nobilibusque viris mirum quantum in deliciis fuit. V. Fredericum II. *De Arte Venandi cum avibus*, Albertum M. *de Animalibus* L. XXIII. et Petrum de Crescentiis *de Agricultura* L. X. et Belisarium Aquaviva *de Aucupio*, et Iacobum Augustum Thuanum *de Re Accipitraria*. Id autem Clericis prohibitum fuit. V. Capitula Caroli M. an. 769. c. 2. Concilium Ticinense an. 850. c. 4. Cabilonense II. c. 9. Liptinense c. 3. etc.

Digitized by Google

silicata, et Terra Bari, ut exsequatur mandatum Regium, conficit inventarium Massariae Candeli.

Per Guillelmum de Magistro Leone Notarium Tarenti.

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 69. N. 1.

1273. *Ianuarii 28. Indictione 1. Caroli I. anno VIII. Tarenti.*

Thomasius de Tranckedo Magister Massariarum Curiae in Basilicata, et Terra Bari, ut exsequatur mandatum Regium, conficit inventarium Massariae Tarenti.

Per Stephanum Pulmonem Notarium Tarenti.

N. 7.

1273. *Februarii 4. Indictione 1. Caroli I. anno VIII. Brundusii.*

Leucius de Abbalardo filius quondam Matthaei Magistri Massariarum Curiae in terra Ydronti tradit Thomasio de Tancredo Magistro Massariarum Curiae in Basilicata, Terra Bari, et Terra Ydronti bona Curiae procuranda.

Per Nicolaum Notarium Brundusii.

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 49. N. 8.

1273. *Februarii 4. Indictione 1. Caroli I. anno VIII. Brundusii.*

Thomasius de Tancredo Magister Massariarum Curiae in Basilicata, Terra Bari, et terra Ydronti conficit inventarium bonorum sibi a Leucio filio Matthaei de Abaylardo traditorum, eaque procuranda tradit Mattheo de Sir Farense.

Per Nicolaum Notarium Brundusii.

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 17. N. 13.

1273. *Februarii 20. Indictione 2. Caroli I. anno IX. Cathaniae.*

Symon de Pusilletis receptor, et expensor Fiscalis pecuniae, ut exsequatur mandatum Adam Morhier Marescalli Regni Siciliae

et Vicarii Generalis ibidem, recipit a Stipendiariis Curiae equos, quos Marescalli testantur esse infirmos, et *affollatos* (1).

Per Guillelmum de Millarisio Notarium Cathaniae.

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 36. N. 16.

1273. *Martii 20. Indictione 1. Caroli I. anno VIII. Capuae.*

Rex mandat Bertraldo de Real Castellano Castrorum Maltae, et Gaudisii, ut tradat iura omnia ipsorum Castrorum Roberto Cafono Magistro earumdem insularum, et Camerario, retenta sibi custodia castrorum, et auctoritate iudicandi de quibusdam criminibus (2).

Per Iohannem de Mesnilio Locumtenentem Cancellarii Regni Siciliae.

FASCICULUS XX.

N. 1.

Olim Arca A. Fasciculus 77. N. 18.

1273. *Martii . . Indictione 2. Caroli I. anno IX. Seminarae.*
Iudex, et Notarius declarant ab Adymaro Praeceptore Domorum Militiae Templi Hierosolymitani, et Locumtenente Magistri M. Domus in Regno Siciliae, remitti quibusdam homini-

---

(1) Cum heic, lector, equi *affollati* dicuntur, ne intelligas equos *leviter vulneratos*, ut putavit Du-Fresnius, et iure a PP. Maurinis emendatus est. Vox enim *affollare* significat *graviter laedere*, itaut membra reddantur inertia; quod si minus aliunde, ex adlatis ab ipso exemplis evidenter eruitur, ubi *affollamentum*, et mors uno quodammodo gradu distare videntur. V. *chartam Beatricis Abbatissae B. Mariae Suesson.* an. 1231, et *aliam Balduini Comitis Hannoniensis apud Marten.* Tom. I. Porro nostra haec membrana, quae lectu dignissima est, id luculentissime demonstrat: nam ii tantum vocantur equi *affollati*, qui servitiis Curiae prorsus inhabiles reputabantur, ac propterea diligenti *appreciatione* id declarandum erat.

(2) Qui ad historiam Melitensem concinnandam monumenta colligere studet, plura de civili Insulae regimine, de incursionibus Ianuensium, ac de Regum Neapolitanorum iuribus in hac membrana inveniet.

Digitized by Google

bus damna ab eis allata M. Domui, dummodo in posterum ab offendendo se abstineant (1).

Per Robertum de Notario Nicolao Notarium Seminarae.

N. 2.

Olim Arca B. Fasciculus 49. N. 22.

1273. *Octobris* 28. *Indictione* 2. *Caroli I. anno IX. Fogiae.*

Rex mandat Secreto Apuliae, ut solvat Sifridinae olim Comitissae Casertae, quae detinebatur in Castro Trani, expensas pro ea, socia, et servitrice, nempe tarenos auri 2. singulis quibusque diebus.

Per Iohannem Archiepiscopum Panormitanum Vicecancellarium Regni Siciliae (2).

---

(1) De Templariis, eorumque privilegiis, et crebris ad Terram Sanctam expeditionibus luculentissima membranae nostrae perhibent testimonia. Invenies praesertim amplissimas eorum possessiones, et libertatem transvehendi nullo vectigali *merces in subsidium Terrae Santae* multoties celebrari. At si nosse libeat, quid Carolus Noster, dum Regno obtinendo incumberet, exegerit, quidque frustra requisierit, vide *Histoire Critique, et Apologetique de l'Ordre des Chevaliers du Temple de Ierusalem par feu le R. P. M.* Tom. II. p. 53. et 56. *Paris* 1789. An defectioni Siculae, vulgo *Vespro Siciliano*, Templarii manum admoverint, disces ibid. p. 82. et seq.

(2) Rocchus Pirrus hunc Archiepiscopum, quem et *Iohannem de Meneliis*, *de Menelio*, *de Menilio*, aut etiam *de Mesneliis* incredibili varietate vetusta monumenta adpellant, collocavit post *Petrum II. de S. Fide* ad annum scilicet 1285. T. I. p. *Panormi*; deinde in suis correctionibus MSS. ipse errorem emendans, eum ad annum 1269. scilicet post *Leonardum de Comitibus* reduxit: cuius correctionis meminit Mongitor in *Additionibus ad Pirrum* fol. 14. *Panormi* 1735. Id etiam scripsit in *Regum Chronologia* fol. 60, addiditque ipsum fuisse eiusdem Ecclesiae Panormitanae primo Archidiaconum ab anno 1268, deinde Archiepiscopum. Mongitor tamen putat potius Iohannem esse ex albo Episcoporum expungendum; omnia tamen rationum momenta innituntur ἀναχρονισμῷ, in quem Pirrhus inciderat, dum Iohannis Archiepiscopatum ad annum 1269 retulit; siquidem diplomata ann. 1271. et 1273. Mongitori notissima eum Archidiaconum non Archiepiscopum adpellant. At si is paullo diligentius rem perpendisset, nostrasque chartas consuluisset; non expungendum Episcopum, sed tantum inaugurationis epocham rectius statuendam agnovisset. Revera plures membranae in nostro Archivo ipsius Iohannis nomine praefulgent, sed eae (si unam, aut alteram excipias) vel nullum, vel solum Vicecancellarii titulum ipsi adponunt. Quamobrem ut ἀναχρονισμὸς prorsus evanescat, monuamus oportet extare in *Fasciculo*. XIX N. 10. diploma. „ Datum Capue per Io„ hannem de Mesnilio Panormitanum Archidiaconum de mandato Regio tenentem locum Magistri Symonis de Penuus Cancellarii Regni Sicilie a no-

Digitized by Google

N. 3.

Olim Arca K. Fasciculus 43. N. 20.

1273. *Novembris* 28. *Indictione* 2. *Caroli I. anno IX. Caurati.*

Rex mandat Secreto Apuliae, ut frumentum a Massariis Curiae in Basilicata, Terra Bari, et Terra Ydronti curet transvehendum ad oras Baroli, ac Tarenti ad conficiendum biscottum pro panatica Galearum Regiarum.
Per Guillelmum de Farumvilla Vicecancellarium Regni Siciliae.

N. 4.

Olim Arca C. Fasciculus 64. N. 14.

1273. *Decembris* 12. *Indictione* 2. *Caroli I. anno IX. Caurati.*

Rex solvit quaedam dubia a Portulanis Siciliae proposita de locatione Cabellae Secretiae, et de iuribus Stratigoti Messanae.
Per Guillelmum de Farumvilla Vicecancellarium Regni Siciliae.

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 8. N. 5.

1274. *Ianuarii* 21. *Indictione* 2. *Caroli I. anno IX. Trani.*

Nicolaus Freczia Magister Portulanus, et Procurator Apuliae

„ stra Curia absentis anno Domini M.° CC.° LXXIII.° mense Martii XX.° „ prime Indictionis. Deinde vero *Fasciculo*. XX. N. 2. aliud est di„ ploma „ datum Fogie per Iohannem Venerabilem Panormitanum Archiepisco„ pum Regni Sicilie Vicecancellarium anno Domini MCCLXXIII.° XXVIII.° „ Octobris secunde Indictionis. Porro ex Cancellariae. Regestis rei veritas „ magis magisque excuditur: nam *Reg.* 1274. B. fol. 23. invenimus scriptum di„ ploma: „ Datum Trani per Iohannem de Mesnilio Archidiaconum Panormitanum „ Regni Siciliae Vicecancellarium anno Domini M.° CC.° LXXIII.° VIII.° Maii „ Prime Indictionis Regni nostri anno octavo. Postea *Reg. eod.* fol. 41. „ Datum apud Urbem Veterem per Iohannem Venerabilem Panormitanum „ Archiepiscopum Regni Sicilie Vicecancellarium etc. V. Iunii primo Indi„ ctionis. Ex quibus documentis liquido eruimus inter VIII. Maii, et V. Iunii 1273. ad Archiepiscopatum fuisse evectum. Interea ipse Cancellario Regni Siciliae absente ad eius munus tantisper exercendum promotus est, quod patet ex cit. dipl. *Fasc.* XIX. N. 10. et ex *eod. Reg.* 1274. B. fol. 34. a. t. Atque ita intelligimus, cur plures Vicecancellarii, seu Locumtenentes Cancellarii. eodem subinde anno memorentur; quippe absente Cancellario, modo uni, modo. alteri hoc munus Rex committebat.

constituit suum procuratorem Fridericum de Calabria, ut adeat Magistros Rationales ad discutiendas rationes officii sui.

Per Russonem Notarium Trani.

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 15. N. 4.

1274. *Februarii* 3. *Indictione* 3. *Caroli I. anno X. Monte-Corbino.*

Universitas Montis-Corbini, ut exsequatur mandatum cuiusdam Commissarii Guillelmi de Seccays Iustitiarii Honoris Montis S. Angeli, et Capitanatae, et Capitanei Lucerae, eligit duos Syndicos, et Taxatores, ut ab eodem Iustitiario sciant, quanta sit subventio imposita pro maritagio Imperatricis filiae Regis (1).

Per Riccardum Notarium Montis-Corbini.

N. 7.

Olim Arca H. Fasciculus 86. N. 5.

1274. *Februarii* 9. *Indictione* 3. *Caroli I. anno X. Neapoli.*

Rex mandat Iustitiario Basilicatae, ut capiendos curet vultures in sua provincia, et emat quotquot habere poterit; eorumque alas, et caudas mittat Iohanni Armeno Castellano Castri Capuani Neapolis (2).

Per Guillelmum de Farumvilla Vicecancellarium Regni Siciliae.

---

(1) Plurimis *Auxiliis*, quae in nostro regno Feudatarii a Vassallis exigebant, adde *Auxilium pro Maritanda filia*, aut *Sorore* V. *Constitut. Sic.* L. III. tit. 19. et Lib. II. tit. 18. Quod autem id praesertim Carolus I. Andegavensis sanciverit, colliges ex statutis MSS. eiusdem cap. 153. Quare in Regno Siciliae non solum Feudatarii, sed etiam Reges *maritagium*, quod exterae chartae adpellare solent *maritationem*, a suis subditis expetebant: cuius summa a Iacobo Siciliae Rege definita est. *Constit.* T. I. c. 7. *Licet nobis et haeredibus nostris in eodem anno subventiones imponere..... pro maritagio quinque millium unciarum auri summam.*

At vero de matrimonio huius filiae Caroli, quod etiam sequens membrana, et aliae plures commemorant, nonnulla disseruimus pag. 40 n. (1): unde erui potest, cur ipsa Imperatrix Constatinopolitana nuncupetur. Iure enim hoc titulo salutabatur, quae Philippo nupserat F. Balduni II. Imperatoris *Primo genito*: hic autem perperam a nonnullis historicis dicitur *unicus*, quum eius Frater Robertus Flandriae Comes aliam Caroli Filiam uxorem duxerit. V. Summont. *Ist.* L. II. p. 212. et Troylum *Ist.* T. V. p. 1. p. 292.

(2) Quanto studio, et pretio alae, et caudae vulturum ea tempestate exquirerentur, disces ex his verbis diplomatis: „ sub pena unciarum auri ducen-

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 5. N. 16.

1274. *Februarii* 28. *Indictione* 3. *Caroli I. anno X. Potentiae.*

Iudex, et Notarius declarant Stipendiarios servientes Iustitiario Basilicatae adsidue suo muneri obeundo incubuisse.

Per Iohannem de Gunella Notarium Potentiae.

N. 9.

1274. *Martii* 19. *Indictione* 2. *Caroli I. anno IX. Neritone.*

Nicolaus Pisanus, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Ursonis Rufuli Magistri Procuratoris, et Portulani Apuliae, quae exscribuntur, per testium depositiones singillatim recensitas inquirit, quaenam fuerint bona mobilia Aegidii de Spina Feudatarii sine legitimis filiis mortui, et quanti valeant Casalia Cupertini, et Carpiniani, atque omnia ad Curiam revocat.

Per Constantinum Notarium Neritonis.

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 78. N. 1.

1274. *Martii* 22. *Indictione* 2. *Caroli I. anno IX. Adriae.*

Iudex, et Notarius, ut exsequantur mandatum Regium denunciatum per litteras Aegidii de S. Liceto Iustitiarii Aprutii ultra flumen Piscariae, quae excribuntur, per testium depositiones singillatim recensitas, declarant post Regis adventum quatuor tantum in ea Provincia mulieres habuisse pro dote bona Feudalia secundum Regias concessiones, quae exhibentur (1).

Per Blasium Magistri Raymundi Notarium Adriae.

„ tarum firmiter et expresse mandamus quatenus ...... vultures capi statuas
„ et omnes alas et caudas ipsarum vel quas venales in iurisdictione tua inve-
„ nire poteris solvendo venditoribus pro ipsarum pretio .... ad rationem
„ de granis auri decem ponderis generalis pro singulis duabus alis et cauda-
„ una integris ad Castellanum Castri Capuani de Neapoli studeas destinare.
„ Adhibebantur autem ad *impennandos quadrellos* V. Arc. C. Fasc. 32. N. 9.

(1) Scriptura haec admodum prolixa praeter consuetam formam Actuum, quos Iudex, et Notarius de more edunt, continet quinque Regia Diplomata lucem Rei Feudalis plurimam adferentia. Primo quidem Diplomate praecipitur Iustitiario Aprutii, ut instituat inquisitionem, *in locis suae iurisdictionis in mulieres, quae Carolo huius Regni potito bona Feudalia habebant.* Deinde

FASCICULUS XXI.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 54. N. 5.

1274. *Aprilis* 12. *Indictione* 2. *Caroli I. anno IX. Caiacii.*

Iacobus Fuscarosa statutus a Raynaldo de Poncello Iustitiario Terrae Laboris, et Comitatus Molisii procurandae terrae Caiacii, post subhastationem vendit pelles animalium mortuorum, quae fuerant Guillelmi Clinecti iam defuncti, cuius bona ad Curiam erant revocata.

Per Nicolaum Praestor Notarium Caiacii.

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 26. N. 18.

1274. *Iulii* 15. *Indictione* 2. *Caroli I. anno IX. Messanae.*

Iudex, et Notarius declarant equum Addonis de Martinvilla Scutiferi Equitis Regii morte naturali periisse.

Per Guillelmum de Bella Notarium Messanae.

N. 3.

Olim Arca A. Fasciculus 44. N. 4.

1274. *Iulii* 30. *Indictione* 2. *Caroli I. anno X. Lacupensili.*

Rex acceptat solutionem unciarum 395. et tarenorum 4. a nunciis Bertrandi de Balma Iustitiarii Basilicatae factam in Camera Regia.

Per Guillelmum de Farumvilla Vicecancellarium Regni Siciliae.

---

mulieres quatuor tantum inveniuntur, quarum singulae exhibent sua privilegia; atque haec Iudex, et Notarius ad *futuram memoriam*, *et tam curie Regie certitudinem*, *quam praedicti Domini Iustitiarii testimonium*, *et cautelum* exeribendas curant.

Porro ne quatuor haec documenta perpetuis premantur tenebris, neque eorum usu tam φιλαρχαιοι, quam αμφισβητουσι careant; eorum indiculum heic subiiciendum censuimus I. Rex adsentitur, ut Margarita de Capistrello habeat dote bona sua Feudalia, dum nubit Iacobo de Curcumollo. II. Item adsentitur, ut Adelicia Strazati habeat pro dote bona sua Feudalia, dum nubit Riccardo de Valsorano. III. Item adsentitur, ut Adeliza de Cocomello habeat pro dote bona sua Feudalia, dum nubit Frederico de Agello. IV. Denique adsentitur, ut Sibilia de Pontibus habeat pro dote bona sua Feudalia, dum nubit Siniballo de Ioia.

Digitized by Google

N. 4.

Olim Arca I. Fascicnlus 36. N. 19.

1274. *Augusti 3. Indictione 2. Caroli I. anno X. Lacupensili.*

Rex mandat Iustitiario Basilicatae, ut tradat Paulino Normagno praeposito Marescallis Apuliae pecuniam necessariam gagiis, et annonae servientium, et alimentis animalium earumdem Marescallarum.

Per Guillelmum de Farumvilla Vicecancellarium Regni Siciliae.

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 16. N. 20.

1274. *Augusti 20. Indictione 2. Caroli I. anno X. Syponti-Novelli.*

Quidam statuti custodiendo Sali, ut exsequantur mandatum Regium denunciatum per litteras Peregrini de Maraldo Procuratoris Salis Apuliae, permittunt Fratribus Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani (1) extrahere Sal de salinis suis, in pertinentiis Syponti, et vehere Barium sine iure exiturae.

Per Beneventum Notarium Syponti-Novelli.

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 41. N. 17.

1274. *Augusti 30. Indictione 2. Caroli I. anno X. Vigiliis.*

Sergius Cafarus, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Symonis de Bellovidere Iustitiarii Terrae Bari,

---

(1) Permulta exempla huiusmodi immunitatum collegit, ac digessit Sebastianus Pauli *Codice Diplomatico del Sagro Militar Ordine Gerosolimitano. Lucca* 1733. Nulla tamen ibi Caroli I. elucet Concessio; unde haec, aliaeque similes membranae videntur pretiosiores. Ceterum Carolus in Provincia, et Forchalquerio pridem perturbare tentaverat Fratres illius Ordinis; eorumque possessionibus inhiaverat. Quomodo autem post longas discussiones compositae sint controversiae, fuse exposuit Bosius *Istoria della Religione Gerosolimitana.* Tom. I. Part. 1. Lib. 21. An. 1262. pag. 685. et seq. Mox vero Carolus titulo Regis Hierusalem adauctus novas altercationes suscitavit, quas suo loco commemorabimus.

Digitized by Google

quae excribuntur, iniungit Universitati Vigiliarum, ut eligat iudices pro anno tertiae Indictionis.

Per Nicolaum Notarium Vigiliarum.

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 42. N. 12.

1274. *Augusti* 31. *Indictione* 2. *Caroli I. anno X. Messanae*

Ludovicus de Montibus Stratigotus Messanae, ut exsequatur litteras Adae Morier Marescalli, et Vicarii Generalis in Regno Siciliae, quae exscribuntur, iniungit Universitati Messanae, ut statuat custodes in oris Siciliae peculiariter memoratis ad arcendas incursiones Ianuensium (1).

Per Biscardum de Vitro Notarium Messanae.

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 64. N. 2.

1274. *Augusti* 31. *Indictione* 2. *Caroli I. anno X. Alixani.*

Franciscus de Alixano, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Officialium Statutorum custodiendo sali Curiae in Terra Ydronti, quae exscribuntur, per testium depositiones singillatim recensitas declarat Rectorem Ecclesiae S. Pauli de Ali-

---

(1) Ne mirum cuipiam videatur, incursiones Ianuensium in hac, et aliis scripturis identidem memorari, sciendum est anno Aerae vulgaris 1272, seu ut rectius censet Muratorius 1271, Carolum Genuensi reip. bellum indixisse; ut eam cum tota Italia, quod iamdiu expetebat, sibi subiiceret. Caffarus *Annal. Genuens.* Lib. IX apud Murat. *S. R. I.* Lib. VI. Pag. 553, et seqq. belli primordia persequitur, deinceps praelia terra marique gesta enarrat, ac denique anno 1274 refert aliquid ad hanc chartam illustrandam opportunum: „ Commune Ianuae galeas XXII armari fecit ..... et constitutus fuit „ quidam civis nomine Lanfrancus Pignatarius Admiratus, qui cum dictis „ movens galeis pervenit in Corsicam, galeas provincialium persequendo. „ Cumque ipsas non invenisset, versus Siciliam cum suo stolio galearum properavit, et portum intrans Trapenae, Ligna, et omnia, quae in ipso erant „ portu, igne succendi iussit, ac ipsi civitati Trapenae inferendo damna plurima, ipsam per mare undique expugnavit. Exinde autem ad insulam Maltae properans, Gaudium depopulavit, et rediens in Siciliam, ibi plura cepit „ Ligna, tenendo sic illius regni mare infestum, ut aliqua ipsius Regis Ligna „ apparere non audebant. Properans autem Neapolim, ubi ipse rex Carolus „ morabatur, galeis insimul omnibus in ipso mari existentibus, et appropinquantibus prope terram in conspectu dicti Regis, homines ipsarum galearum „ exclamantes, laudem Communis Ianuae alta voce elevaverunt etc.

Digitized by Google

xano a Catholicorum Regum temporibus consuevisse percipere decimas salis.

Per Franciscum de S. Georgio Notarium Alixani.

N. 9.

Olim Arca B. Fasciculus 49. N. 18.

1274. *Septembris 2. Indictione 3. Caroli I. anno X. Lacupensili.*

Rex mandat Iustitiario Principatus, et Terrae Beneventanae, ut reparandum curet castrum Turris Maioris de Salerno secundum diploma pridem ei missum.

Per Guillelmum de Farumvilla Vicecancellarium Regni Siciliae.

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 17. N. 5.

1274. *Septembris 10. Indictione 2. Caroli I. anno IX. Materae.*

Sir Accibardus Procurator rerum Curiae in Matera, post Subhastationem, et fideiussionem locat Notario Herasmo Cabellam Baiulationis Materae cum omnibus iuribus eius unciis auri 195 *ad grossum pondus Curiae.*

Per Antonium Notarium Materae.

FASCICULUS XXII.

N. 1.

Olim Arca K. Fasciculus 41. N. 10.

1274. *Novembris 4. Indictione 3. Caroli I. anno X. Fogiae.*

Rex acceptat solutionem unciarum auri 396, et tarenorum 10 ponderis generalis factam Thesaurario suo a Berterando de Balma Iustitiario Basilicatae.

Per Guillelmum de Farumvilla Regni Siciliae Vicecancellarium.

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 8. N. 1.

1274. *Decembris 5. Indictione 3. Caroli I. anno X. Panormi.*

Petente Iacobo Rufulo Secreto Siciliae transumitur in formam publicam mandatum Regium, quo praecipitur eidem Secreto, ut

tradat Monasterio Fossae Novae 60 *barrilia tonninae* (1), si solitum id fuerit.

Per Andream de Petro Notarium Panormi.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 72. N. 6.

1274. *Decembris* 5. *Indictione* 3. *Caroli I. anno X. Colle Corvino.*

Guillelmus de Civitate S. Angeli, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Aegidii de S. Liceto Iustitiarii Aprutii, quae exscribuntur, exquirit *forestarios* (2), et custodes *defensarum* (3) Curiae, eisque iniungit, ut statuta die adeant Magistros Rationales ad reddendam rationem officii sui.

Per Robertum Thomasii Notarium Collis Corvini.

---

(1) Monasterium Fossae Novae plurimis de causis illustre, paullo ante evaserat illustrius ob D. Thomae Aquinatis mortem, quae ibi Nonis Martiis an. 1274 evenit. Porro Carolum permulti criminantur, quod S. Doctorem, ne in Concilio Lugdunensi eum accusaret, veneno perimendum mandaverit. Ita Dantes Aligherius C. XX. *Purg.* Ioannes Villanius L. IX. c. 217. Alii vero a Regis pietate tantum crimen removere conantur, et populo in suspiciones praecipiti istam opinionem adtribuunt. Vide Muratorium *Annal.* an. 1274. Tiraboschium *Storia della Letteratura* T. IV. L. II. c. 1.

Huic autem Monasterio praestari iubet Rex *Barrilia Tonnine*, nempe certam *Thunni Salsi* mensuram *cadis* contentam, quae Italis notissima est.

(2) Vox *Foresta* in linguas vernaculas iamdudum irrepserat ad *Sylvam* indicandam; cuius vocis ita intelligendae, uti et aliarum eiusdem affinium, sexcenta in Glossariis suppetunt exempla. Plures autem sylvae Regio Demanio fuerunt medio aevo addictae, quae vocari solebant *Foreste Dominicum*. Vid. *Leg. Langob.* Lib. I. Tit. 22. Par. 7. Quare *Forestarii Regii* nuncupantur apud Flodoardum lib. I. *Hist. Rom.* cap. XX. ii, qui Regiis nemoribus curandis, custodiendisque deputabantur; atque adeo haec vox a *Foresterio*, quae aliud omnino innuit, probe distinguenda est.

(3) *Defensa* idem omnino sibi vult, ac hodierna vox *Difesae*. Nimirum etsi *Defensum* dicebatur quidquid communi usui non patebat, uti *Foresta defensae, sylvae defensae, herbae defensae, vineae defensae, aquae defensae etc.* tamen peculiari loquendi ratione *defensa* dicebatur locus pascuus ad aliquem dominium spectans; quo sensu in chartis Hispanicis, et Neapolitanis frequentissime occurrit. Heic autem sermo est de *Defensis Regiis*, quo animalia Regia pastum agebantur.

Digitized by Google

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 55. N. 8.

1274. *Decembris* 31. *Indictione* 3. *Caroli I. anno X. Luceriae Saracenorum.*

Rex acceptat solutionem unciarum auri 159 factam Thesaurario suo a Berterando de Balma Iustitiario Basilicatae.

Per Guillelmum de Farumvilla Regni Siciliae Vicecancellarium.

N. 5.

Olim Arca II. Fasciculus 25. N. 24.

1275. *Februarii* 28. *Indictione* 4. *Caroli I. anno XI. Aversaë.*

Iudex, et Notarius declarant obsides Albaniae singillatim recensitos moratos esse in Castro Aversae a die 13 Decembris (4).

Per Petrum de Achille Notarium Aversae.

---

(4) Carolns, qni titulis adfluebat, aliquando inscriptns est *Rex Albanie*, uti patet ex *Regest.* sign. 1268. O. fol. 87. a t. atque hoc Regnum una cum aliis *Achaye*, *et Corfoy* alibi commemoravit. V. *Regest.* sign. 1269. A fol. 63. a t. Qnapropter Viearium ibi constituit, coi facultatem tribuit animadvertendi in Officiales Classis suae ibi commorantis, uti legitnr in *Regest.* sign. 1268. O. fol. 87. a t. et Marescallum elegit, qui copiis suis ibidem praeesset, qnod ex eadem pagina lueulenter eruitur. Porro quid de boc Regno factum fuerit sub ditione Caroli II. ae Ladislai, suo loco exponemus.

Qnomodo autem ei Albaoiae regnom obveuerit, ex hoc diplomate discimus, quod habemus *Regest.* sign. 1272. XV. Indict. fol. 20. ,, Carolus Dei
,, gratia Rex Sieilie etc. Univerais fidelibus Eeelesie presentes lieteras in-
,, specturis salutem et amorem sineerum. Per bas patenies licteras cunctis tam
,, presentibus qnaem futuris facimus maoifestum quod nos cousideraotes fidem
,, et devotionem, quam Prelati Comites Barones Milites Burgenses Universi-
,, tates ac eeteri siugulares homines Albaoie ad Sanctam Romanam Ecclesiam
,, habuit et qnod nos et heredes nostros elegerunt in Reges et dominos per-
,, petuos dieti Regni et nobis et nostris heredibus donaverunt et eesserunt
,, omnia iura et omoem siguoriam ipsius Regui et fidelitatis debite iuramen-
,, tum feeerunt, Proeuratoribus nostris nostro nomine et heredum nostrorum
,, reeipientibns recipimus omnes Prelatos Comites Barones Uuiversitates et
,, singulares personas dieti Regni qui nobis prestiterunt et prestabunt vel dictis
,, proeuratoribus nostris reeipientibus nostro nomine et heredum nostrorum
,, iuramentnm snb nostra signoria dominio et defensione et ipsos bona fide
,, promittimus defendere et iuvare secundum quod bonus Dominus suos Vas-
,, sallos iuvare et defendere consuevit et omnia privilegia eis concessa ab an-
,, tiquis Imperatoribus Romanis et omnes bonos usus approbamus et consue-
,, tudines eoromdem tenore presentium confirmamus et illa observare et fa-
,, cere observari omnibus qui voluntarie se nostro dominio submittent. Iu cuius

Digitized by Google

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 30. N. 3.

1275. *Martii 4. Indictione 3. Caroli I. anno X. Venusii.*

Vitalis Fuscus, ut exsequatur litteras Berterandi de Balma Iustitiarii Basilicatae, quae exscribuntur, aestimat reparationem domus Marescalli S. Gervasii, et adfirmat impendendas esse uncias auri 7 et tarenos 9 ponderis generalis.

Per Guillelmum Notarium Venusii.

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 30. N. 10.

1274. *Martii 7. Indictione 3. Caroli I. anno X. Trani.*

Iuratus Trani, ut exsequatur litteras Symonis del Bellovidere Iustitiarii Terrae Bari, quae exscribuntur, forbannit Peregrinum Acconzaiocum, et declarat nulla bona ad eum pertinentia invenisse.

Per Marinum Notarium Trani.

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 54. N. 8.

1275. *Martii 17. Indictione 4. Caroli I. anno XI. Bayrani.*

Universitas Bayrani, ut exsequatur litteras Berterandi de Balma Iustitiarii Basilicatae, eligit Henricum de Bona, et Gregorium Maczari Syndicos pro distribuenda, et recolligenda pecunia generalis subventionis.

Per Iohannem Notarium Bayrani.

„ rei testimonium presentes licteras fieri et bulla aurea maiestatis nostro impressa iussimus communiri. Datum Neapoli. Per Magistrum Symonem de Parisiis Regni Sicilie Cancellarium Mense Februarii XXI eiusdem XV Ind. „ Regni nostri anno VII. „ Deinde VIII. Martii eiusdem anni donat cuidam Nicolao Clerico de Albania provisionem annuam unciarum XII. et fatetur nondum totas terras *Durachii et Albanie in eius dominio esse* V. eod. *Reg.* pag. 23. Porro de Dominatione Caroli in Graecia, eiusque vicissitudinibus nonnulla tradit Raynaldus *Annal. Eccles.* anni 1269. III. et seqq.

Quae quum ita se habeant, facili negotio intelligitur, cur Albaniae obsides Carolus detineret. Nimirum ne illius regionis incolae, quorum ingenitam levitatem, Graecamque fidem Carolus pertimescebat, ab eius obedientia desciscerent, magistratusque, et exercitum vexarent, obsides secum detinere constituit, qui in Aversano Castro morarentur.

Digitized by Google

N. 9.

Olim Arca B. Fasciculus 49. N. 12.

1275. *Martii* 18. *Indictione* 3. *Caroli I. anno X. Turri S. Herasmi prope Capuam.*

Rex mandat Iustitiario Basilicatae, ut solvat Heliocto de Chillac Stipendiario uncias auri 17, et granos 3; quae erat quarta pars pecuniae illi debitae pro servitiis Curiae praestitis, et pretio unius equi (1).
Per Guillelmum de Farumvilla Vicecancellarium Regni Siciliae.

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 27. N. 13.

1275. *Aprilis* 6. *Indictione* 3. *Caroli I. anno X. Melphictae.*

Iuratus Melphictae, ut exsequatur litteras Symonis de Bellovidere Iustitiarii Terrae Bari, quae exscribuntur, forbannit homines singillatim recensitos, eorumque bonorum mobilium tertiam partem vendit, reliquas vero cum stabilibus adnotat pro Curia.
Per Alexandrum Notarium Melphictae.

---

(1) Quandoquidem ad Turonensium valorem definiendum Numismatici non nihil laboraverunt, e re visum nobis est hanc Diplomatis partem publica luce donare, dubiis solvendis fortasse profuturam. „ Cum Heliocto de Cbillac stipendiario „ nostro ex computo facto cum eo per venerabilem virum Magistrum Petrum „ Farinelli Archidiaconum Aurelianensem dilectum Clericum consiliarium The- „ saurarium et familiarem nostrum in centum quinquaginta quinque libris et „ duodecim denariis Turonensium pro servicio ab eo fideliter nobis impenso „ et in quindecim libris Turonensium pro uno equo suo in serviciis nostris „ mortuo prout apparet per apodixam eiusdem Archidiaconi in nostra came- „ ra resignatam quam lacerari mandavimus dicta nostra camera teneatur „ et ipsam pecunie summam idem Helioctus Colino Stancionario et fi- „ deli nostro voluerit exhiberi ac quartam partem ipsius summe pecunie per „ Iustitiarium terre laboris et aliam quartam partem eiusdem summe per te „ ad presens predicto Colino mandemus exolvi et de reliqua medietate prefate „ Turonensium summe habeat apodixam Archidiaconi memorati, fidelitati tue „ firmiter et districte precipiendo mandamus quatenus eidem Colino vel suo „ pro eo nuncio presentes tibi licteras assignanti pro predicta quarta parte „ predicte Turonensium summe uncias auri decem et septem et grana tria „ ponderis generalis . . . . exhibere procures.

Digitized by Google

FASCICULUS XXIII.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 60. N. 20.

1275. *Aprilis* 9. *Indictione* 3. *Caroli I. anno X. Melfictae.*

Iuratus Melfictae, ut exsequatur litteras Symonis de Bellovidere Iustitiarii Terrae Bari, quae exscribuntur, forbannit Nicolaum Selvagium, eiusque bonorum mobilium tertiam partem vendit, reliquas vero adnotat pro Curia (1).

Per Nicolaum Notarium Melfictae.

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 42. N. 7.

1275. *Aprilis* 15. *Indictione* 3. *Caroli I. anno X. Vestis.*

Iuratus Vestarum, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Guilelmi de Seccays Iustitiarii Capitanatae, quae exscribuntur, forbannit singillatim recensitos homines, eorumque bonorum mobilium tertiam partem vendit, reliquas vero cum stabilibus adnotat pro Curia.

Per Iohannem Notarium Vestarum.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 12. N. 11.

1275. *Maii* 5. *Indictione* 3. *Caroli I. anno X. Baroli.*

Iuratus Terrae Bari, ut exsequatur litteras Symonis de Bellovidere Iustitiarii Terrae Bari, quae exscribuntur, forbannit Franciscum de Terreno, eiusque bonorum mobilium tertiam partem

---

(1) *Bannitus*, *forbannire*, atque alia huiusmodi vocabula pag. 26. n. (2) commentariolum suum obtinuerunt. Mox pag. 65. n. (2) ingentem promisimus numerum membranarum, quae *Acta forbannitionis* continent; ac propterea mirum non est, si in hoc fasciculo, et aliis sequentibus tam frequentes recenseantur. Ad eas autem rite intelligendas videsis *Constit. Freder.* L.II.Tit.1. Porro ubi legis *bonorum mobilium tertiam partem vendi*, *reliquas vero adnotari*, scias, oportet, nulla bona stabilia fuisse inventa; secus enim, addidissemus formulam *cum stabilibus.* Pariter ubi nulla bona, aut tantum stabilia reperta sint, peculiariter id exprimendum censuimus.

Digitized by Google

vendit, reliquas vero adnotat pro Curia.
Per Guidonem Notarium Bari.

N. 4.

Olim Arca II. Fasciculus 86. N. 18.

1275. *Maii 11. Indictione 3. Caroli I. anno X. Cassani.*

Iuratus Cassani, ut exsequatur litteras Symonis de Bellovidere Iustitiarii Terrae Bari, forbannit homines singillatim recensitos, eorumque bonorum mobilium tertiam partem vendit, reliquas vero cum stabilibus adnotat pro Curia.
Per Blasium Notarium Cassani.

N. 5.

Olim Arca D. Fasciculus 57. N. 14.

1275. *Maii 16. Indictione 3. Caroli I. anno X. Iuvenacii.*

Iuratus Iuvenacii, ut exsequatur litteras Symonis de Bellovidere Iustitiarii Terrae Bari, quae exscribuntur, forbannit homines singillatim recensitos, et declarat nulla bona ad illos pertinentia invenisse.
Per Iohannem Paulum Notarium Iuvenacii.

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 60. N. 7.

1275. *Maii 18. Indictione 3. Caroli I. anno X. Lentini.*

Matthaeus de Siracusia dat Curiae fideiussionem unciarum auri 100 pro Leone de Pando, et Guillelmo de S. Gidio, quibus ad extaleum concessa fuerat constructio quarumdam theridarum, galearum, et galioni.
Per Bartholomaeum de Amo Notarium Lentini.

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 15. N. 20.

1275. *Maii 20. Indictione 3. Caroli I. anno X. Arricarri.*

Iuratus Bari, ut exsequatur litteras Symonis de Bellovidere Iustitiarii Terrae Bari, quae exscribuntur, forbannit homines singillatim memoratos, et declarat nulla bona ad illos pertinentia invenisse.
Per Iohannem de Guillelmo Notarium Arricarri.

Digitized by Google

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 31. N. 28.

1275. *Maii 24. Indictione 3. Caroli I. anno X. Capuae.*

Rex mandat Iustitiario Basilicatae, ut Thomasio de Tancredo Magistro Massariarum Curiae in Basilicata, Terra Bari, et quibusdam locis Capitanatae, solvat uncias auri 224, tarenos 15, et granos 6 pro metendis, et servandis frugibus Curiae.
Per Guillelmum de Farovilla Vicecancellarium Regni Siciliae.

N. 9.

Olim Arca B. Fasciculus 49. N. 1.

1275. *Maii 30. Indictione 3. Caroli I. anno X. Poteniani.*

Iuratus Poteniani, ut exsequatur litteras Symonis de Bellovidere Iustitiarii Terrae Bari, quae exscribuntur, forbannit homines singillatim recensitos, et declarat nulla bona ad illos pertinentia invenisse.
Per Nicolaum Notarium Poteniani.

N. 10.

Olim Arca H. Fasciculus 3. N. 4.

1275. *Maii 30. Indictione 3. Caroli I. anno X. Poliniani.*

Iuratus Poliniani, ut exsequatur litteras Symonis de Bellovidere Iustitiarii Terrae Bari, quae exscribuntur, forbannit homines singillatim recensitos, eorumque bonorum mobilium tertiam partem vendit, reliquas vero cum stabilibus adnotat pro Curia.
Per Iohannem de Iohannocto Notarium Poliniani.

FASCICULUS XXIV.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 8. N. 15.

1275. *Maii 31. Indictione 3. Caroli I. anno X. Brundusii.*

Iudex, et Notarius declarant custodes decem navium Curiae ibi moratos esse ad munus obeundum.
Per Nicolaum Notarium Brundusii.

Digitized by Google

N. 2.

Olim Arca II. Fasciculus 81. N. 12.

1275. Iunii 17. *Indictione* 3. *Caroli I. anno X. Neapoli.*

Rex mandat Iustitiario Basilicatae, ut solvat Thomasio de Tancredo Magistro Massariarum Curiae uncias auri 224, tarenos 15, et granos 6. ad metendas, recolligendas, reponendasque fruges, et alias uncias 10 ad eas transvehendas.

Per Guillelmum de Farumvilla Viceecancellarium Regni Siciliae.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 9. N. 2.

1275. *Iunii* 29. *Indictione* 3. *Caroli I. anno X. Brundusii.*

Quidam hactenus Syclarii Brundusii, ut exsequantur mandatum Regium, tradunt successoribus suis res Syclae recensitas (1).

Per Thomasium Notarium Brundusii.

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 20. N. 1.

1275. *Iulii* 10. *Indictione* 3. *Caroli I. anno XI. Baroli.*

Petente Nicolao de Galiano custode navium, et theridarum Curiae Brundusii, transumitur in formam publicam Apodixa unciarum auri 63, et tarenorum 10. ab eo datorum ceteris custodibus earumdem navium.

Per Nicolaum de Raynerio Notarium Brundusii.

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 54. N. 10.

1275. *Augusti* 7. *Indictione* 3. *Caroli I. anno XI. Nohae.*

Matthias Bisanciri, ut exsequatur mandatum Symonis de Bellovidere Iustitiarii Terrae Bari, quod exscribitur, forbannit homines recensitos, eorumque bonorum mobilium tertiam partem vendit, reliquas vero cum stabilibus adnotat pro Curia.

Per Riccardum Notarium Nohàe.

---

(1) Speramus utique aliquem patriarum antiquitatum amatorem Syclis Neapolitanis illustrandis eam documentorum copiam ex nostro Archivo producturum, quae inibi adservatur: cuius laboris nuperrime nobis absolutissimum praebuit exemplum nostrae Academiae Socius Cl. Vermigliolius in opere *Della Zecca Perugina*, *Perugia* 1816 atque ita plurima supplerentur, quae Comes Carolus in opere *delle Zecche d' Italia* praetermisit. At ne speres, lector, ex charta, quam heic vides, quidpiam boni te aliquando eruturum; cum magna ex parte lacera sit, atque deleta.

Digitized by Google

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 41. N. 22.

1275. *Augusti* 13. *Indictione* 3. *Caroli I. anno X. Bari.*

Petente Churagayta uxore Iohannis Macziotti Iudex, et Notarius interpetrantur quamdam *abbreviaturam ex libro abbreviaturarum* (1) Rogerii olim notarii Bari, quae continebat venditionem cuiusdam trapeti (2) cum turri, domo, et olivis, ab Alfarana factam Iacono Iohanni die 23. Ianuarii anno 1254.

Per Armidoctum iudicis Leonardi Notarium Bari.

N. 7.

Olim Arca A. Fasciculus 37. N. 15.

1275. *Augusti* 13. *Indictione* 3. *Caroli I. anno X. Bari.*

Petente Churagayta uxore Iohannis Magiocti Iudex, et Notarius Bari interpretantur quamdam abbreviaturam ex libro abbreviaturarum Rogerii olim Notarii Bari, quae continebat venditionem

---

(1) Quandoquidem *scripturae abbreviari* medio aevo dicebantur, quum in breviorem verborum ambitum redigerentur, uti videre est apud *Brusset. Tract. de usu Feud.* T. II. p. 4, idcirco facile intelligitur, quid sibi velit *Abbreviatura.* Praecipue hoc nomine indicari debuit illa Instrumenti epitome, quam Notarii in suis *prothocollis, seu schedis* notabant. Enim vero id aperte docet Zinselinus in Gloss. Extr. Joan. XXII. Papae ad caput V. Tit. XIV. et legimus in statutis Philippi Regis Franc. an. 1304. T. I. Ord. p. 417. in *Prothocollis instrumenta esse substantialiter, et seriatim ponenda*: ex quibus utique eruimus, omissis Formulis Instrumenta ibi fuisse recensita.

Heic autem e re erit animadvertere in Regno nostro sic dictos *Curiales* multa brevitate confecisse sua *Prothocolla*, uti intelligimus ex Diplomate Roberti, Regest. sign. 1329. D. fol. 57. a t. et 1336. F. fol. 186. a t. et fol. 90. a t. ac Iohannae I. Regest. sign. 1352. F. fol. 86. Constat etiam haec *notamenta* per discipulos Curialium fuisse *prothocollis* adscripta, ac deinde etiam per eos in *formam publicam* redacta. Vide Regest. sign. 1343, 1344, 1345. G. fol. 90. a t. et Regest. sign. 1339, et 1340. B. fol. 49. a t. Quare *prothocolli* sic a Curialibus *abbreviati* particula ex consuetudine nostri Regni *fidem plenariam*, ac *robur plenarium non habebat*, nisi ex speciali Regis gratia. V. *Regest.* sign. 1329. D. fol. 57. a t. Iure igitur autumo in nostris membranis *librum abbreviaturarum* non multum differre a prothocollo.

(2) Scilicet *Mola Olearia*, uti constat ex Glossariis: quo sensu, fortasso ex errore, apud Ughellum *Ital. Sacr.* t. I. p. 1123. edit. 1717 legimus *Trapitum.*

cuiusdam Trapeti, cum turri, domo, et olivis, a Iacono Iohanna factam Iudici Iohanni die 28. Aprilis anni 1254.

Per Leonardum Notarium Bari.

N. 8.

Olim Arca H. Fasciculus 36. N. 10.

1275. *Augusti* 23. *Indictione* 3. *Caroli I. anno XI. Bitecti.*

Iuratus Bitecti, ut exsequatur mandatum Symonis de Bellovidere Iustitiarii Terrae Bari, quod exscribitur, forbannit homines recensitos, eorumque bonorum mobilium tertiam partem vendit, reliquas vero cum stabilibus adnotat pro Curia.

Per Angelum de iudice Symeone Notarium Bitecti.

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 69. N. 14.

1275. *Augusti* 26. *Indictione* 3. *Caroli I. anno X. Baroii.*

Iuratus Baroli, ut exsequatur mandatum Symonis de Bellovidere Iustitiarii Terrae Bari, quod exscribitur, forbannit homines recensitos, et declarat se nulla eorum bona invenisse.

Per Guillelmum de Corneto Notarium Baroli.

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 30. N. 15.

1275. *Augusti* 27. *Indictione* 3. *Caroli I. anno X. Iuvenacii.*

Iuratus Iuvenacii, ut exsequatur mandatum Symonis de Bellovidere Iustitiarii Terrae Bari, quod exscribitur, forbannit Maionem de Frederico, et declarat se nulla eius bona invenisse.

Per Iohannem Paulum Notarium Iuvenacii.

Digitized by Google

N. 1.

FASCICULUS XXV.

Olim Arca F. Fasciculus 18. N. 19.

1275. *Septembris* 10. *Indictione* 3. *Caroli I. anno X. Baroli.*

Regii Praefecti salinis Cannarum, et Baroli, ut exsequantur mandatum Regium denunciatum per litteras Peregrini de Meraldo Procuratoris Salis Apuliae, quae exeribuntur, sinunt Religiosos Theutonicos adsportare sal e quadam salina eorum ad Massarias. (1).

Per Albericum de Fronte Notarium Baroli.

N. 2

Olim Arca F. Fasciculus 18. N. 17.

1275. *Septembris* . . . *Indictione* 4. *Caroli I. anno XI. Aversae.*

Petente Gualterio de Summorosa Iustitiario Terrae Laboris, et Comitatus Molisii transumitur in formam publicam Regium Statutum, quod continet recensionem omnium Castrorum Principatus, et Terrae Laboris, eorumque Officialium, ac Servientium cum uniuscuiusque gagiis (2).

Per Fredericum de Bono Notarium Aversae.

---

(1) Nuper in Cavensi Archivo tria reperi Caroli I. Diplomata, quae heic memoranda censeo, ut Principis pietas magis magisque eluceseat, nec fidem lectoris superent cetera huiusmodi, quibus noster Iudex abundat. Primum *Datum Nuceriae* 26. *Septembris X. Indictione Regni* eius an. II. concedit vassallis Monasterii SS. Trinitatis Cavae *ius pascendi animalia* in quibusdam terris. V. Arm. I. H. n 16. 17. Alterum *Datum Capuae* 12. *Martii XIII. Indictione Regni eius* an. V. iniungit *Secreto Apuliae*, ut restituat Monasterio eidem quasdam Ecclesias, et Casalia: ibique scribit: *nos*, *qui Ecclesiarum iura non minui cupimus*, *sed augeri*. V. Arm. I. F. n. 46. Tertium *Dutum* 2. *Iulii. XIII. Indictione*, *Regni eius an. VI.* (*sic*) mandat Secreto Apuliae, ut restituat memorato Monasterio quasdam Terras ab Officiatibus Curiae occupatas. V. Arm. I. F. n. 24.

(2) Adde et hanc Castrorum recensionem reliquis modo memoratis, ut Nostri Regni Chorographia, quam viros eruditos etiam atque etiam flagitamus, rectius aliquando absolvatur.

*

N. 3.

Olim Arca H. Fasciculus 51. N. 17.

1275. *Octobris 7. Indictione 4. Caroli I. anno XI. Boiani.*

Baiuli Boiani, ut exsequantur mandatum Gualterii de Summorosa Iustitiarii Terrae Laboris, et Comitatus Molisii, quod exscribitur, forbanniunt Iohannem de Albuino, eiusque bonorum mobilium tertiam partem vendunt, reliquas vero cum stabilibus adnotant pro Curia.

Per Iohannem Bonifacium Notarium Boiani.

N. 4.

Olim Arca K. Fasciculus 37. N. 14.

1275. *Octobris 13. Indictione 4. Caroli I. anno XI. Neapoli.*

Rex mandat Iustitiario Terrae Laboris, et Comitatus Molisii, ut solvat Petro de Bosco Vicario Guillelmi Vicecomitis de Meledauo uncias auri 20, quas ipse Regiae Curiae mutuatus fuerat.

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 33. N. 9.

1275. *Octobris 16. Indictione 4. Caroli I. anno XI. Troiae.*

Severinus de Domino Nicolao, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Guillelmi de Seccays Iustitiarii Capitanatae, quae exscribuntur, iniungit Universitati Troiae, ut expellat omnes Saracenos ab suis Terris (1).

Per Andream Notarium Troiae

---

(1) De Saracenis Luceriam incolentibus, quorum et alibi meminimus, iuverit diploma perlegere, quod habemus *Regest. sign.* 1269. *B. fol.* 134 a. t. „ Carolus etc. Loysio militi Custodi passuum terre laboris, et Aprutii. cum Sa- „ raceni Lucerie ligatis in gula corrigiis prostrati ad terram colla ipsorum no- „ stro iugo submiserint alte et basse iuxta nostre beneblacita voluntatis man- „ damus tibi quatenus deinceps quascumque personas nostras clausas litteras „ deferentes de exitu suo iuxta tenorem ipsarum abire permictas et hoc si- „ gnifices universis custodibus tibi subditis ad custodiam huiusmodi passuum „ deputatis non obstante quod alias tibi scripsimus ut neminem absque nostris „ patentibus litteris regnum exire permicteres. Datum Lucerie 28. Augusti XII „ Ind. etc. „ Ipsos autem terras non admodum dissitas vexasse, ac propterea expellendos fuisse, tum ex hac membrana, tum ex aliis mox recensendis liquido constat.

Digitized by Google

N. 6.

Olim Arca H. Fasciculus 68. N. 18.

1275. *Octobris* 21. *Indictione* 4. *Caroli I. anno XI. S. Laurentii.*

Matthaeus de Rixumulia, et exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Guillelmi de Seccays Iustitiarii Montis S. Angeli, et Capitanatae, quae exscribuntur, iniungit Baronibus, et Pheudatariis singillatim recensitis, ut expellant omnes Saracenos ab ipsorum Terris.

Per Iohannem de Guidone Notarium Fogiae

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 10. N. 1.

1275. *Octobris* 23. *Indictione.* 4. *Caroli I. anno XI. Neapoli.*

Nicolaus Friczia constituit suum procuratorem Fredericum de Trano, ut adeat Magistros Rationales, et reddat rationem officii Secretiae, quod per annum nuper elapsum gesserat.

Per Nicolaum Capanum Notarium Neapolis.

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 10. N. 14.

1275. *Octobris* 27 *Indictione* 4. *Caroli I. anno XI. Bisantii.*

Alexander Corbiserius, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Guillelmi de Seccays Iustitiarii Capitanatae, quae exscribuntur, iniungit Alduino possessori Castrorum Bisantii, Montisnigri, et Montismitoli, ut expellat Saracenos omnes ab eisdem terris.

Per Angelum Scriptorem Bisantii in defectu Notarii (1).

---

(1) Mabillonius, qui *de Notariis, eorumque diversis generibus* plura collegit *De Re Dip.* L. II. c. 13 tum ibi §. 6, tum c. 21 §. 9 probat Notarium interdum fuisse adpellatum *Scriptorem*. Id autem ex *Bullar.* T. I. p 57. c. 1 liquido eruitur. Quare Notarii passim *Publici Scriptores* audiebant. V. *Capitula post Concilium Ravennense an.* 904. c. 5. At vero res longe aliter se habet in nostris membranis: quippe in iis terris, ac locis, ubi per temporum barbariem nullus aderat Publicus Notarius, quisvis alius scribendi peritus adhibebatur, quem dictum invenimus *Scriptorem in defectu Notarii*, et quandoque absolute *Scriptorem*: nihilominus Instrumentum auctoritate, ac robore suo minimo carebat. Igitur *Notarius*, ac *Scriptor* inter se differebant.

Digitized by Google

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 14. N. 11.

1175. *Octobris* 29. *Indictione* 4. *Caroli I. anno XI. Celentiae.*

Iudex Raynaldus S. Petri de Olivela, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Guillelmi de Seccays Iustitiarii Montis S. Angeli, et Capitanatae, quae exscribuntur, iniungit Universitati Celentiae, ut non pareat litteris quorumcumque officialium, qui non habeant patentes Regias.

Per Robertum Notarium Celentiae.

N. 10.

Olim Arca A. Fasciculus 74. N. 6.

1275. *Novembris* 10 *Indictione* 4. *Caroli I. anno XI. Altamurae.*

Iuratus Altamurae, ut exsequatur mandatum Simonis de Bellovidere Iustitiarii Terrae Bari, quod exscribitur, forbannit Iohannem de Costa, et declarat se nulla eius bona invenisse.

Per Dominicum Notarium Altamurae.

FASCICULUS XXVI.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 40. N. 6.

1275. *Novembris* 10. *Indictione* 4. *Caroli I. anno XI. Neapoli.*

Rex mandat Iustitiario Terrae Laboris, et Comitatus Molisii, ut solvant Hugoni de Liques uncias auri 100. de unciis auri 280. terenis 5, et granis 18. (1) ipsi ex diplomate exscripto a Curia debitis.

Per Magistrum Guillelmum de Farumvilla Vicecancellarium Regni Siciliae.

---

(1) Turonensium pretium heic quoque definitum leges, si lubet.

Digitized by Google

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 33. N. 4.

1275. *Decembris* 13. *Indictione* 4. *Caroli I. anno XI. Neapoli.*

Rex mandat Iustitiario Terrae Laboris, et Comitatus Molisii, ut iniungat Baronibus, et Pheudatariis suae Provinciae, ut si eorum reditus excedant uncias 20, se conferant S. Germanum die 16. Ianuarii ad solvendum pheudale servitium; si vero sint minores unciis 20, tunc adiuti a Vassallis solvant Curiae adoham.
Per Guillelmum de Farumvilla Vicecancellarium Regni Siciliae.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 38. N. 13.

1275. *Decembris* 23. *Indictione* 4. *Caroli I. anno XI. Neapoli.*

Rex mandat Iustitiario Basilicatae, ut solvat Aymelio de Curbano uncias auri 160. computandas in eius gagiis.

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 33. N. 8.

1276. *Ianuarii* 29. *Indictione* 4. *Caroli I. anno XI. Romae.*

Rex mandat Iustitiario Aprutii, ut exsequatur diplomata directa praedecessoribus suis, quae exscribuntur, et quibus iniungitur, ut solvant T. Cancellario Urbis, eiusque fratribus Cincio, et Iohanni uncias auri 138 in excomputum unciarum 150 eis debitarum ob proventus Baroniae Franciscae iniuste usurpatos.
Per Guillelmum de Farumvilla Vicecancellarium Regni Siciliae.

N. 5.

Olim Arca H. Fasciculus 5. N. 9.

(1276.) *Februarii* 24. (*Indictione* 4. *Caroli I.*) *anno XI. Aquini.*

Iudex, et Notarius declarant Samsonem de Cystrehen, et Nicolaum Almundi, ut exsequantur mandatum Roberti Comitis Atrebatensis, Nepotis Regis, et in Regno Siciliae a Faro usque ad confinia terrarum Sanctae Romanae Ecclesiae Capitanei, et Vicarii

Digitized by Google

Generalis (1), quod exscribitur, inquirere in officiales Curiae recensitos de singulorum servitiis a Regia Curia praescriptis.

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 69. N. 10

1276. *Februarii 26. Indictione 4. Caroli I. anno XI. Bari.*

Iuratus Bari, ut exsequatur mandatum Symonis de Bellovidere Iustitiarii Bari, quod exscribitur, forbannit Franciscum de Mirabile, eiusque bonorum mobilium tertiam quidem partem vendit, reliquas vero cum stabilibus adnotat pro Curia.

Per Petrum Iohannem de Mansolla Notarium Bari.

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 27. N. 5.

1276. *Martii 6. Indictione 4. Caroli I. anno XI. Potentiae.*

Universitas Potentiae, ut exsequatur mandatum Berterandi de Balma Iustitiarii Basilicatae denunciatum per litteras Alemagni de Venusio, quae exscribuntur, eligit taxatores, et collectores pecuniae generalis Subventionis, qui singillatim memorantur.

Per Iacobum Cumbum Notarium Potentiae.

---

(1) Epocha, quae superius Instrumento adpicta legitur, partim lacera, partim deleta nobis sua vestigia exhibet: inferius vero diploma Roberti exsciptum sic desinit: *Datum Neapoli per Magistrum Nicolaum . . . Camere Regie Thesaurarium et Magne Regie Curie Magistrum Rationalem. Anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto Regni eiusdem Domini Regis anno undecimo.* At vero quis fuerit Robertus, qui Neapoli tunc erat, quique tot titulis praefulget, nostri historici non satis docueruut.

Facile autem intelligimus hunc esse filium Philippi Regis Francorum, qui Philippus D. Ludovici filius erat, atque adeo Nepos Caroli I. in membranis adpellatur. Patet itaque, quo sensu etiam Robertus *Nepos Regis* heic audiat. Porro hunc ipsum Carolus moriens dedit primogenito suo *Balium*, ac *Regni sui Vicarium.* Vide Raynaldum Annal. Eccles. an. 1285. n. 1. 5. 6. 7. 8. Deinde is post Caroli obitum revera in nostras hasce regiones advenit, ut Vicarii munere fungeretur: multaque eius diplomata nostrum Tabularium adservat, quorum suo loco syllabum proferemus. De huius adventu, ac *Vicariatu* vide Iac. Malasp. c. 223. Io. Villan. L. VII. c. 94. Bartol. de Neocastr. c. 90. T. XIII. *Scri. Rer. Italic.* Collenuc. L. V. Angel. di Costanz. L. III. in princ.

N. 8.

Olim Arca B. Fasciculus 57. N. 5.

1276. *Martii* 8. *Indictione* 4. *Caroli I. anno XI. Nolae.*

Iudex, et Notarius Nolae declarant quosdam inquisitores a Regia Curia in Terram Laboris missos a primo die usque ad octavum mensis Martii ad suum munus obeundum Nolae moratos esse.
Per Iohannem de Matthaeo Notarium Nolae.

N. 9.

Olim Arca H. Fasciculus 85. N. 10.

1276. *Martii* 8. *Indictione* 4. *Caroli I. anno XI. Spinaciolae.*

Universitas Spinaciolae, ut exsequatur mandatum Berterandi de Balma Iustitiarii Basilicatae, eligit taxatores, et collectores unciarum auri 40. et tarenorum 27. quae erat summa Generalis Subventionis Spinaciolae impositae.
Per Nicolaum de Acceptino Notarium Spinaciolae.

N. 10.

Olim Arca A. Fasciculus 66. N. 9.

1276. *Martii* 10. *Indictione* 4. *Caroli I. anno XI. Venusii.*

Universitas Venusii, ut exsequatur mandatum Berterandi de Balma Iustitiarii Basilicatae, eligit taxatores, et collectores unciarum auri 137. et tarenorum 3. quae erat summa Generalis Subventionis Venusio impositae.
Per Guillelmum Notarium Venusii.

Digitized by Google

FASCICULUS XXVII.

N. 1.

Olim Arca H. Fasciculus 5. N. 17.

1276. *Martii* 17. *Indictione* 4. *Caroli I. anno XI. Tricarici.*

Universitas Tricarici, ut exsequatur mandatum Berterandi de Balma Iustitiarii Basilicatae, eligit taxatores, et collectores pecuniae Generalis Subventionis Tricarico impositae.
Per Iulianum Notarium Tricarici.

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 2. N. 1.

1276. *Martii* 18. *Indictione* 4. *Caroli I. anno XI. Sarcone.*

Universitas Sarconis, ut exsequatur mandatum Berterandi de Balma Iustitiarii Basilicatae, eligit taxatores, et collectores unciarum auri 22. tarenorum 22. et granorum 4. quae erat summa Generalis Subventionis Sarconi impositae.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 20. N. 2.

1276. *Martii* 23. *Indictione* 5. *Caroli I. anno XI. Terlicii*

Universitas Terlicii, ut exsequatur mandatum Iustitiarii Basilicatae, eligit taxatores, et collectores unciarum auri 16. tarenorum 24. et granorum 4. quae erat summa Generalis Subventionis Terlicio impositae.
Per Iohannem de Conrado Scriptorem Terlicii in defectu Notarii.

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 8. N. 14.

1276. *Martii* 26. *Indictione* 4. *Caroli I. anno XI. Monte-Murro.*

Universitas Montis-Murri, ut exsequatur mandatum Berterandi de Balma Iustitiarii Basilicatae, eligit taxatores, et collectores pecuniae Generalis Subventionis Monti-Murro impositae.
Per Robertum Notarium Montis-Murri.

Digitized by Google

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 31. N. 9.

1276. *Martii* 29. *Indictione* 4. *Caroli I. anno XI. Roccae-Novae.*

Universitas Roccae-Novae, ut exsequatur mandatum Iustitiarii Basilicatae, eligit taxatores, et collectores pecuniae Generalis Subventionis Roccae-Novae impositae.

Per Franciscum Notarium Roccae-Novae.

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 43. N. 18.

1276. *Martii* 30. *Indictione* 4. *Caroli I. anno XI. Melfiae.*

Franciscus de Grusa declarat se vendidisse salmas 50. frumenti Curiae, et accepisse de eis pretio uncias auri 5. tarenos 16., et granos 13. pro quibus obligat etiam bona sua, et dat fideiussionem.

Per Guillelmum Notarium Melfiae.

N. 7.

Olim Arca B. Fasciculus 57. N. 7.

1276. *Aprilis* 11. *Indictione* 4. *Caroli I. anno XI. Rocca-Imperiali.*

Universitas Roccae-Imperialis, ut exsequatur mandatum Berterandi de Balma Iustitiarii Basilicatae, eligit taxatores, et collectores pecuniae Generalis Subventionis Roccae-Imperiali impositae.

Per Rogerium Notarium Roccae-Imperialis.

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 17. N. 20.

1276. *Aprilis* 15. *Indictione* 4. *Caroli I. anno XI Monte-Sano.*

Universitas Montis-Sani, ut exsequatur mandatum Berterandi de Balma Iustitiarii Basilicatae, eligit taxatores, et collectores pecuniae Generalis Subventionis Monti-Sano impositae.

Per Riccardum Notarium Montis-Sani.

Digitized by Google

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 6. N. 2.

1276. *Aprilis* 15. *Indictione* 4. *Caroli I. anno XI. Castri-Novi.*

Universitas Castri-Novi eligit Syndicos, ut recipiant a Berterando de Balma Iustitiario Basilicatae Subventionis quantitatem pro gagiis Stipendiariorum Regi servientium, eamque distribuant, et recolligant ab hominibus dictae Universitatis.

Per Raonem Scriptorum Castri-Novi.

N. 10.

Olim Arca II. Fasciculus 36. N. 7.

1276. *Aprilis . . Indictione* 4. *Caroli I. anno XI. Casertae.*

Riccardus de Murrone, ut exsequatur mandatum Thomasii Iudicis Riccardi Secreti Principatus, Terrae Laboris, et Aprutii, declarat se recepisse a Commissariis Gualterii de Summoroso Iustitiarii Terrae Laboris, et Comitatus Molisii, frumenti thuminos 181. ad munienda Regia Castra (1).

Per Franciscum Notarium Casertae.

FASCICULUS XXVIII.

Olim Arca I. Fasciculus 12. N. 10.

N. 1.

1276. *Aprilis . . Indictione* 4. *Caroli I. anno XI. Casertae.*

Ligorius Barrilis, et Sergius Carminianus, ut exsequantur man-

(1) Munus *Provisoris Castorum* Lexicographis barbarae Latinitatis ignotum iam usque a temporibus Frederici II. laudabatur. Vide eius *Regestum* editum *Neapoli* anno 1786. pag. 380. 394. 409. 419. Immo *Johannes de Raymo* ibi eligitur *Provisor Castorum in Iustitiariatu Aprutii*, eique dantur regulae ad hoc officium rite obeundum pag. 413. Neque vero videtur ad eum pertinuisse, ut commeatum *servientibus in Castris Regiis* pararet; quum hanc potius Secreti curam fuisse nostra doceat membrana. Porro quid fuerint *Regia Castra*, alibi monuimus.

Digitized by Google

datum Caroli Illustris Principis Salernitani denunciatum per literas Gualterii de Summoroso Iustitiarii Terrae Laboris, et Comitatus Molisii, quae exscribuntur, tradunt Thomasio Iudicis Riccardi Secreto eiusdem Iostitiariatus frumentum, legumina, aliaque singillatim memorata.

Per Stabilem Notarium Casertae.

N. 2.

Olim Arca H. Fasciculus 68. N. 17.

1276. *Maii* 12. *Indictione* 4. *Caroli I. anno XI. Salpis.*

Petente Leone Acconzaioco Regio Procuratore Salis Apuliae, Iudex, et Notarius Salparum arcessitis viris peritis declarant salmas Salis confecti in Pantano Salso (1) dictae terrae esse circiter 2200. ad salmam generalem.

Per Nicolaum Notarium Salparum.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 20 N. 10.

1276. *Maii* 14. *Indictione* 4. *Caroli I. Anno XI. Rutiliani.*

Iuratus Rutiliani, ut exsequatur mandatum Simonis de Bellovidere Iustitiarii Terrae Bari, quod exscribitur, forbannit Rogerium de Mauriliano (2), et declarat se nulla eius bona invenisse.

Per Iohannem Simeonis Notarium Rutiliani.

---

(1) Huius instrumenti particula admodum notanda videtur: *quod cum . . vellet idem Dominus Leo certificari de quantitate Salis priventorum existente in Salpis, ae Curia . . . . . ledi possit in aliquo vel fraudari quin sal quod ammassatum erat et congregatum in Salinis eiusdem Terre dudum confectum in Pantano salso habiliter non poterat measurari, provisum est etc.* Porro Salpae urbs est hodie penitus deleta, quam Livius L. VI. Cap. 30. XXIV. 20. XXVI. 38. ac Plinius *Hist. Nat.* L. III. C. 11. Salapiam, Ptolemaeus vero *Geograph.* Σαλαπια, Appianus deoique *Bell. Civil.* L. I. Σαλπιοι vocarunt, cuius etiam numismata adhuc observantur. Immo ipse obscurissimus Lycophron perspicue eius mentionem inicit *Cassandr.* v. 1129. et seqq. *Palus Salapina*, seu *Lacus Salparum* passim memoratur in medii aevi monumentis ob salis ibi confecti copiam. Cicero de *Lege Agraria Salapinorum pestilentiae fines* notat.

(2) *Militis* titulus, qui alibi non raro occurrit, semel atque iterum in praesenti membrana redit. Non modo enim Symon de Bellovidere dicitur

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 59. N. 8.

1276. *Maii 27. Indictione. 4. Caroli I. anno XI. Cantalupi.*

Robertus de S. Iohanne Rotundo, ut exsequatur mandatum Caroli Illustris Principis Salernitani denunciatum per litteras Guillelmi de Seccays Iustitiarii Honoris Montis S. Angeli, et Capitanatae, et Capitanei Luceriae,(1) quae exscribuntur, divulgat in Universitate Cantalupi Bartholomaeum de Iudice Iohanne fuisse relegatum ob quoddam homicidium; ac propterea iniungit dictae Universitati, ut, si possit, eum capiat.

Per Robertum Scriptorem Cantalupi in defectu Notarii.

Miles Regius Iustitiarius Terrae Bari etc. sed etiam ipse Rogerins de Maureliano *Miles Baro de Rutiliano* nuncupatur. Profecto solebant nostri Reges quibusdam sollemnioribus diebus tum filios suos, tum alios nobiles viros militari cingulo decorare. V. Reg. 1272. C. fol. 190. et. 1294. M. fol. 10. a t. et 1316. C. fol. 19. Consule Abb. Theles. *Roger. Sicil. Reg. rer. gestar.* L. IV. in fin. Angel. de Constan. *Istoria della Città e Regno di Napoli.* Tom. II. L. II. At Claritius edidit primus monumentum, qui describuntur ritus, quibus *cingulum militare* conferebatur: *Comento sulla costituzione di Federigo II.* p 34. Alia vero atque alia de militibus a Carolo I. *armatis*, ac de peculiaribus eorum ordinibus nobis exhibet Giannone *Istor. Civil. del Regno di Nap.* L. XX. c. 3. Tu denique, lector, si plura quaeris de hoc argumento, perlege Loysean *des Seigneurs*, et Muratorinm Diss. LIII.

(1) Capitanei, et Magistri Iustitiarii munus in Regest. Fred. p. 411. *Neapoli* 1786. satis superque definitur; eius tamen auctoritas erat a porta Roseti usque ad fines Regni, uti alter a porta Roseti usque Farum, et per totam Siciliam imperabat. Verum magno Capitaneo parebant alii, qui peculiaribus urbibus praeficiebantur. Vide etiam Marinum Freccia *de Subfeudis* Lib. Ad istos igitur pertinebat etiam Capitaneus Neapolis, de quo nonnulla iuverit animadvertere 1. Huius Curia, diversa a M. Curia Magistri Iustitiarii, quam fuerit antiqua, docuit Tutinius *De' Giustiz.* pag. 2: quomodo autem eius auctoritas sensim imminuta demum Aragonensium Regum temporibus evanuerit, disserit idem Tutinius l. c. p. 3. et Grimaldius *Istor. delle Leggi, e Magistr.* T. IV. Lib. 18. n. 6. Porro obtinuit aliquando *plenam meri, et mixti imperii potestatem*, ut eruitur ex Reg. 1305. B. f. 290. quod quidem dici potest etiam de Capitaneis Caietae. V. Reg. 1270. C. fol. 174. et Aquilae V. Reg. 1271 B. fol. 1. et 292. a t. et 1269. A. fol. 80 a t. etc. Iam vero peculiaria huiusmodi Capitaneorum iura, et facultates recensentur etiam in patentibus litteris, quas suo loco edemus. 2. Istaec Curia sita erat *in Platea Porte nove, tamquam in medio Civitatis, ac loco habili, et plus apto, ubi moram, et residentiam merito elegerunt Capitanei Neapolis in domo Nicolai Fellapane. Reg.* 1302, et 1303. A. fol. 334. Hinc Summontius T. II. lib 3. cap. 2 deducit [illegible] Ecclesiae *di S. Giovanni in Corte* ex eo quia ibi Curia Capitanei regebatur; dum Tutinius in alia omnia discedit.

Digitized by Google

N. 5.

Olim Arca B. Fasciculus 45. N. 2.

1276. *Maii 28. Indictione 4. Caroli I. anno XI. S. Iuliani.*

Philippus de Franco, ut exseqnatur mandatum Caroli Illustris Principis Salernitani denunciatum per litteras Guillelmi de Seccays Iustitiarii Honoris Montis S. Angeli, et Capitanatae, et Capitanei Luceriae, quae exscribuntur, divulgat in Universitate S. Iuliani Bartholomaeum de Iudice Iohanne fuisse relegatum ob quoddam homicidium; ac propterea iniungit dictae Universitati, ut, si possit, eum capiat.

Per Nicolaum Scriptorem S. Juliani defectu Notarii.

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 12. N. 15.

1276. *Maii 28. Indictione 4. Caroli I. anno XI. Neapoli.*

Petente Thomasio de Iudice Riccardo Secreto Principatus Terrae Laboris, et Aprutii transumitur in formam publicam mandatum Regium, quo iniungitur Secretis harum provinciarum, ut tradant M. Episcopo Capuano, eiusque successoribus, decimas, et iura singillatim recensita, si solitum id fuerit.

Per Petrum Fortunatum Notarium Neapolis.

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 40. N. 15.

1272. *Maii 31. Indictione 4. Caroli* I. *anno XI. Andriae.*

Comestabulus Andriae (1), ut exsequatur mandatum Caroli Illustris Principis Salernitani denunciatum per litteras Simonis de Bel-

---

De' Giustiz. p. 7. Saepe unus idemque vir Capitaneus Neapolis simul, et Puteolorum fuit. Reg. 1304, et 1305. D. fol. 9. 1309. II. fol. 249. 1313. A. fol. 32. a t. vel Capitaneus *Neapolis*, *Puteoli*, *et Yscle, et pertinentiarum suarum* Reg. 1311. O. fol. 4. a t. vel denique Capitaneus *Neapolis*, *et Caie ae* Reg. 1284. E. fol. 92.

(1) *Comestabulus Andriae* saepe laudatus invenitur. De *Comestabuli* munere nihil est, quod verba faciamus; plura enim, praeter Glossaria mediae

Iovidere Iustitiarii Terrae Bari, quae exscribuntur, recipit a quibusdam hominibus fideiussionem, ut Philippus de Centumsolidis praescripto tempore adeat Magistros Rationales ad reddendam sui officii rationem.

Per Nicolaum Notarium Andriae

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 38. N. 3.

1276. *Junii* 13. *Indictione* 4. *Caroli I. anno XI. Aversae*

Petente Gualterio de Summoroso Iustitiario Terrae Laboris, et Comitatus Molisii Iudex, et Notarius declarant Obsides Albanenses, qui recensentur, moratos esse in castro Aversae.

Per Petrum de Achillo Notarium Aversae.

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 60. I. N. 16.

1276. *Junii* 15. *Indictione* 4. *Caroli I. anno XI. Neapoli.*

Ligorius Barrilis, et Sergius Carmignanus, ut exsequantur mandatum Caroli Illustris Principis Salernitani denunciatum per litteras Gualterii de Summoroso Justitiarii Terrae Laboris, et Comitatus Molisii, quae exscribuntur, recipiunt ab officialibus quondam Iohannis de S. Stephano Camerarii, et Comitis Casertae victualia, et animalia Regiae Curiae tradenda hominibus recensitis.

Per Nicolaum Moritium Notarium Neapolis.

Latinitatis, hae de re tradit P. Anselmus in *Historia Genealogica Comitum Stabuli Franciae*. Ea vero, quae ad nostrum Regnum propius pertinent, Marinus Freccia *De Subfeudis* L. I. *de Septem. Off. Regni* n. 1. 11. 17. descripsit, addiditque Magno Comestabulo alios fuisse subiectos. n. 21. Ceterum scite docuit Iannarius Grande, *Origine de' cognomi nel Regno di Napoli. Part. IV. fol.* 239. *et seq. et* 281. *in not.* olim *Comestabulum* alicuius Civitatis sub Principibus nostris Normannis, ac Svevis fuisse veluti *Praefectum Urbi*. Immo Claritius in lucem protulit quoddam Diploma ex *Regest.* 1276. B. *fol.* 147. ubi *Comestabulus Civitatis Neapolis* de nonnullorum iurium usurpatione reprehenditur. Huiusmodi itaque erat et *Comestabulus Andriae*, quae Urbs, ut putat Gulielmus Appulus L. II. in princip. a Petro Normanno Trani Comite aedificata, tum mercatura, tum figularia arte admodum florebat. V. Ughellium *Ital. Sacr.* T. VII. col. 1246. et Albertium *Descrizione dell'Italia* pag. 246.

Digitized by Google

N. 10.

Olim Arca G. Fasciculus 37. N. 15.

1276. *Junii 16. Indictione 4. Caroli I. anno XI. Neapoli.*

Rex promulgat *Cedulam* pecuniae generalis Subventionis distribuendae civitatibus, et terris Iustitiariatus Hydronti, quae recensentur (1).

Per Nicolaum Bocellam Subdecanum Baiacensem, Thesaurarium Regiae Camerae, et Magistrum Rationalem Regiae Curiae.

FASCICULUS XXIX.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 55. N. 27.

1276. *Julii 20. Indictione 4. Caroli I. anno XI. Monte-Scelicola.*

Henricus de Comestabulo, statutus a Berterando de Balma Iustitiario Basilicatae ad emenda victualia Curiae, declarat servari a se frumenti salmas 76. et thuminum unum cum dimidio, de quorum pretio tantum unciae 7. tareni 27. et granum 1. fuerant soluta.

Per Sylvestrum Notarium Montis-Selicolae.

---

(1) Non modo χωρογράφους nostrarum Regionum, sed eos quoque, qui Στατιστικάς animadversiones conciunare curabunt, huiusmodi *Cedula* mirum quantum iuvabit. Istaec enim Civitates, Casalia, Terras, Castra etc. commemorat, et unicuique pro modulo facultatum imponit *taxationem*, cuius summa erat pro ea provincia „ uncie mille treccute tareni viginti septem grani „ decem et novem pro qua summa pecunie accidunt ad rationem de libris „ tribus denariorum pro uncia libre tria millia nongente due solidi sexdecim. „ Porro *Cedulam*, et *Cedam* passim barbara saecula dixerunt id, quod politiora *Schedulam*, vel *Schedam*. Vide *Epistolam* Martini IV. Papae an. 1284. apud Rymer. t. II. p. 263. col. 2.

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 5. N. 10.

1276. *Augusti* 4. *Indictione* 4. *Caroli I. anno XI. Iuvenacii.*

Iuratus Iuvenacii, ut exsequatur mandatum Symonis de Bellovidere, quod exscribitur, forbannit quemdam Iohannem, et declarat se nulla eius bona invenisse.

Per Iohannem Paulum Notarium Iuvenacii.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 15. N. 6.

1276. *Augusti* 6. *Indictione* 4. *Caroli I. anno XII. Vetrallae.*

Rex mandat Magistris Syclariis Brundusii, ut tradant Guillelmo de Seccays Iustitiario Capitanatae totam pecuniam novae monetae, qui ipsam in usum operis Fortelliciae Castri Luceriae convertat (1).

Per Guillelmum de Farumvilla Praepositum Ecclesiae S. Amati Duacensis, et Regni Siciliae Vicecancellarium.

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 15. N. 14.

1276. *Augusti* 23. *Indictione* 4. *Caroli I. anno XII. Vetrallae.*

Rex mandat Guillelmo Haumbuillero Iustitiario Aprutii, ut

---

(1) A voce *Fortia*, quam βαρβαρίζοντες Latini modo ad *munitionem* exprimendam, modo ad *arcem* indicandam (ut hodie dicitur ab Italis *il Forte*) adhibuerunt, multae aliae eiusdem significationis ortae sunt: e. g. *Fortecia*, *Fortaricia*, *Fortelesia* etc. In Regno autem nostro omnium frequentissima hoc sensu adhibentur vocabula *Fortellicia*, et *Fortellicium*. Vide *Script. Rer. Ital.* T. XII. *Chron. Dominici de Gravina col.* 568. *et Chartam Iohannae Reginae Siciliae ex cod. MS. Bibl. Coislin.* In hoc membranarum Syllabo voces istae usitatissimae sunt.

Porro *Fortellicium Luceriae* cur Carolus reficiendam mandarit, facile eruimus ex iis, quae de Saracenis ibidem obsessis, ipsorumque expulsione scripserunt Sabbas Malaspina L. IV. c. 20. et Monachus Patavinus *Chron.* an. 1264. *Script. Rer. Ital.* T. VIII. Vide etiam huius Indicis paginam. 108. n. (1).

ad exsequendam tria diplomata sua, quae exscribuntur, solvat Cancellario Urbis, Cincio, et Iohanni fratribus uncias auri 80. tarenos 27. et granos 8. ponderis generalis, uti residuum pecuniae a Curia exactae de proventibus Baroniae Franciscae iam eis concessae (1).

Per Guillelmum de Farumvilla, Praepositum Ecclesiae S. Amati Duacensis, et Regni Siciliae Vicecancellarium.

N. 5.

Olim Arca F. Fasciculus 3. N. 20.

1276. *Augusti* 26. *Indictione* 4. *Caroli I. anno XII. Binecti.*

Comitus Angelus, ut exsequatur mandatum Caroli Illustris Principis Salernitani, denunciatum per litteras Symonis de Bellovidere Iustitiarii Terrae Bari, quae exscribuntur, iniungit Universitati Binecti, ut eligat Magistrum Iuratum.

Per Iohannem Notarium Binecti.

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 41. N. 15.

1276. *Augusti* 28. *Indictione* 4. *Caroli I. anno XII. Porticuli.*

Universitas Porticuli, ut exsequatur mandatum Guillelmi de Seccays Iustitiarii Honoris Montis S. Angeli, et Capitanatae, et

---

(1) Duo notatu dignissima in hac diplomatum περιοχῇ continentur. I. Discimus iam supremum obiisse diem Beatricem, de qua alibi mentionem fecimus: scribitur enim „ Pecunia generalis subventionis Maritagii Bone memorie B. Imperatricis Constantinopolitane Kmo nate nostre. „ Re quidem vera Beatrix paullo post initas nuptias decessit, uti perhibet Matthaeus Spinellius *Diari. an.* 1267. *Script. Rer. Ital.* T. VII. et Monachus Patavinus *Chronic. hoc anno. Script. Rer. Ital.* T. VIII. Quare anno 1268. Carolus Margaritam uxorem duxit, et quanta pompa illa in Italiam advenerit, fuse describunt *Annales Mediolanenses. Scrip. Rer. Ital.* T. XVI. *Adde Memoriale Potest. Regiens. Script. Rer. Ital.* T. VIII. Denique Neapolitanos suam Reginam laetitia quanta maxima excepisse, tradit Sabbas Malaspina L. IV. c. II. 20. II. Innuitur etiam pretium *Provisinorum*, ubi legitur: „ libria „ provisinorum ducentis quadraginta quinque valentibus ad rationem de libris „ quatuor solidis quinque et denariis decem per unciam uncias quinquaginta „ septem tarenos duos et granos duodecim. „ De *Provisinis* vide prae ceteris Muratorium. *Ant. Ital. Quaest.* XXVII.

*

Digitized by Google

Capitanei Lucceriae eligit Tranchedum de Serra ad distribuendam novam Denariorum monetam, eiusque pretium recolligendum.

Per Antonium Scriptorem Porticuli in defectu Notarii.

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 40. N. 14.

1276. *Augusti* 31. *Indictione* 4. *Caroli I. anno XII. Trani.*

Matthaeus de Sire Bisario, ut exsequatur mandatum Symonis de Bellovidere Iustitiarii Terrae Bari, quod exscribitur, forbannit Gervasium de Pantaleone, eiusque bonorum mobilium tertiam quidem partem vendit, reliquas vero cum stabilibus adnotat pro Curia.

Per Russonem Notarium Trani.

N. 8.

Olim Arca II. Fasciculus 25. N. 3.

1276. *Augusti* 31. *Indictione* 4. *Caroli I. anno XI. Acheronciae.*

Iudex Laverius Statutus ad emenda victualia Curiae declarat servari a se frumenti salmas 291. et thuminos 4. emta unciis auri 25. tarenis 3. et granis 15.

Per Robertum Notarium Acheronciae.

N. 9.

Olim Arca B. Fasciculus 57. N. 16.

1276. *Augusti* 31. *Indictione* 4. *Caroli I. anno XII. Venusii.*

Iohannes de Churistephano, et Dominicus de salpitano statuti ad emenda victualia Curiae declarant servari a se frumenti salmas 195. et thuminos 5. empta unciis auri 19. tarenis 15. et granis 6.

Per Iohannem Notarium Venusii.

Digitized by Google

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 15. N. 18.

1276. *Septembris 4. Caroli I. anno XI. Melphictae.*

Iuratus Melphictae, ut exsequatur mandatum Symonis de Bellovidere, quod exscribitur, forbannit Iudicem de Michelangelo, et Lodoysium de Melphicta, eorumque bonorum mobilium tertiam quidem partem vendit, reliquas vero cum stabilibus adnotat pro Curia.

Per Franciscum Notarium Melphictae.

FASCICULUS XXX.

N. 1.

Olim Arca A. Fasciculus 37. N. 17.

1276. *Septembris 15. Indictione 4. Caroli I. anno XI. Venusii.*

Petrus Campanarius, et Robertus de Bono, statuti a Berterando de Balma Iustitiario Basilicatae ad emenda victualia Curiae, declarant servari a se frumenti salmas 41. et thuminos 4. atque hordei thuminos 20. de quorum pretio tantum unciae 4. et tareni 25. fuerant soluta.

Per Georgium Notarium Venusii.

N. 2.

Olim Arca D. Fasciculus 52. N. 1.

1276. *Septembris 23. Indictione 4. Caroli I. anno XI. Astiliani.*

Guido de Montepiloso, et Rogerius de Yrsio, ut exsequantur mandatum Regium denunciatum per litteras Ursonis Rufuli Secreti Apuliae, quae exscribuntur, per testium depositiones singillatim recensitas inquirunt, quinam sint fines Terrarum Astiliani, et Craci in Provincia Basilicatae, ut dirimatur lis orta inter Dominum Astiliani, et Universitatem Craci (1).

Per Iohannem de Magistro Parisio Notarium S. Archangeli.

---

(1) Terra haec in Dioecesi Tricaricensi posita, a Matera millia passuum XXIV. distat. Contermina est Terrae, quae hodie dicitur *Stigliano*, quaeque

Digitized by Google

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 40. N. 7.

1276. *Septembris 30. Indictione 5. Caroli I. anno XII. Yrsii* (1).

Guillelmus Pithillus, et Iohannes de Adhelitio, statuti a Berterando de Balma Iustitiario Basilicatae ad emenda victualia Curiae, declarant servari a se frumenti salmas 219. et thuminos 7. atque hordei salmas 67. de quorum pretio tantum unciae 22. tareni 24. et grani 3. fuerant soluta.

Per Iacobum de Bartholomaeo Notarium Yrsii.

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 49. N. 14.

1276. *Octobris 17. Indictione 4. Caroli I. anno XI. Caurati.*

Iuratus Caurati, ut exsequatur litteras Symonis de Bellovidere Iustitiarii Terrae Bari, quae exscribuntur, forbannit homines recensitos, eorumque bonorum mobilium tertiam partem vendit tarenis auri 6. et granis 17. reliquas vero cum stabilibus adnotat pro Curia.

Per Alexandrum Notarium Caurati.

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 17. N. 18.

1276. *Octobris 31. Indictione 4. Caroli I. anno XI.*

Iuratus Caurati, ut exsequatur litteras Symonis de Bellovidere

---

in nostris membranis modo *Astilianum*, modo *Ostilianum*, modo denique *Ostulianum* adpellatur. De hac vide Antoninum *La Lucania* P. I. Disc. III. p. 120. et P. III. Disc. III. p. 515. *Neapoli* 1795. Eiusdem domini sub haec tempora memorantur in *Regest.* 1273. A fol. 233. et *Reg.* 1374 B. fol 295. a t. et 297. Id autem animadvertisse iuverit, ne hanc Terram cum alia eiusdem nominis, quae etiam in praesenti dicitur *Astigliano*, seu *Torre piana* in Provincia Hydruntina, temere confundamus.

(1) Ubi fuerit Yrsium, seu Yrtium, disputat Antoninus in *Lucania* T. II. p. III. Disc. 6. p. 78. *Neapoli* 1797. Certe quidem hodie non extat, eiusque situs a praesenti urbe *Montepelusio* differebat quidem, uti ex charta 2. huius fasciculi eruimus, contra Antonini sententiam, sed non admodum distabat.

Digitized by Google

Iustitiarii Terrae Bari, quae exscribuntur, forbannit recensitos homines, eorumqne bonorum mobilium tertiam partem vendit tareno 1. et granis 8. reliquas vero cum stabilibns adnotat pro Curia.

Per Alexandrum Notarium Caurati.

N. 6.

Olim Arca B. Fasciculus 49. N. 4.

1276. *Octobris . . Indictione* 4. *Caroli I. anno XI. Trani.*

Iuratus Trani, ut exsequatur mandatum Symonis de Bellovidere Iustitiarii Terrae Bari, quod exscribitur, forbannit Nicolaum Laurentii, et declarat nulla bona ad ipsum pertinentia invenisse.

Per Marinum Notarium Trani.

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 27. N. 2.

1276. *Novembris* 5. *Indictione* 4. *Caroli I. anno XI. Venusii.*

Florius, et Franciscus Medipellis, statuti a Berterando de Balma Iustitiario Basilicatae ad emenda victualia Curiae, declarant servari a se frumenti salmas 1301. et thuminos 2. cum dimidio, atque hordei salmas 265. et thuminum 1. de quorum pretio tantum unciae 184. et grani 3. fuerant soluta.

Per Georgium Notarium Venusii.

N. 8.

Olim Arca II. Fasciculus 81. N. 3.

1276. *Novembris* 14. *Indictione* 5. *Caroli I. anno XII. Nolae.*

Petente Gualterio de Summoroso Iustitiario Terra Laboris, et Comitatus Molisii transumitur in formam publicam Mandatum Regium, quo praecipitur Iustitiario Terrae Laboris, et Comitatus Molisii, ut solvat Notariis, et Scriptoribus Curiae recensitis gagia ad rationem singillatim definitam.

Per Iohannem de Criffio Notarium Nolae, et Cicalae.

Digitized by Google

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 30. N. 4.

1276. *Novembris* 15. *Indictione* 4. *Caroli I. anno XI. Florentiae* (6).

Robertus de Angelo, et Iohannes de Magistro Symone, statuti a Berterando de Balma Iustitiario Basilicatae ad emenda victualia Curiae, declarant servari a se frumenti salmas 638. et thuminos 7. cum dimidio, atque hordei salmas 53. de quorum pretio tantum unciae 73. tareni 18. et grani 12. fuerant soluta.

Per Iacobum Notarium Florentiae.

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 37. N. 8.

1276. *Novembris* 18. *Indictione* 4. *Caroli I. anno XI. Canusii.*

Iuratus Canusii, ut exsequatur mandatum Symonis de Bellovidere Iustitiarii Terrae Bari, quod exscribitur, forbannit Laetitiam viduam Iohannis de Girardo, et declarat nulla bona ad ipsam pertinentia invenisse.

Per Nicolaum Notarium Canusii.

FASCICULUS XXXI.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 20. N. 8.

1276. *Novembris* 30. *Indictione* 4. *Caroli I. anno XI. Venusii.*

Iohannes de Churistephano, et Dominicus de Tenciano, statuti a Berterando de Balma Iustitiario Basilicatae ad emenda victualia Curiae, declarant servari a se frumenti salmas 495. thuminum 1. et tres partes unius thumini: atque hordei salmas 270. et thuminos 2.

---

(6) Certe illa est, quae hodie *Forenza* nuncupatur, et quam Latini *Ferentum*, seu *Forentum*, uti docet Cellarius *Geograph. Ant.* pag. 192. dixerunt, licet alii putent esse potius *Firenzuola*. Vide Antoninum *La Lucania* T. I. Part. I. Disc. IX. pag. 154. *Neap.* 1795. Terra istaec in Dioecesi Venusina sita est, ac Millia passuum XXXVI. circiter a Matera distat. Vide Diod. Sic. L. XIX. c. 65. Livium L. N. c. 20.

de quorum pretio tantum unciae 70. tareni 25. et granum 1. fuerant soluta (7).

Per Georgium Notarium Venusii.

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 54. N. 7.

1276. *Decembris* 1. *Indictione* 4. *Caroli I. anno XI. Spinaciolae.*

Valerianus Miles, et Robertus de Laetitia Statuti ad emenda victualia Curiae declarant servari a se frumenti salmas 402. et hordei salmas 1296. et thuminos 5. pro quibus unciae auri 114. tareni 27. et grana 16. soluta fuerant.

Per Nicolaum de Acceptino Notarium Spinaciolae.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 10. N. 17.

1276. *Decembris* 19. *Indictione* 4. *Caroli I. anno XI. Caurati.*

Iuratus Caurati, ut exsequatur mandatum Symonis de Bellovidere Iustitiarii Terrae Bari, quod exscribitur, forbannit homines recensitos, et declarat nulla eorum bona invenisse.

Per Alexandrum Notarium Caurati.

N. 4.

Olim Arca II. Fasciculus 48. N. 3.

1276. *Decembris* 31. *Indictione* 4. *Caroli I. anno XI. Monte-Selicola.*

Henricus de Comestabulo Statutus a Berterando de Balma Iustitiario Basilicatae ad emenda victualia Curiae, declarat servari a se frumenti salmas 447. et thuminum 1. et hordei salmas 655. thuminos 6. cum dimidio, de quorum pretio tantum unciae 79. et tareni 20. fuerant soluta.

Per Silvestrum Notarium Montis-Selicolae.

---

(7) Tute, lector, animadvertis, quanta et copia, et varietas huiusmodi instrumentorum ad nos pervenerit. Cur autem Rex hoc praesertim anno *ad victualia emenda* tot statuisset viros, nisi annonae caritate nostrae laborassent regiones? Novimus nimirum tunc temporis universam Italiam, eiusque praecipue superiores oras gravissimis fuisse calamitatibus vexatas. V. Caffari *Annal. Genuens.* ha. T. VI. *Rer. Ital. Script. et Chron. Placent. Memorial. Potest. Regiens.* ha. T. VIII. *Rer. Ital. Script.*

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 65. N. 6.

1277. *Februarii* 18. *Indictione* 5. *Caroli I. anno XII. Melphiae.*

Collectores Subventionis impositae pro Maritagio B. Imperatricis Constantinopolitanae declarant se recepisse ab Universitatibus recensitis uncias auri 596. ponderis generalis, ut obtineant mercedem exactionis, nempe unciam auri 1. pro singulis centum (1).

Per Philippum Notarium Melphiae.

N. 6.

Olim Arca B. Fasciculus 49. N. 9.

1277. *Februarii* 28. *Indictione* 5. *Caroli I. anno XII. Romae.*

Rex mandat Gualterio de Summoroso Iustitiario Terrae Laboris, et Comitatus Molisii, ut statis temporibus solvat Philippo Imperatori Constantinopolitano uncias 750. quod erat residuum unciarum mille ipsi Imperatori solvendarum (2).

Per Guillelmum de Farumvilla Vicecancellarium Regni Siciliae.

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 38. N. 1.

1277. *Februarii* 28. *Indictione* 5. *Caroli I. anno XII. Civitate.*

Universitas Civitatis, ut exsequatur mandatum Guillelmi de Seccays Iustitiarii Honoris Montis Sancti Angeli, et Capitanatae, et Capitanei Luceriae, eligit Syndicos ad distribuendam, et exigendam Generalem Subventionem Civitati impositam pro solvendis Stipendiariorum gagiis.

Per Sergium Notarium Civitatis.

---

(1) Hinc colligant φιλαρχαιοι, quantulum emolumentum ea tempestate perceperint, qui Regias Collectas exigebant. Habebant enim unciam auri unam pro singulis centum. En quantum diversa fuit hac in re temporum conditio!

(2) Diplomaticae historiae amatores certe non gravebit totius huius diplomatis exscriptio, quod in publicae lucis usuram proferimus: „ karolus Dei gratia Rex
„ Sicilie ducatus Apulie et principatus Capue alme urbis senator Andegavie
„ provincie et forchalquerii comes Ac Romani Imperii in Tuscia per Sanctam
„ Romanam Ecclesiam vicarius generalis Gualterio de Summoroso Militi Iusti-
„ tiario Terre Laboris et comitatus Molisii fideli suo gratiam suam et bonam

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 69. N. 12.

1277. *Aprilis* 2. *Indictione* 5. *Caroli I. anno XII. S. Marci in Lamis.*

Nicolaus de Gaderisio, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Guillelmi de Seccays Iustitiarii Honoris Mon-

---

,, voluntatem. Dudum per plures nostras licteras tibi scripsimus et dedimus in
,, mandatis ut uncias auri mille ponderis generalis quas nuncio Magnifici viri
,, Philippi Imperatoris Constantinopolitani Kmi Generi nostri per te pro presenti
,, anno quinto indictionis per quatuor subscriptos terminos eiusdem anni videli-
,, cet primo mensis decembris quartam partem ipsarum mille unciarum exhiberi
,, mandavimus de pecunia quorumcumque residuorum iudicum notariurum
,, advocatorum focolarium diminutorum et in ipsius defectu de pecunia gene-
,, ralis subventionis terris tue iurisdictionis imposita vel de quacumque alia Curie
,, nostre pecunia quo esset per manus tuas exhibere curares. Tu sicut per li-
,, cteras eiusdem Imperatoris didicimus solutis per te nuncio eiusdem Imperato-
,, ris unciis auri ducentis quinquaginta pro primo termino videlicet primo men-
,, sis decembris nuper preteriti reliquas septingentas quinquaginta uncias in re-
,, liquis predictis tribus terminis asseris te non posse solvere eo quod dicis te
,, de predicta pecunia non habere. Cumque velimus predictas septingentas quin-
,, quagiuta uncias in eisdem tribus terminis nuncio dicti Imperatoris per te inte-
,, graliter exhiberi fidelitati tue sub pena centum unciarum auri firmiter et ex-
,, presse precipiendo mandamus quatenus si est ita dictas septingentas quinqua-
,, ginta uncias ponderis generalis de pecunia residuorum quorumcumque proven-
,, tuum tui officii pecunia generalis subventionis primo preterita vel de qua-
,, cumque alia curie nostre pecunia et in ipsius defectu de pecunia presentis ge-
,, neralis subventionis nuper terris tue iurisdictionis imposita et tibi ad recolli-
,, gendum commissa quo est vel erit per manus tuas sine difficultate qualibet
,, iuxta predictarum priorum licterarum nostrarum continentiam in predictis tribus
,, terminis nuncio eiusdem Imperatoris presentes et eiusdem Imperatoris tibi
,, licteras assignanti exhibere procures. Non obstante mandato nostro aliquo tibi
,, a Maiestate nostra vel Capitaneo nostro in Regno directo de nemini solvenda
,, pecunia priusquam ad nostram cameram certam micteres pecunie quantitatem
,, seu quocumque alio mandato huic contrario per quod presentium executio im-
,, pediri valeat vel differri. Recepturus presentes et de hiis que solveris idone-
,, am apodixam scire pro certo te volumus quod si in positione rationis tue
,, inventum fuerit quod usque ad diem date presentium haberes de supradicta
,, pecunia vel aliquod residuum ad recolligendum preterquam de pecunia presen-
,, tis generalis subventionis unde nuncio dicti Imperatoris pro secundo termino
,, scilicet primo mensis martii potuisses satisfacere ut teneris predictam penam
,, quam in registris nostre camere fecimus annotari a te procul dubio exigi facie-
,, mus. Datum Rome per magistrum Guillelmum de Farumvilla prepositum Ec-
,, clesie S. Amati Duacensis Regni Sicilie vicecancellarium. Anno domini
,, MCCXXLVII die ultima Februarii V. Indict. Regni nostri anno XII.

*

Digitized by Google

tis Sancti Angeli, et Capitanatae, et Capitanei Luceriae, quae exscribuntur, iniungit Universitati, Magistro Iurato, Baiulo, et Iudici S. Marci in Lamis, ut referant ipsi Iustitiario violentias officialium in exigenda fiscali pecunia (1).

Per Perronum Notarium S. Iohannis Rotundi.

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 19. N. 7.

1277. *Aprilis* 9. *Indictione* 5. *Caroli I. anno XII. Brundusii.*

Rex mandat Iustitiario Terrae Bari, ut tradat Guillelmo Boucelli (2) pecuniam necessariam ad solvenda gagia Stipendiariis Trani.

Per Guillelmum de Farumvilla Vicecancellarium Regni Siciliae.

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 40. N. 9.

1277. *Aprilis* 26. *Indictione* 5. *Caroli* I. *anno XII. Regii.*

Notarius Perre de Magistro Philippo, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Ludovici de Montibus Stratigoti Messanae (3), quae exscribuntur, iniungit hominibus recen-

---

(1) *Constitutiones Regni Siciliae* saepe praescribunt inquisitiones, et poenas in *Officiales Curiae*, qui privatis hominibus violentias, et iniurias intulerunt. Ad rem fortasse erit perlegere L. III. T. 41. *Gloss.* col. 2. fol. 263. *Lugduni* 1568.

(2) Guillelmum Boucelli Rex adpellat *discretum virum* etc. quae formula innumeris propemodum diplomatis Regiis communis est. Verum quum huius tituli Glossaria rationem nullam adferant, abs re non erit aliquid hac de re in medium proferre. *Discernere* Latinis erat *distincte cognoscere*, vide Terentium *Adelph.* IV. 2. 5. Quare uti ex *distinguo*, quod et huiusmodi sensu adcipiebatur, lapsu temporis *distinctus vir* dictus est ille, qui in Republica cognitus, *conspicuus*, *et peculiaribus muneribus ornatus* erat, ita *discretus* similem pene laudem medio aevo expressit. Animadvertimus enim Regem saepissime *discretos viros* nuncupasse eos, quos cum vulgo confundi nolebat. Accedit quod *Discretus vir* apud Asceticos scriptores is audierit, qui *Discretionis* virtute, seu quadam in rebus discernendis prudentia, atque animi moderatione pollebat: quemadmodum e contrario, qui hac dote carebat, *Indiscretus* vocabatur. Inde in linguis recentioribus, ac praesertim Hispanica, vox *discreto* significatione amplissima gaudet, quae tamen semper laudem ex adlata originatione deductam continet.

(3) *Stratigotus Messanae*, *et Salerni*, *etc.* non raro in nostra membranarum serie nominantur. Ad huius autem tituli originem rite investigan-

Digitized by Google

sitis, ut XXV. post citationem die adeant Regem ad audiendam sententiam de lite pendente inter ipsos, et Praeceptorem M. Domus Militiae Templi in Sicilia (1).

Per Nicolaum de Thomappino Notarium Regii.

---

dam meminisse iuvat apud Graecos Στρατηγον fuisse dictum *Praetorem* alicuius *Urbis*: unde Modestinus L. XV. c. 9. D. *De Excusat.* ait ὁ της πολεως αρχων, τουτ' εστιν ὁ στρατηγος, *urbis rector, idest strategus.* Graeci autem, ue θεματα *provincias*, Saracenorum prius, deinde Nortmannorum adventu penitus amitterent, tum in Calabriae, tum in Siciliae regiones adhuc sibi subiectas suos Στρατηγους miserunt. Vide Theophanem anno II. Leonis Isauri: plura autem ad nostrum regnum propius pertinentia habes apud Giannone *Istor. Civil. del Regno di Napoli* I. VIII. c. 3. et Trojano Spinelli *Saggio di Tav. Cronol.*

Expulsis denique Graecis quaedam nostri Regni civitates primos Magistratus suos ipso titulo decorarunt. Vide Genovesi *illustrazione di un Greco Diploma pag.* 42. *n.* 1. 2. *Napoli* 1813.

(1) *Praeceptor Magnae Domus Militiae Templi*, quem D. Bernardus vocat *Magistrum Militiae Christi* in *Exhot. ad milit. Templ.* t. I. *edit. Mabil.* p. 243. erat tunc temporis Robertus. V. Marin. San. L. III. p. 12. c. 14. 16. 17. Animadvertendum est autem nostram hanc membranam inter testium subscriptiones exhibere tres graece exaratas Εγω Γακωβος Καλαβριας Κριτης χωρας Α'γιου Νικητου Μαρτυρ υπεγραψα ιδιοχειρως; Καγω Σιμουνεσκος του βασιλη Φαρμασιου Μαρτυρ ὑπεγραψα Λεων ὁ παχης μαρτυρ. Sane identidem occurrunt bilinguia huiusmodi instrumenta prioribus saeculis usitatissima; quorum plurima Neapoli condita, et ex Archivo *S. Sebastiani* ad nostrum translata solent *Curiali*, ut aiunt, *charàcteri* adpositas habent Graecas subscriptiones; cetera vero in variis Magnae Graeciae civitatibus edita, et ex Archivo *S. Stephani de Nemore* in nostrum pariter intrusa Graeco solent idiomate totam περιοχην exhibere, dum nonnullae adduntur subscriptiones Latinae. Verumtamen rarissimo exemplo contrariam potius sectatur methodum hoc, quod recensuimus Rhegii rogatum §. Ecce autem exempla chartarum Curialium graece subscriptarum. *Mazzo V. Num III. In nomine Domini Dei Salvatoris nostri Iesu Christi Imperante Domino nostro Basilio Magno Imperatore anno tricesimo primo sed et Constantino Magno Imperatore anno vicesimo octabo die tertia mensis Martii Indictione Quarta Neapoli etc.* ΕΓΟ ΛΕΟ ΠΡΕΣΒ ΕΘ ΜΟΝ. ΣΟΩΒτηριψι Νειλος Μοναχος και αναξιος πρεσυτερος ιδιοχειρως εγραψα Ιωαννης ἁμαρτολος Μοναχος ιδιοχειρως εγραψα Heic nimirum vides verba Latina Graecis signata litteris; immo id in hisce Neapolitanis documentis est fere perpetuum. Iam vero membrana Graeca Latine subscripta huiusmodi est *num.* 21. Σιγνον χειρος Κορβουλινος Εν ονοματι του Πατρος και του Υ'ιου και του Α'γιου Πνευματος Ο' αναγεγραμμενος κ. τ. λ. Subscribuntur autem *Ego Rogerius Marturani Ego Robertus Capriellus concedo et concedendo affirmo hoc donum Domini Corbelini et inde testis sum.* Pariter in πολυθρυλλητῳ *Cavensi* Archivo tercentum circiter pergamenae consimilem characterum varietatem praeseferunt; quibus perlegendis, atque interpretandis mirum quantum insudavit eruditissimus Paschalis Baffius, eiusque lucubrationes in Bibliotheca Borbonica adservantur. Unum memoremus, ut cetera silentio praetereamus

Digitized by Google

FASCICULUS XXXII.

N. I.

Olim Arca H. Fasciculus 86. N. 7.

1277. *Maii* 13. *Indictione* 5. *Caroli I. anno XII. Medunii.*

Leontius de Melficta, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Symonis de Bellovidere Iustitiarii Terrae Bari, quae exscribuntur, iniungit Universitati Medunii, ut nemo exerceat officium Medici, aut Chirurgi, nisi post examen obtinuerit Regias litteras (1); et Iurati officium suum exercere non

ex *Armad.* I. H. N. CXI. Incipit *Iohannes de Brundusio Camerarius Policorii.* Ο'θεος δια των πρεσβειων της ἁγιας θεοτοκου, και παντων των ἁγιων φυλαξει τον Στεφανον του Ρηγος ἡμων Ταγκρεδου κ. τ. λ. *Ego Iohannes Filius Domini Guidi testis sum etc.*

At inquiet fortasse quispiam: quorsum haec disputas? Nimirum ut magis magisque constet graecismum in nostris hisce regionibus diu multumque perdorasse, ac propterea toto errasse coelo Virum nostratem alioquin horum studiorum peritissimum, qui in suis *Diplomaticis Institutionibus* docuit nullas chartas post annum 1156. Graecas inveniri. Putat enim Ciceronis IV. *Tusculanarum*, et III. *de Oratore*, ac Strabonis Lib. VI. auctoritate fretus, atque Morisani *de Protopapis* cap. 10. opinionem sequutus Brutios Romanam linguam recepisse, eamque loquutos esse ad VIII. usque saeculum, quo tempore Leo Isauricus Constantinopolitano Patriarchae Brutios subiecit, ac tunc propterea Ελληνισμον apud ipsos revixisse. Adfirmat vero hunc denuo cessasse, quum Gulielmus Rogerii Filius, uti Robertus de Monte Sigeberti Gemblacensis Continuator testatur, Adriano Pontifici Brutios reddidit; quod utique adcidit ex Rochi Pirri *Sicilia Sacra* Tom. II. *Chronologiae* anno 1155., et 1156., itaut postea Graecas litteras Brutii nunquam adhibuerint. Immo addit, quod, si quae chartae postariores graece pariter conscriptae emergant, eae omnino Coroneis recentiori aevo in Italiam appulsis adscribendae sint. Hoc autem commentum mole sua ruit, ubi membranae nostrae inspiciantur, in quibus serie nunquam abrupta ad Reges Andegavenses pervenimus, atque animadvertimus mulieres quoque, et homines vilibus addictos artibus Graece subscripsisse.

(1) Si plura sapientissime constituta Frederico II. accepta referuntur, praecipuum fortasse illud est, quod *Constit. Sicil.* l. III. T. XLVI. *de Medicis* p. 198. et seqq. *Neapoli* 1786. invenimus. Suadente enim Martiano Medico suo sancivit, quid esset servandum „ in examinatione iuxta Curiae formam praebabenda, ac praesertim ut nullus Chirurgicus ad practicam admittatur, nisi testimoniales litteras offerat Magistrorum in Medicinali facultate legentium, quod per annum saltem in ea parte Medicinae studuerit,

Digitized by Google

possint sine litteris Regis, vel Caroli Principis Salernitani Vicarii sui, quas litteras Bartholomaeus Iuratus Medunii se habere fatetur, et exhibet.

Per Iohannem filium Nicolai Notarium Binecti.

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 8. N. 2.

1277. *Maii* 15. *Indictione* 5. *Caroli I. anno XII. Bitecti.*

Leontius de Melficta, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Symonis de Bellovidere Iustitiarii Terrae Bari, quae exscribuntur, iniungit Universati Bitecti, ut nemo exerceat officium Medici, aut Chirurgi, nisi post examen obtinuerit Regias litteras, et Iurati officium suum exercere non possint sine litteris Regis, vel Caroli Principis Salernitani Vicarii sui, quas litteras Nicolaus Iuratus Bitecti se habere fatetur, et exhibet.

Per Matthaeum de Mallocto Notarium Bitecti.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 60. N. 13.

1277. *Maii* 20. *Indictione* 5. *Caroli I. anno XII. Catelli.*

Laurentius de Petro, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Guillelmi de Seccays Iustitiarii Honoris Montis S. Angeli, et Capitanatae, et Capitanei Luceriae, quae exscribuntur, iniungit Universitati Catelli cum eius Casalibus, ut referant ipsi Iustitiario violentias Officialium, et Stipendiariorum in exigenda fiscali pecunia.

Per Savinum Scriptorem Petrae de Catello in defectu Notarii.

„ quae Chirurgiae instruit facultatem, praesertim Anatomiam humanorum corporum in scholis didicerit, et sit in ea parte medicinae perfectus, sine qua nec incisiones salubriter fieri poterunt, nec factae curari „. Ad hanc itaque cathedram in nostro Regno praefulgentem ex omnibus Europae regnis auditores summa cum rei Medicae utilitate confluxerunt: donec veteri superstitioso horrore sapienter excusso, ubique humani corporis studium impensius coepit agitari. Vide Portal *Hist. de l'Anatom. et Chirurg.* T. I. 166. *Paris* 1770.

Notandum vero illud est, Regias nempe Litteras Patentes heic, et alibi adpellari *Apices Regias*, quod utique nec novum, nec mirum videbitur mediae Latinitatis cultoribus.

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 36. N. 31.

1277. *Maii 23. Indictione 5. Caroli I. anno XII. Venusii.*

Rex mandat Iustitiario Terrae Laboris, et Comitatus Molisii, ut solvat nuntio Philippi Imperatoris Constantinopolitani Generi sui uncias auri 250.

Per Guillelmum de Farumvilla Vicecancellarium Regni Siciliae.

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 37. N. 5.

1277. *Iunii 15. Indictione 5. Caroli I. anno XII. Gravinae.*

Index, et Notarius declarant Sebastianum de Yldero recepisse pecuniam Generalis Subventionis ab Universitatibus Gravinae, Altamurae, et Craranionis (1).

Per Dominicum Notarium Gravinae.

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 8. N. 18.

1277. *Iunii 30. Indictione 5. Caroli I. anno XII. Melphiae.*

Iuratus Melphiae, ut exsequatur mandatum Guidonis de Valle Grinosa Iustitiarii Basilicatae, forbannit homines recensitos, et declarat bona eorum mobilia ablata fuisse, stabilia vero adnotat pro Curia.

Per Rogerium de Casali Notarium Melphiae.

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 66. N. 10.

1277. *Iulii 17. Indictione 5. Caroli I. anno XII. Botonti.*

Iuratus Botonti, ut exsequatur mandatum Regium denuncia-

(1) Oppidi huiusce nomen quater in praesenti Instrumento repetitur, sed varie scriptum. Primum enim *Craranionem*, deinde *Guaranienem*, tertio *Guaranianem*, denique in titulo επιγραφη *Guaranionem* legimus. Porro in Roberti *Regest. fign.* 1324. C. fol. 94. habemus *Guarahonem*. At lectione omnium frequentissima invenimus *Guaranionem*, uti in *Repert. fascicul.* p. 922. et passim alibi: nihilominus nemo ex nostris Chorographis huiusce loci mentionem facit; constat tantum ex monumentis nuper adlatis ipsum fuisse pheudum Domus Fratrum Hospitalis S. Iohannis Hierosolymitani, quae Barii sita erat.

Digitized by Google

tum per litteras Symonis de Bellovidere Iustitiarii Terrae Bari, quae exscribuntur, iniungit Paulo de Botonto olim Magistro Procuratori, et Magistro Portulano totius Calabriae, ut proximis Kalendis Augusti adeat Magistros Rationales Curiae ad reddendam rationem officii sui.

Per Florium Notarium Botonti.

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 15. N. 9.

1277. *Augusti* 21. *Indictione* 5. *Caroli I. Hierusalem* (1) *anno I. Siciliae XIII. Lacupensili.*

Rex mandat Iustitiario Terrae Bari, ut mittat Brundusium

---

(1) Carolus, non uti successor Frederici II. et Conradi, quos Hierusalem Reges inscriptos noverat, quosque uti excomunicatos adeo detestabatur, ut eorum omnes *Donationes*, *Locationes*, *et Concessiones* revocaverit (V. *Regest. sign.* 1271. C. fol. 57), sed aliam prorsus ob caussam eumdem titulum sibi vindicavit. Nimirum Maria Antiochiae Princeps, ad quam Regnum Hierosolymitanum spectabat, sollemni ritu illud Carolo donavit (Vide Marinum Sanutum *Secreta Fidel. Crucis super Ter. Sanct. Recuperat. Lib III. Part. XII. cap.* 15.): ab eoque propterea annuas quasdam praestationes adcepit, quarum solutio vel sub Carolo II. impleta observatur in *Regest. sign.* 1291. * fol. 257. a t.*

At quonam anno ea conventio inita fuerit, ab historicis nostris uti certum, perspectumque non eruitur. Scriptor enim Anonymus *Appendic. ad Lup. Protosp. inter IV. antiqu. Chronol. P. Caraccioli* fol. 120. hoc refert ad annum 1281. Collenucius vero *Compendio della Storia del Regno di Napoli* lib. V. et Carafa *Istor. del Regno di Napoli* lib. V. fol. 105. traduut id locum habuisse anno 1276. Sed Marinus Sanutus, qui et diligentia, et antiquitate ceteris praestat, annum 1277. omnino statuendum docet *in Secret. fidel. Crucis super Terr. Sanct. Recup.* lib. III. Part. II. cap. 15., atque id ex *Regestis* apprime confirmatur. V. *Reg. Sign.* 1278. B. fol. 1. et 46. et *Reg. sign.* 1278. et 1279. H. fol. 1. et 138. Nostra autem membranarum collectio id habet perpetuum in Regiis Diplomatis: in privatis autem instrumentis non aeque constat; quia novi tituli notitia diffundi illico non potuit ad dissitas quasque Regni partes. Certe quidem Carolus ipsum praetulit ceteris aliis, quidquid nonnulli auctores contra effutiant, uti liquet ex *Reg. sign.* 1278. B. fol. 3. et 46. et alibi, nec non ex innumeris nostris pergamenis ; quin etiam in Carolensibus tum auri, tum argenti post haec tempora cusis praedictus titulorum ordo servatur. V. *Reg. sign.* 1268. O. fol. 91. et seqq. et *Regest. sign.* 1280. C. fol. 86. Vergara *Monete del Regno di Napoli.* Tav. X. n. 7. fol. 27. Muratori *Antiqu. Ital. Dissert.* XXVII.

Eumdem ordinem iamdiu Frederico II. placuisse animadvertit Augustinus

Digitized by Google

ad Robertum Infantem *iuppectos* 638 (1), et totidem *bacilèctos* (2), pro munitione 10. Theridarum, et 4. Galearum Curiae.

Per Guillelmum de Farumvilla Vice-Cancellarium Regni Siciliae.

N. 9.

Olim Arca A. Fasciculus 74. N. 9.

1277. *Septembris* 25. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno I. Siciliae XIII. Maltae.*

Petente Bertherando Pilagallo Stipendiario, et Commissario in Regno Siciliae, transumuntur in formam publicam nonnullae Apodixae Castellanorum Maltae, et Gaudisii.

Per Antonium de Capillerio Notarium Maltae, et Gaudisii.

N. 10.

Olim Arca C. Fasciculus 87. N. 9.

1277. *Septembris* 29. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno I. Siciliae XIII. In Castro de Grande.*

Universitas Castri de Grande, ut exsequatur mandatum Pon-

Inveges, qui idcirco immerito a Petro Giannone taxatur *Ist. Civ.* T. II. l. XXVI. cap. 4. quum id constet ex innumeris illius Imperatoris Diplomatis apud Roccum Pirrum, Lunig, Ughellium, et Muratorium. Consule prae ceteris Matthaeum Paris *Hist. Angl.* ad an. 1229. et Carusium *Bibl. Sicul.* T. II. fol. 669. et seqq.

(1) *Iuppectus*, quid sibi velit, hariolando interpretabimur: putamus nimirum esse nomen *imminutivum*, uti patet ex analogia, adeoque significare *parvum thoracem*. Enimvero *Iuppus*, quodcumque sit huius vocis etymon, de quo acriter disputant eruditi, denotat *thoracem*, et proprie illum, quo induebantur *classiarii*. V. *Annal. Genuens.* in Murat. *Scr. Rer. It.* T. VI. p. 304: ubi legimus: *ascendit Galeam, et posuit in capite elmum, et Iuppum in dorso.* Item dicitur p. 389: *in qua (navi) ultra* 353. *guarnimenta ferri, ultra Iuppones, hermos, clypeos, et alia arma, multa ceperunt.* Itaque nihil mirum est, si in nostro diplomate 638. *iuppecti ad Teridarum, et Galearum Curiae munitionem*, nempe ad usum militum classi Regiae inservientium adhibiti memorentur.

(2) Apud Du-Cangium legimus haec verba e *Miraculis MSS. Urbani V.* PP. desumta: *erat armatus de Iupone . . . et cum Bacineto ligato, et stachato, ut moris est.* Ex quibus colligere licet eosdem milites *Iuponem*, nempe *thoracem*, et *Bacinetum* de more tunc temporis gestasse. Iam vero *Bacinetum* fuisse dictum *cassidem* in *bacini*, seu *pelvis* formam elaboratum, docent passim Glossaria. Inde facili negotio eruimus *Bacilecti* significationem, quum haec vox, Lexicographis ignota, in nostris chartis identidem referatur, praesertim in *Teridarum*, et *Galearum* inventariis, constanterque eamdem notionem, quam modo exposuimus, exhibeat. Id quidem per exempla in superiori adnotatione adlata satis evincitur.

cii de Blancoforte Iustitiarii Basilicatae, eligit Iacobum de Cordella Magistrum Iuratum pro anno VI. Indictionis.

Per Bonazuntam Notarium Castri de Grande.

FASCICULUS XXXIII.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 27. N. 3.

1277. *Octobris* 4. *Indictione* 5. *Caroli I. anno XII. Oppidi.*

Maioranus, et Angelus de Matera Statuti a Berterando de Balma Iustitiario Basilicatae ad emenda victualia Curiae, declarant servari a se frumenti salmas 161. et thuminum 1. et hordei salmas 38. et thuminos 7. de quorum pretio tantum unciae 15. tareni 18. et grana 7. fuerant soluta.

Per Robertum Notarium Oppidi.

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 17. N. 17.

1277. *Octobris* 5. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno I. Siciliae XIII. Castri-Novi.*

Universitas Castri-Novi, ut exsequatur mandatum Poncii de Blancoforte Iustitiarii Basilicatae, eligit Guillelmum de Rocca Magistrum Iuratum pro anno VI. Indictionis.

Per Iohannem Scriptorem Castri-Novi in defectu Notarii.

N. 3.

Olim Arca L. Fasciculus 2. N. 33.

1277. *Octobris* 13. *Indictione* 5. *Caroli I. anno XII. Baroli.*

Petente Iohanne de Trano transumitur in formam publicam Capitulum Testamenti quondam Angeli Sypontini, quo ipse relinquit uxori suae domum, quae describitur.

Per Iacobum Bertonium Notarium Baroli.

Digitized by Google

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 38. N. 16.

1277. *Octobris* 15. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno I. Siciliae XIII. Florentiae.*

Universitas Florentiae, ut exsequatur mandatum Ponzii de Blancflere Iustitiarii Basilicatae, eligit magistrum Iuratum Rogerium de Angelo pro anno VI. Indictionis.

Per Iacobum Notarium Florentiae.

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 41. N. 18.

1277. *Octobris* 15. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno I. Siciliae XIII. Rivi-Nigri.*

Universitas Rivi-Nigri, ut exsequatur mandatum Poncii de Blancaforte Iustitiarii Basilicatae, eligit Magistrum Iuratum Iohannem de Vetero pro anno VI. Indictionis.

Per Nicolaum de Gualdone Notarium Rapollae.

N. 6.

Olim arca I. Fasciculus 54. N. 3.

1277. *Octobris* 18. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno I. Siciliae XIII. Tofarae.*

Universitas Tofarae, ut exsequatur mandatum Guillelmi de Seecays Iustitiarii Honoris Montis S. Angeli, et Capitanatae, et Capitanei Luceriae, eligit Magistrum Iuratum Iohannem de Hugone pro anno VI. Indictionis.

Per Guillelmum Scriptorem Tofarae in defectu Notarii.

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 38. N. 17.

1277. *Octobris* 20. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno I. Siciliae XIII. Fayani.*

Universitas Fayani, ut exsequatur mandatum Guillelmi de Seccays Iustitiarii Honoris Montis S. Angeli, et Capitanatae, et Capitanei Luceriae, eligit Magistrum Iuratum Iohannem Burrellum pro anno VI. Indictionis.

Per Petrum Scriptorem Fayani in defectu Notarii.

Digitized by Google

N. 8.

Olim Arca B. Fasciculus 49. N. 13.

1277. *Octobris* 20. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno I. Siciliae XIII. Porcariae.*

Universitas Porcariae, ut exsequatur mandatum Guillelmi de Seccays Iustitiarii Honoris Montis S. Angeli, et Capitanatae, et Capitanei Luceriae, eligit Rogerium Magistrum Iuratum pro anno VI. Indictionis.

Per Iohannem Scriptorem Porcar iae in defectu Notarii.

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 6. N. 20.

1277. *Octòbris* 24. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno I. Siciliae XIII. S. Iuliani.*

Universitas S. Iuliani, ut exsequatur mandatum Guillelmi de Seccays Iustitiarii Honoris Montis S. Angeli, et Capitanatae, et Capitanei Luceriae, eligit Iohannem de Rogerio Magistrum Iuratum pro anno VI. Indictionis.

Per Iohannem Scriptorem S. Iuliani in defectu Notarii.

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 2. N. 14.

1277. *Octobris* 25. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno I. Siciliae XIII. Gambatesae.*

Universitas Gambatesae, ut exsequatur mandatum Guillelmi de Seccays Iustitiarii Honoris Montis S. Angeli, et Capitanatae, et Capitanei Luceriae, eligit Iohannem de Antonio Magistrum Iuratum pro anno VI. Indictionis.

Per Barbatum Scriptorem Gambatesae in defectu Notarii.

Digitized by Google

FASCICULUS XXXIV.

N. 1.

Olim Arca B. Fasciculus 49. N. 16.

1277. *Novembris* 2. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno I. Siciliae XIII. Fogiae.*

Rex acceptat solutiones singillatim recensitas ab Iustitiario Terrae Bari factas quibusdam hominibus secundum sua mandata (1).

Per Guillelmum (de Farumvilla) Vice-Cancellarium Regnorum Hierusalem , et Siciliae.

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 60. N. 15.

1277. *Decembris* 1. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno I. Siciliae XIII. Rocca-Imperiali.*

Gervasius de Binianello , ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Pontii de Blancoforti Iustitiarii Basilicatae , quae exscribuntur , iniungit Universitati Roccae-Imperialis , ut nemo inde noctu extrahat victualia (2).

Per Rogerium Notarium Roccae-Imperialis.

---

(1) Ne te diutius morer , amice lector, pauca quaedam ex hoc diplomate excerpam , quibus fortasse aliquando uteris : legimus nempe : ,, pro robbis I. Tragunensis Episcopi in Ungaria . . pro pennis de vairo , et agniculis etc. " Heic autem vides I. memorari nomen huiusce Praesulis , qui postea dicitur I. *Ytragunensis Episcopus*, et Neapolitanae Curiae iussa fuisse exsequutus II. Robbas identidem vocari quidquid ad *vestes* tum militum, tum paganorum spectabat , uti et habes in Matthaeo Paris *Hist*. an. 1245. III Pennas denique dici non *plumas* , sed *pellitia*, seu pilos molliores : quae significatio etiam occurrit in *Statut. Ord.* de *Sempringh*. p. 715 : quin etiam in *Historia Dalphinat*. p. 273. hoc sensu invenimus *Pennas de veyro* : et in *Privil. Leduini Abb. S. Vedasti Atreb*. an. 1036. *Pennas agninas* : utrumque autem bene respondet *pennis de vairo et agniculis* , quarum meminit nostra membrana. IV. *Vairos* postremo , seu *vayros* , seu *vaylam* , seu *vares* , seu *veyros* passim in medii aevi monumentis indigitare quosdam *mures Ponticos* , quorum pelles in pretio erant , notissima res est.

(2) In Constitutionibus Regni nostri sapientissime cautum erat, ne e maritimis locis noctu extraherentur merces ; siquidem maleferiati homines Lavernam precantur :

Noctem peccatis , et fraudibus obiice nubem.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 41. N. 12.

1277. *Decembris 2. Indictione 6. Caroli I. Hierusalem anno I. Siciliae XIII. Neapoli.*

Rex mandat Iustitiario, aliisque Officialibus Iustitiariatus Basilicatae, et Terrae Bari, ut agnoscant Terentium de Andria Magistrum Massariarum Curiae in Basilicata, ac Terra Bari.
Per Guillelmum de Farumvilla Vice-Cancellarium Regnorum Hierusalem, et Siciliae.

N. 4.

Olim Arca K. Fasciculus 33. N. 22.

1278. *Ianuarii 2. Indictione 7. Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIV. Neapoli.*

Rex mandat Guidoni de Alamania (1) Iustitiario Capitanatae,

Quare iam tum Carolus Iustitiariis Basilicatae, et aliarum Provinciarum mandaverat „ ut sub pena unciarum auri quingentarum ... in singulis terris „ et locis maritimis decrete provincie ... nulli mercatores vel alii in por- „ tubus seu maritimis vel litoribus ipsarum terrarum et locorum victualia „ seu ligumina aliqua ... de nocte honerent “. Alia in nostris Pragma- „ ticis hac de re definita vide Tit. LXXIV. *De extract. seu export.* „ *Pragm.* XXVI. XXXVIII. XXXIX. et XLVI. T. I. *Neapoli* 1772.

(1) Haec membrana diu multumque nos torsit, quia videmus heic mandari quaedam Guidoni de Alamania Iustitiario Basilicatae, cuius utique electionem nonnisi die 9. Ianuarii Civitatibus Basilicatae notificatam videmus. Primo quidem putavimus fortasse Guidonem antea fuisse electum, et confestim ei Regem mandata dedisse sua, electionem autem paucos post dies, aliqua de causa, Provinciae Basilicatae esse denunciatam. Sed haec coniectura per se debilis, prorsus evanuit, quando in *Reg. sig.* 1278. B. fol. 91. electionem huius viri legimus eodem die factam, quo in nostra membranarum serie notificata cernitur. Quapropter aliam prorsus viam ingressi sumus: cognovimus nempe tenuem quemdam errorem in nostris chartis dormitante amanuense irrepsisse; siquidem ubi legimus MCCLXXVIII.° refingendum est MCCLXXVIIII.° Etenim si ita emendabis, I. tum Indictio, tum anni Regni Siciliae, ac Regni Hierusalem apte congruent; secus res erit, si errorem non agnoscas. II. Guidonem de Alamania tantum post diem 9. Ianuarii multa egisse, ac Regia excepisse mandata aliunde constat III. Facillima res est, et diplomaticis non inaudita, quod una numerica lineola desideretur. IV. Ea, quae mandantur, ad annum sequentem potius ex circumstantiis rite inspectis referenda videntur. V. Denique sequens etiam Diploma simili emendatione indigere putaverim, nisi in utroque malis annum, de quo egimus, agnoscere.

ut bona Riccardi de Fogia pro Fisco capta ei restituat, quia iam perfecerat opus *Taluti* (1) in Castro Luceriae Saracenorum.

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 17. N. 14.

1278. *Ianuarii 7. Indictione 7. Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIV. Neapoli.*

Rex mandat Guidoni de Alamania Iustitiario Capitanatae, ut solvat hominibus recensitis uncias auri 9, et tarenos 10. pro variis rebus venditis Reginae, dum ipsa Fogiae morabatur (2).

---

(1) Quandoquidem vox *Tala vastationem*, seu *alicuius rei scissionem*, et verbum *Talare*, *vastare*, *scindere*, et *fodere* medio aevo indigitarunt; facile intelligimus, quid sibi velit *talutum*, quod Lexicographi non tradiderunt. Ita vocabatur in nostro Regno, quod alibi *Taiata*. Vid. *Reg. Pad.* apud Murator. *Scr. Rer. It.* T. VIII. col. 833. et *Annal. Mutin. ibid.* T. XI. col. 60. Eodem sensu habes *Taiamentum* ibidem T. XV. col. 476. *Chronic. Esten.* et *Taliatam in Memor. Pot. Reg.* ibid. T. VIII. col. 1104, et 1112. Est itaque *Talutum*, *fossa*, *vallum*, *locus cavatus*, quem etiam nunc rusticani nostri *Taglia*, vel *Tagliata* vocant, et non modo in praediorum limitibus, sed in *fortelliciis* adhibebatur, ut *fortelliciae* Luceriae construendae non videatur importunum.

(2) Plures Carolum habuisse uxores tum ex historicis, tum ex nostri archivi diplomatis nullo negotio eruimus. Harum primam fuisse Beatricem Comitissam Provinciae filiam Raymundi Berengarii constat ex Capecelatr. P. III. Lib. 2. p. 83, et Constant. lib. I. p. 20. Eius filia erat Beatrix, de qua vide not. (1) p. 91. Ipsa autem, uti colligitur ex inscriptione eiusdem tumulo adposita in aede S. Mariae Matris Domini in ea Terra, quae dicitur *Roccapimonte* supremum obiit diem anno 1267. Vide et Constant. p. 34. et Capecel. p. 135. et Sammart. *Hist. Univers.* T. II. p. 373. At multo serius hac de re verbum aliquod faciunt nostra Diplomataria. Vide *Reg. sign.* 1272. C. fol. 72. et 1272. A. f. 204. a t. Verum anno 1274. ipsum corpus ex memorata in aliam Ecclesiam, nempe S. Ioannis Hierosolymitani in Aquis translatum est, uti legitur in *Reg. sig.* 1274. B. fol. 99. a t. Altera vero Caroli uxor certe fuit Margarita Comitissa Tornodori filia Oddonis Comitis Nivernensis, uti tradit Capecel. pag. 136. et eius matrimonium Trani anno 1269. celebratum habes ex *Reg. sig.* 1269. B. fol. 10. a t. Haec autem usque ad 5. Septembris 1308. vixit, uti ex inscriptione tumuli sui in Xenodochio Tornodorensi ab ipsa aedificato, quam refert Claudius Robertus Lingonensis in *Francia Christiana* p. 383. Inter Beatricem vero, et Margaritam nonnulli cum Constantio p. 44. aliam inserunt uxorem, scilicet Catarinam filiam Balduini Imp. Cpolitani; attamen in nostri Tabularii monumentis, quod sciam, huius Reginae nec vola, nec vestigium.

Quidquid autem hac de re sit, certum est solutionem in praesenti diplomate indicatam ad Margaritam pertinuisse: I. Quum enim haec iam annis 9. Carolum coniugem habuisset, vix credi potest pro alia uxore ante Margaritam non-

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 17. N. 7.

1278. *Ianuarii* 9. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno I. Siciliae XIII. Neapoli.*

Rex mandat hominibus Capitanatae, et Honoris Montis S. Angeli, ac Saracenis Luceriae, ut agnoscant Guidonem de Alamania Iustitiarium Capitanatae, et Honoris Montis S. Angeli, et Capitaneum Luceriae.

Per Guillelmum de Farumvilla Viecancellarium Regnorum Hierusalem, et Siciliae.

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 10. N. 8.

1278. *Ianuarii* 9. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno I. Siciliae XIII. Neapoli.*

Rex mandat Guidoni de Alamania Iustitiario Capitanatae, ut emat 50000. anguillas sallitas minutas, 1000. mediocres, et 200. capitones sallitos, et mittat Neapolim Thomasio Iudicis Riccardi Secreto Principatus, Terrae Laboris, et Aprutii (1).

Per (Guillelmum) de Farumvilla Vicecancellarium Regnorum Hierusalem, et Siciliae.

N. 8.

Olim Arca F. Fasciculus 40. N. 8.

1278. *Ianuarii* 10. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno I. Siciliae XIII. Neapoli.*

Rex mandat Iustitiario Capitanatae, ut solvat Iohanni de Ty-

dum a Rege debitam pecuniam fuisse solutam. II. Carolus, uti ex *libro Rationum* aliisque documentis colligimus, promtissime expensas pro Domo Augusta solvere consuerat; adeoque incredibile est antecedentis uxoris expensas nondum solvisse. III. Fogiae moratum Regem fuisse anno ex *Reg. sign.* 1272. A. et illae transiisse, quum ad matrimonium Principis Achaiae celebrandum pergeret, ex *Reg. sig.* 1272. A. fol. 98. perdiscimus: ac propterea probabile dixerim tunc quoque pro Margarita pecuniam fuisse impensam. IV. Id mirifice confirmatur ex hisce verbis in ipsa pergamena conspicuis: *duabus cannis panni rubei necessariis pro Philippo Charissimo filio nostro.*

(1) Ne putemus tam ingentem *anguillarum* copiam Regio victui fuisse destinatam, addit Carolus huic diplomati haec verba, eas esse „ mittendas „ per Secretum pro servitiis nostris prout damus eidem per nostras licteras

Digitized by Google

lia Capitaneo *Fortelliciae* Castri Luceriae uncias auri 100. pro opere *fossati*, et 24. domorum traditorum incolis eiusdem *Fortelliciae*.
Per Guillelmum de Farumvilla Vicecancellarium Regnorum Hierusalem, et Siciliae.

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 10. N. 6.

1278. *Ianuarii* 16. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno I. Siciliae XIII. Excoli.*

Guido de Alamania Iustitiarius Capitanatae, et Honoris Montis S. Angeli, et Capitaneus Luceriae, ut exsequatur mandatum Regium, quod exscribitur, incipit exercere officium suum.
Per Leonem Notarium Excoli.

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 14. N. 8.

1278. *Ianuarii* 16. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno I. Siciliae XIII. Balesiniani.*

Universitas Balesiniani, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Simonis de Bellovidere Iustitiarii Terrae Bari, quae exscribuntur, eligit Nicolaum Russum taxatorem, et collectorem subventionis pro solvendis gagiis Stipendiariorum Regiorum impositae, quae in ea Universitate sunt unciae 4. tareni 22. et grani 3.
Per Iohannem . . . . Notarium Bari.

FASCICULUS XXXV.

N. 1.

Olim Arca K. Fasciculus 37. N. 18.

1278. *Ianuarii* 25. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIII. Neapoli.*

Rex mandat Guidoni de Alamania Iustitiario Capitanatae, ut solvat Riccardo Gayto Statuto custodiendae Camerae Regiae (1) in

---

„ in mandatis “. Ceterum in *Libro Rationum* eiusdem Principis, quem in nostro Tabulario adservamus, *anguillae* frequenter ad mensam Regiam adhibitae perhibentur.

(1) *Camera* alias atque alias habuisse medio aevo significationes tam notum est, quam quod notissimum. Quid praecipue in nostro Regno innuerit, in

Digitized by Google

veteri castro Luceriae unciam unam singulis mensibus pro expensis eiusdem Castri, necnon residuum, quod a praecedenti Iustitiario nondum fuerat eidem Riccardo solutum.

Per Guillelmum de Farumvilla Vicecancellarium Regnorum Hierusalem, et Siciliae.

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 66. N. 8.

1278. *Februarii 1. Indictione 6. Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIII. Bellovidere.*

Rex mandat Guidoni de Alamania Iustitiario Capitanatae, ut tradat Iohanni Siginolfo, et Angelo Sannelle Portulanis, et Procuratoribus Apuliae, et Aprutii frumentum necessarium, quo Baroli, et Brundusii conficiantur biscotti 2000. cantaria, computato residuo, quod ibidem adservabatur.

Per Guillelmum de Farumvilla Vicecancellarium Regnorum Hierusalem, et Siciliae.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 59. N. 19.

1278. *Februarii 5. Indictione 6. Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIII. Luceriae.*

Paulus Magistri Hugonis, ut exsequatur mandatum Regium directum Guidoni de Alamania Iustitiario Capitanatae, incipit exercere oficium Actorum Notarii.

Per Leonardum de Iudice Symone Notarium Fogiae.

N. 4.

Olim Arca B. Fasciculus 57. N. 18.

1278. *Februarii 9. Indictione 6. Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIII. Bellovidere.*

Rex mandat Guidoni de Alamania Iustitiario Capitanatae, ut solvat Magistro Iordano de Monte S. Angeli uncias auri 50. pro constructione murorum circa terram Manfridoniae, eique adsignet

---

Epistolis Petri de Vineis explanatur: L. I. ep. 10. L. II. ep. 31, et seq. L. V. ep. 82. L. VI. ep. 9. Praeterea Marinus Freccia *De Subfeudis, De Off. Camer.* n. 19. p. 42. hanc Spartam satis illustravit. Haec qui ob oculos habuerit, etiam Luceriae Regiam fuisse Cameram non nimis demirabitur.

muratores, *manipulos*, et *summerios* (1); ut ipsum opus ad extaleum, quomodo describitur, prosequantur.

Per Guillelmum de Farumvilla Vicecancellarium Regnorum Hierusalem, et Siciliae.

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 5. N. 7.

1278. *Februarii* 21. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XIV. Cuculi.*

Matthaeus de Laurino, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Roberti de Aureliano Iustitiarii Principatus, et Terrae Beneventanae, quae exscribuntur, iniungit Guillelmo Procuratori Adae Marescalli Regni Siciliae, et Vicarii Generalis, ut per totum mensem Aprilis armis, et equis se instruat ad mandata Regia exsequenda.

Per Iacobum Notarium Cuculi.

N. 6.

Olim Arca F. Fasciculus 14. N. 13.

1278. *Februarii* 22. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIII. Bellovidere.*

Rex mandat Iustitiario Capitanatae, ut tradat Iohanni de Tilio Iuniori Capitaneo *Fortelliciae* Castri Luceriae hordeum pro

---

(1) Hoc Diploma omnino edendum erit in lucem ab aliquo Scriptore, qui *Sypontum-Novum* illustrare conabitur. I. Animadvertimus enim Carolum tandem adquievisse, ut Manfridoniae nomine ea urbs nuncuparetur, quod primitus vitaverat quam diligentissime. V. sopra pag. 60. n. 1. II. Deinde plura leguntur, quae ad eiusdem Urbis splendorem, et securitatem facere videntur. III. Denique *Muratorum*, seu fabrorum muris aedificandis, et *sommeriorum*, seu hominum deportandis per iumenta coementis addictorum mentio heic recurrit, et facile haec inveniuntur in Glossariis. Negotium fortasse alienigenis facesset vox *Manipulus*, quae Lexicographis tum purae, tum barbarae Latinitatis aliis prorsus sensibus obvenit: in nostro autem Regno etiam hodie indigitat genus illud *operarum*, quod fabris in vilioribus, ac facilioribus ministeriis inservit, quodque *parrelorum* nomine etiam indicatur in vetustioribus Diplomatis.

iumentis Curiae in eadem *Fortecillia* laborantibus, eidemque faciat praeberi *mattuncellos* (1) pro operibus dicti Castri.

Per Guillelmum de Farumvilla Vicecancellarium Regni Siciliae.

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 49. N. 6.

1278. *Martii* 1. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIII. S. Severi.*

Petente Guidone de Alamania Iustitiario Capitanatae, et Honoris Montis S. Angeli, et Capitaneo Luceriae, transumitur in formam publicam *Statutum* Regium de *Aratiis* Curiae in Capitanata (2).

Per Lucam Notarium S. Severi.

N. 8.

Olim Arca D. Fasciculus 57. N. 12.

1278. *Martii* 1. *Indictione* 6. (*Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIII.*) *S. Severi.*

Guillelmus de Seccays, hactenus Iustitiarius Honoris Montis S. Angeli, et Capitanatae, et Capitaneus Luceriae, declarat se tradidisse Guidoni de Alamania successori suo frumenti salmas 11020, et hordei salmas 7629, et thuminos 3.

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 64. N. 7.

1278. *Martii* 3. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIII. Syponti-Novelli.*

Guido de Alamania Iustitiarius Capitanatae, ut exsequatur mandatum Regium, quod exscribitur, solvit Petro de Angicurt

(1) Inter plurima obsoleta, ac barbara nomina, quibus *fortelliciae* huius descriptio scatet, habemus heic *Mattuncellos.* Equidem putarim Latine dici *latercula*, uti apud Colum. Lib. XVIII. cap. 14. graece autem πλινθία. Porro etymon huius vocis procul dubio aliunde non deducitur, quam a verbis *matone*, vel *mattone*, *matono*, vel *mattono*, quorum apud Lexigographos satis superque inveniuntur exempla, eaque vernaculae vocis *mattone* significatu illustrantur.

(2) Hoc *Statutum* ad Marescalli officium fusius explicandum non videtur lectu inutile. Nostrates Scriptores fere numquam *Aracium*, vel *Haracium*, uti perhibent Glossaria, sed potius *Aracium* exararunt; quod ad etymon vocis inter Grammaticorum tricas investigandum animadvertisse iuverit.

Extallerio (1) Turris Manfridoniae uncias auri 50, et facit aestimari, et subhastari opus cuiusdam cisternae conficiendae in dicta Turri.
Per Beneventum Notarium Syponti-Novelli.

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 60. N. 1.

1278. *Martii* 5. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIII. Ortae.*

Thomasius de Tancredo, hactenus Magister Massariarum Curiae in Basilicata, Terra Bari, et quibusdam locis Capitanatae, tradit massarias sibi commissas Terentio de Andria successori suo.
Per Riccardum Notarium Cidoniolae.

FASCICULUS XXXVI.

N. 1.

Olim Arca K. Fasciculus 41. N. 37.

1278. *Martii* 6. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIII. In Turri S. Herasmi prope Capuam* (2).

Rex mandat Guidoni de Alamania Iustitiario Basilicatae, ut admittat ad incolendum in Castro Luceriae Hugonem de Durlena cum eius familia, ipsique det gagia consueta, atque permittat frui iuribus, quae incolis dicti Castri antea concessa fuerant.
Per Guillelmum de Farumvilla Vicecancellarium Regni Siciliae.

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 5. N. 3.

1278. *Martii* 6. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIII.* (*In Turri S. Herasmi prope Capuam*).

Rex mandat Iustitiario Capitanatae, ut solvat Petro de An-

(1) Qui satis intellexerit, quid significet *dare ad extaleum*, uti saepissime in chartulis hisce nostris exhibuimus, *Extallerii* titulum nulla difficultate intelliget. Ita enim vocabatur, qui opus aliquod construendum accipiebat *in extaleum*, quod Ammiratus *Famil. Neapolit.* p. 56. vertit *prendere in somma*. *Extallerii* itaque toto coelo distabant ab *Extaliatis*, quam vocem iure praeterimus, quia patet in Glossariis.

(2) Frequentissime relegimus Diplomata ab Rege data *in Turri S. Herasmi prope Capuam*, adeo ut sequentem etiam membranam quadam parte mutilam ad hunc locum retulerimus.

Digitized by Google

gicurt *Prothomagistro operum Curiae* (1) pecuniam necessariam ad aedificandos muros Turris in Porta Manfridoniae; atque ut post subhastationem det ad extaleum cetera opera in eadem Turri perficienda.

Per Guillelmum de Farumvilla Vicecancellarium Regnorum Hierusalem, et Siciliae.

N. 3.

Olim Arca A. Fasciculus * N. 12.

1278. *Martii* 16. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIII. Luceriae.*

Ysa Tunnina Sarracenus Luceriae, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Guidonis de Alamania Iustitiarii Honoris Montis S. Angeli, et Capitanatae, et Capitanei Luceriae, quae exscribuntur, dat Hugecto de Dorlando Sellario res ipsi ad habitandum in Castro Luceriae necessarias, quae singillatim recensentur.

Per Nicolaum Cannabum Notarium Luceriae.

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 12. N. 13.

1278. *Martii* 16. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIII. Luceriae.*

Guido de Alamania Iustitiarius Capitanatae, et Honoris Montis S. Angeli, et Capitaneus Luceriae, ut exsequatur mandatum Regium, *recipit monstram* decem Scutiferorum commorantium cum Iohanne de Tilio Iuniore Capitaneo *Fortelliciae* Castri Luceriae, ut possit eis gagia solvere (2).

Per Iacobum Grassum Notarium Fogiae.

---

(1) *Prothomagister operum Curiae*, si minus in Glossariis Latinis explicatur, certe ex *Glossis Graecobarbaris* facile intelligitur, ubi Πρωτομαστρος τας πελεκανικης vertitur της Αρχιτεκτονικης τεχνης. Item Michaël Glycas in Iustiniano p. 268. scribit τον την Πρωτομαΐστρου υιον, et Nicetas in Balduino n. 9. habet τον πρωτομαστιρα, και εργατην μηχανων. Ex quibus luculenter eruimus *Prothomagistrum operum Curiae* esse *Architectum Regium*, qui ceteris praeerat, et aedificandis, seu reficiendis operibus Curiae invigilabat.

(2) Rex iubebat tum solvi gagia hisce Scutiferis, quum essent *equis*, *et armis decenter muniti*: id quidem passim diplomata referunt. Quare heic etiam Iustitiarius *monstram excepisse* dicitur: adduntur que equorum *merca*, quorum tum situs, tum nomina, tum denique σχηματα exhibentur. Curiosis haec membrana, tametsi in suo genere non unica, placebit tamen attente observata.

Digitized by Google

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 41. N. 7.

1278. *Martii* 19. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIII. In Turri S. Herasmi prope Capuam.*

Rex mandat Terentio de Andria Magistro Massario Terrae Bari, et Basilicatae, ut statim mittat ad Thomasium Iudicis Riccardi Secretum Principatus, Terrae Laboris, et Aprutii porcos sallitos 100. et casei *petias* 3000; et ad Regiam Curiam mittat castratos, arietes, et iuvencos ad summam 1000, et boves inutiles 30.

Per Guillelmum de Farumvilla Vicecancellarium Regnorum Hierusalem, et Siciliae.

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 14. N. 7.

1278. *Martii* 19. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIII. Luceriae.*

Guido de Alamania Iustitiarius Honoris Montis S. Angeli, et Capitanatae, et Capitaneus Luceriae, ut exsequatur mandatum Regium, quod exscribitur, recipit Pisanum de Amalphia Iudicem, et Assessorem, eique statuit annuas uncias auri 16. parvi ponderis pro gagiis.

Per Leonardum de Iudice Symone Notarium Fogiae.

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 47. N. 2.

1278. *Martii* 26. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno I. Siciliae XIII. Trani.*

Bertandus de Braz, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Fulconis de Roccafolia Iustitiarii Terrae Bari, quae exscribuntur, per testium depositiones singillatim recensitas, declarat servientes, et *contergios* (1) Castri Trani ibidem moratos esse ad munus suum obeundum.

Per Marinum Notarium Trani.

---

(1) Maxima licet intercedat similitudo inter *c*, et *t* in scripturis medii aevi, putarim tamen perspicue legendum heic esse *Contergium*, et non *Concergium*, quod alii huc usque legerunt. Certe etiam *Consergius* invenitur; et satis

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 19. N. 15.

1278. *Martii 27. Indictione 6. Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIII. Trani.*

Fulco de Roccafolia Iustitiarius Terrae Bari, ut exsequatur mandatum Regium, quod exscribitur, per testium depositiones singillatim recensitas declarat filios modo defuncti Constantii de Afflicto Secreti Apuliae adiisse paternam hereditatem, ac propterea de officio, quo eorum pater functus fuerat, rationem esse reddituros.

Per Amerycum Notarium Trani.

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 12. N. 18.

1278. *Martii 28. Indictione 6. Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIII. Manfridoniae.*

Guido de Alamania Iustitiarius Honoris Montis S. Angeli, et Capitanatae, et Capitaneus Luceriae, ut exsequatur mandatum Regium, quod exscribitur, metiendos curat muros Manfridoniae, quos Iordanus de Monte S. Angeli ad extaleum aedificandos susceperat.

Per Nicolaum Notarium Manfridoniae.

N. 10.

Olim Arca B. Fasciculus 49. N. 11.

1278. *Martii 30. Indictione 6. Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIII. In Turri S. Herasmi prope Capuam.*

Rex mandat Iustitiario Capitanatae, ut solvat quibusdam Scutiferis gagia, nempe uncias auri 2. singulis mensibus, dummodo sint rite muniti; ac deinde ipsa gagia eis solvat more Regiorum

---

uperque huius vocis exempla collecta sunt. De Etymo, et significatione, vide *Menagium in Origin.* In nostris utique chartis cum proprie *Custodem* indicat, cui Castra credebantur; dum alibi quivis Custos hoc titulo gaudebat; unde etiam *Contergia* adpellabatur *Custos Femina.* Vide I. *Reg. Parlam.* fol. 40. Brassen *de Usu Feudor.* Tom. II. ad calcem pag. CLXIV. et Chartularium S. Wandregesili Tom. II. pag. 1661.

Stipendiariorum, atque florenis aureis ad rationem florenorum 5. pro uncia (1).
Per Guillelmum de Farumvilla Vicecancellarium Regnorum Hierusalem, et Siciliae.

FASCICULUS XXXVII.

N. 1.

Olim Arca D. Fasciculus 45. N. 15.

1278. *Aprilis* 5. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIII. In Turri S. Herasmi prope Capuam.*

Rex mandat Iustitiario Capitanatae, ut a Magistro Riccardo de Fogia, vel ab alio minorem pecuniae quantitatem requirente, opus Taluti fossati in Castro Luceriae ad extaleum statuto pretio suscipiendum, et complendum curet.
Per Guillelmum de Farumvilla Vicecancellarium Regnorum Hierusalem, et Siciliae.

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 36. N. 25.

1278. *Aprilis* 5. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIII. In Turri S. Herasmi prope Capuam.*

Rex mandat Guidoni de Alamania Iustitiario Capitanatae, ut det Iordano de Monte S. Angeli Extallerio murorum circuitus Manfridoniae uncias auri 20. pro expensis singillatim notatis, atque uncias auri 50. pro quibusque 250. *cannis* (2) murorum iam extructis.
Per Guillelmum de Farumvilla Vicecancellarium Regnorum Hierusalem, et Siciliae.

---

(1) *Floreni* unde nomen, et originem sumserint, satis habes in Villaneo *Hist.* lib. VI. cap. 54., et in Ricordano Malaspina cap. 152. At docent passim Numismatici huius numi nomen a Florentia ad dissitas Europae partes ita fuisse diffusum, ut plurimae ubique monetae cum *Floreno* fuerint comparatae. V. Borghini *Moneta Fiorentina*, et Vettori *Il Fiorino d' oro illustrato.* Valor quoque *Florenorum* mirum quantum variari coepit, qua de caussa nostrum Diploma monet: *Florenos aureos ad rationem florenorum quinque pro uncia esse computandos.* Consulendi omnino sunt Argelati *Delle Monete* T. II. p. 24. Zanetti *Delle Zecche* T. II. p. 396. et Fusco *sul Ducato di Ruggiero* p. 24. et segg.

(2) De *Cannae* Originatione, antiquitate, et sensibus disputent alii. Nobis monere satis est, hoc *mensurae* nomen in *Constit. Sicul.* Lib. III. Tit. 36. §. 4, et alibi passim relegi, immo sub ea tempora plerumque ad eamdem tum architectonicas, tum agrarias mensurationes fuisse exactas.

Digitized by Google

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 60. N. 9.

1278. *Aprilis 6. Indictione 6. Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIII. In Turri S. Herasmi prope Capuam.*

Rex mandat Guidoni de Alamania Iustitiario Capitanatae, ut amplius non molestet Iohannem de Thermulis, eiusque familiam, immo eidem restituat bona capta, quia iam deposuerat debitam Curiae pecuniam.

Per Guillelmum de Farumvilla Vicecancellarium Regnorum Hierusalem, et Siciliae.

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 31. N. 20.

1278. *Aprilis 7. Indictione 6. Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIII. In Turri S. Herasmi prope Capuam.*

Rex mandat Iustitiario Capitanatae, ut exigat ab hominibus huius Provinciae uncias auri 178, ac tarenos 11. pro construendis galeis duabus, et galione ad arcendas piratarum incursiones.

Per Guillelmum de Farumvilla Vicecancellarium Regnorum Hierusalem, et Siciliae.

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 8. N. 9.

1278. *Aprilis 15. Indictione 6. Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIII. Thermulis.*

Nicolaus Tascaranus, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Guidonis de Alamania Iustitiarii Capitanatae, quae exscribuntur, per testium depositiones singillatim recensitas inquirit, quaenam sint bona mobilia Gentilis de Mauro, ac tertiam ipsorum partem adnotat pro Curia.

Per Nicolectum de Strando Notarium Thermularum.

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 10. N. 16.

1278. *Aprilis 25. Indictione 6. Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIII. Syponti-Novelli.*

Commissarii singillatim recensiti, ut exsequantur mandatum Guidonis de Alamania Iustitiarii Capitanatae, et Honoris Montis

S. Angeli, et Capitanei Luceriae, divulgant subhastari constructionem cisternae, trium solariorum, et *voltae* (1) in Turri portus Manfridoniae, eaque ad extaleum facienda esse pretio non maiori unciis auri 200.

Per Nicolaum Notarium Syponti-Novelli.

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 42. N. 19.

1278. *Aprilis 25. Indictione 6. Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIII. In Turri S. Herasmi prope Capuam.*

Rex respondet Terentio de Andria Magistro Massario Basilicatae, ac Terrae Bari, iam a Camerariis fuisse recepta septem inventaria massariarum, animalium, victualium, ceterarumque rerum Curiae, quae ab eo missae fuerant, quaeque singillatim exscribuntur (2).

Per Guillelmum de Farumvilla Vicecancellarium Regnorum Hierusalem, et Siciliae.

N. 8.

Olim Arca II. Fasciculus 85. N. 2.

1278. *Aprilis 25. Indictione 6. Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIII. in Monte S. Angeli.*

Commissarii singillatim recensiti, ut exsequantur mandatum Guidonis de Alamania Iustitiarii Capitanatae, et Capitanei Luceriae, divulgant in Terra Montis S. Angeli, ut ipsos adeat quisquis construere cupit ad extaleum in portu Manfridoniae cisternam, tria solaria, et voltam pretio minori unciis auri 200.

Per Leonardum Notarium Montis S. Angeli.

---

(1) *Volta* varias mediis temporibus obtinuit significationes, quas hoc loco enumerare nec prodest, nec praestat; sed praesertim denotavit, quod apud veteres *fornix*, seu *concameratio*. Verum hoc vocabulum non semper hoc pacto scribitur in chartis nostri Regni, legitur nam in his quandoque *vota*; frequentius autem in superioribus Italiae regionibus illud adhibebatur. Contra vero in Scripturis Transalpinis modo *vouta*, modo *vosta* eodem sensu invenitur. *Volutio* denique, et *voltura* Italis aeque, ac externis communia censentur vocabula, idem significant, atque a *volvendo* originationem sumsisse per se patet.

(2) Res agrariae medii aevi vix ab aliquo Scriptore leviter delibatae sunt, tametsi in remp. litterariam plurima inde bona manare potuissent. Qui aliquando huiusmodi opus adgredietur, praesens Inventarium, nominum varietate, rerumque multitudine conspicuum, aliasque eiusdem argumenti membranas perlegat.

Digitized by Google

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 59. N. 11.

1278. *Aprilis 26. Indictione 6. Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIII. S. Iohanne-Rotundo.*

Commissarii singillatim recensiti, ut exsequantur mandatum Guidonis de Alamania Iustitiarii Capitanatae, ac Honoris Montis S. Angeli, et Capitanei Luceriae divulgant in Terra S. Iohannis Rotundi, ut ipsos adeat quisquis construere cupit ad extaleum in portu Manfridoniae cisternam, tria solaria, et voltam pretio minori unciis auri 200.

Per Benedictum Notarium S. Iohannis-Rotundi.

N. 10.

Olim Arca B. Fasciculus 59. N. 9.

1278. *Aprilis 28. Indictione 6. Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIII. Vestis.*

Aegidius de Aurilia, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Guidonis de Alamania Iustitiarii Capitanatae, ac Honoris Montis S. Angeli, et Capitanei Luceriae, quae exscribuntur, divulgat in Terra Vestarum, ut adeat Iustitiarium quisquis cupit suscipere ad extaleum opus Taluti fossati fortelliciae Castri Luceriae pretio minori 1. uncia auri, ac tarenis 15. pro canna.

Per Nicolaum de Franco Notarium Vestarum.

F A S C I C U L U S XXXVIII.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 27. n. 6.

1278. *Aprilis 29. Indictione 6. Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIII. In Turri S. Herasmi prope Capuam.*

Rex mandat Terentio de Andria Magistro Massariarum Curiae in Basilicata, ac Terra Bari, ut recolligat a quibusdam hominibus Terrarum, quae singillatim memorantur, pecuniam nondum a suo antecessore exactam, atque ut provideat culturae Massariarum a Curia ei commissarum.

Per Guillelmum de Farumvilla Vicecancellarium Regnorum Hierusalem, et Siciliae.

Digitized by Google

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 55. N. 5.

1278. *Maii* 1. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIII. In Turri S. Herasmi prope Capuam.*

Rex mandat Iustitiario Basilicatae, ut mittat ad Provisorem Castrorum Capitanatae, et Basilicatae quemdam Militem, qui illi adsit, dum solvit servientibus gagia (1).

Per Guillelmum de Farumvilla Vicecancellarium Regnorum Hierusalem, et Siciliae.

N. 3.

Olim Arca H. Fasciculus 54. N. 14.

1278. *Maii* 12. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIII. Sculculae.*

Rex mandat Iustitiario Capitanatae, ut emat animalia recensita, eaque tradat Abbati Monasterii S. Mariae de Victoria in Aprutio.

Per Guillelmum de Farumvilla Vicecancellarium Regnorum Hierusalem, et Siciliae.

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 55. N. 15.

1278. *Maii* 30. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIII. Gaudiani.*

Iudex, et Notarius declarant sata in Massariis Curiae prope *Flumariam* (2) fluminis Aufidii fuisse a muribus devastata.

Per Vitum Notarium Gaudiani.

---

(1) Ne qua fraus in gagiis solvendis obreperet, sapienti Carolus consilio sanxit, ut ea distribuerentur, quum aliquis Miles probitate perspectus adesset. Id autem non fuit perpetuum, sed pro iis dumtaxat Distributoribus cautum, de quorum honestate ad Regem querela fuerat delata, vel Rex ipse iure dubitabat.

(2) Utrum *Flumaria*, an *Flumana* legendum sit, non satis constat: quippe ea tempestate Scriptores tali *r*, et *i* nexu uniebant, ut hae litterulae ab unico elemento *n* minime distingui possent: immo nec punctum τῷ *i* superpositum adhiberi coeperat. Vide *Nouveau Traité de Dipl.* T. II. p. 210. *Paris* 1755. At *Flumaria* pro *flumine* dicta putatur a Du-Cangio, quemadmodum ipse colligit a

N. 5.

Olim Arca D. Fasciculus 55. N. 22.

1278. Iunii 12. Indictione 6. Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae VIII. Ponte.

Iudex, et Notarius declarant se adfuisse quibusdam solutionibus, quas Bartholomaeus de Oratore, et Iohannes de Vairano exsequuti fuerant pro opere Monasterii S. Mariae de Victoria, quod aedificabatur Regiis impensis (1).

Per Iohannem Petri Notarium Sculculae.

Charta Friderici II. apud Ughellum T. VII. p. 125, et ab alio documento apud Roechum Pirrum in *Archiep. Messan.* p. 313. Verumtamen si haec exempla paullo diligentius expendantur, *Flumaria* potius *Fluvii aliquantulam derivationem*, quam ipsum *Fluvium* significat. Atque hoc sensu scribi potuit in praesenti αντογραφῳ *Flumaria Fiuminis*, quae formula caeteroquin inusitata est.

(1) Carolus Monasterium S. Mariae de Victoria eo loci aedificandum mandavit, quo Conradinum profligaverat, uti docent Collenucius *Compendio della Storia del Regno di Napoli.* Lib. IV. pag 191. *Nap.* 1770. et Constantius *Istoria del Regno di Napoli* lib. I. pag. 40. *Nap.* 1769., qui etiam memorat per insecutas bellorum vicissitudines illud fuisse destructum, possessionesque ipsas, quibus ab Rege auctum fuerat, deinde a Pontifice in *Titulum* fuisse traditas. Ut autem vulgaribus hisce notitiis aliquid de nostro Archivo sumptum addamus, en particula diplomatis conditi pro fundatione dicti Monasterii „ Volentes „ pro tantis nobis collatis beneficiis in conspectu eius qui dedit non apparere „ vacuum set munus pure devotionis offerre ad honorem Dei et Beate Virgi- „ nis specialiter cuius patrocinium nobis multiplieiter eredimus affuisse pro „ salute quoque animarum tam nostre quam antecessorum et successorum no- „ strorum, nec non et omnium qui in prosecutione negotii Regni Sicilie in „ Dei servitio obierunt Monasterium in quo per Abbates et Conventum Ci- „ sterciensis ordinis perpetuo Domino serviatur fundandum et de novo con- „ struendum duximus prope Sculculam de Aprutio quod Monasterium Beate „ Marie de Victoria decrevimus de cetero nuncupari. . . . . „ anno Domini 1277. die 3. Augusti V. Indictionis Regnorum nostrorum Hier. „ anno I. Sic. XIII. Porro praecipua dona et dotationes eidem Monasterio a Carolo tributa reperiuntur in *Regestis* 1268. A. et 1270. B. quae singillatim recensere longum, et fortasse inutile foret; cum in nullam Ecclesiam, si excipias S. Mariam de Reali Valli, magis propensus Carolus fuisse videatur. Certe in *Reg. sign.* 1268. A. fol. 44. a t. legitur Concessio *Castri de Pontibus*, et partis castri *Sculculae.* Id ob oculos habendum est., ne in nostro Syllabo magna membranarum multitudo ad id Monasterium pertinens nimiam excitet admirationem.

Digitized by Google

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 41. N. 10.

1278. *Iulii* 9. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIV. Melphiae.*

Rex mandat Terentio de Andria Magistro Massariarum Curiae in Basilicata, et Terra Bari, ut tradat Bartholomaeo Comestabulo Andriae Magistro Araciarum Curiae in Basilicata paleam pro 38. *stallonibus* (1).

N. 7.

Olim Arca II. Fasciculus 68. N. 15.

1278. *Iulii* 10. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIV. Melphiae.*

Rex mandat Iustitiario Capitanatae, ut solvat Petro de Angicurt Prothomagistro, et Provisori operum Curiae, singulis diebus, quibus visitandis Curiae operibus vacaverit, tarenos auri 3.

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 38. N. 10.

1278. *Iulii* 12. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIV. Fogiae.*

Guido de Alamania Iustitiarius Capitanatae, ac Honoris Montis S. Angeli, et Capitaneus Luceriae, ut exsequatur mandatum Regium, cuius capitulum exscribitur, post fideiussionem, solvit Magistro Riccardo uncias auri 100. pro Regiis operibus exsequendis.

Per Iacobum Grassum Notarium Fogiae.

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 37. N. 7.

1278. *Iulii* 13. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIV. Lacupensili.*

Rex mandat Guidoni de Alamania Iustitiario Capitanatae, et

---

(1) Camusatus *Chron.* p. 85. *Paris* 1609. hanc vocem refert scriptam cum unico *l*, adeoque confundit cum *Stalone*, quae pondus quoddam significat. Vera autem notio *Stallonis* Italis ad haec usque tempora indicat *Stabuli* (unde etymon vocis perbelle deducitur) equum illum, qui latine dicitur *admissarius*. Pro *Stabulo* autem *Stallae* nomen adhibuit Dominicus de Gravina apud Murator. *Scr. Rer. Ital.* T. XII. col. 607.

Digitized by Google

Capitaneo Luceriae, ut det mutuum Huecto de Palafredis, et Nicolao Comestabulo, qui praesunt Marescallis Curiae in Apulia, et Calabria, hordeum necessarium pultris, et universo equitatui Regio (1).

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 60. N. 19.

1278. *Iulii 30. Indictione 6. Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIV. Troiae.*

Petente Guidone de Alamania Iustitiario Capitanatae, ac Honoris Montis S. Angeli, et Capitaneo Luceriae, transumitur in formam publicam instrumentum, quo ipse mutuas dat Taphuro de Precina Magistro Araciarum in Capitanata hordei salmas 71, ac thuminos 3, pro stallonibus earumdem Araciarum.

Per Nicolaum de Alexandro Notarium Troiae.

FASCICULUS XXXIX.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 60. N. 8.

1278. *Augusti 10. Indictione 6. Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIV. Trani.*

Conservatores victualium Curiae, ut exsequantur mandatum Regium denunciatum per litteras Guidonis de Alamania Iustitiarii Capitanatae, quae exscribuntur, declarant residuum frumenti ab ipsis tradendum Magistris Portulanis, et Procuratoribus Apuliae esse putridum, ac inutile (2)

Per Mangum Notarium Trani.

---

(1) Quando id, quod ad Regia animalia alenda necessarium erat, non poterat inde desumi, unde Rex ipse quotannis desumendum mandaverat; sollemne fuisse videtur, ut Comestabuli ab aliis Regiis Officialibus mutuarentur. Praesertim illud adcipere solebant a Massariis, vel ab ipsis Iustitiariis, penes quos non modica frugum Regiarum copia esse solebat, hisce etiam usibus deputanda: uti ex plurimis huiusmodi exemplis comperimus. Cur autem tot animalia Rex Comestabulis alenda dederit, alibi innuimus.

(2) In Regno nostro Consuetudo invaluit, ut si quae Regiae merces computruissent, non prius proiicerentur, quam per publicum, ac sollemne instrumentum id fuisset declaratum. Patet igitur huius, aliarumque eiusdem argumenti scripturarum ratio.

Digitized by Google

N. 2.

Olim Arca A. Fasciculus 92. N. 22.

1278. *Augusti* 15. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIV. Lacupensili.*

Rex mandat Terentio de Andria Magistro Massario Curiae in Basilicata, ac Terra Bari, ut in Massariis dictarum Terrarum hordeum pro alendis pultris Marescalliae Regiae serendum Curet.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 54. N. 20.

1278. *Augusti* 15. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIV. Lacupensili.*

Rex mandat Guidoni de Alamania Iustitiario Capitanatae, ut solvat Petro de Angicurt Prothomagistro operum Curiae uncias auri 50. pro expensis insumtis ad Turrim Manfridoniae aedificandam.

N. 4.

Olim Arca F. Fasciculus 18. N. 15.

1278. *Augusti* 16. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIV. Neapoli.*

Guillelmus Gambictella, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per literas Roberti de Altericia Iustitiarii Terrae Laboris, et Comitatus Molisii, quae excribuntur, iniungit Ligorio Barrili Militi, ut statim accedat ad audiendum verbum Regis cuius mandatum neglexerat.

Per Nicolaum Moricium Notarium Neapolis.

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 17. N. 11.

1278. *Augusti* 19. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIV. Lacupensili.*

Rex mandat Terentio Magistro Massario Curiae in Basilicata, ac Terra Bari, ut receptis ab Iustitiario Vallis Cratis, ac Terrae Iordanae quibusdam suibus, certam eorum partem mittat ad Monasterium S. Mariae de Victoria, aliam partem usui Regiae coquinae destinet, ceteros in Massariis Curiae ipsi commissis relinquat,

Digitized by Google

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 16. N. 3.

1278. *Augusti 30. Indictione 6. Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIV. Lacupensili.*

Rex mandat Guidoni de Alamania Iustitiario Capitanatae, ut conficiat inventarium bonorum Iohannis Britaldi Panecterii Rignorum Franciae (1), et Comestabuli Siciliae, qui nuper in Francia obierat; eaque administret, donec alius eius loco designetur.

N. 7.

Olim Arca II. Fasciculus 86. N. 13.

1278. *Septembris 1. Indictione 7. Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIV. Lapidicorii.*

Procuratores *Gregariae* porcorum Curiae, ut exsequantur mandatum Terentii de Andria Magistri Massariarum Curiae in Basilicata, ac Terra Bari, cuius capitulum exscribitur, conficiunt inventarium gregum sibi commissorum (2).

Per Vitum Notarium Lapidicorii.

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 30. N. 17.

1278. *Septembris 1. Indictione 7. Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIV. Potentiae.*

Procuratores *Gregariae* ovium Curiae, ut exsequantur mandatum Terentii de Andria Magistri Massariarum Curiae in Basilicata, ac Terra Bari, cuius capitulum exscribitur, conficiunt inventarium gregum sibi commissorum.

Per Iacobum Notarium Potentiae.

---

(1) Hanc Dignitatem in Aula Regum Franciae diu viguisse ex innumeris documentis liquet, ubi tamen *Panetarius* legitur, non *Panecterius*, sicuti nostra charta rarissimo habet exemplo. Non modo is Mensae Regiae curandae praeerat, uti Ο' ἐπὶ Τραπέζης apud Codinum in Officiis Palatii recensetur; sed etiam super Pistores omnes habebat *cognitionem*, *correctionem*, *et punitionem*, *et emendas*, *erogandique ad pios usus panem minus sufficientem repertum*: atque ita scribitur in Aresto anni 1333, quod refert Historia Mommorenciaca p. 373. Vide supra pag. 18. n. (1).

(2) Regiam licet maiestatem parum decuerit hos greges alendos mandare, et lucrum inde arripere: saepe tamen vidimus Carolum minus de dignitate, quam de pecunia sollicitum. Habemus tamen in hisce Inventariis plures de Re Rustica notitias, quas in Glossariis, et Scriptoribus mediae antiquitatis frustra quaeremus.

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 58. N. 8.

1278. *Septembris* 1. *Indictione* 7. *Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIV. Gaudiani.*

Massarii Curiae in Gaudiano, ut exsequantur mandatum Terentii de Andria Magistri Massariarum Curiae in Basilicata, ac Terra Bari, cuius capitulum exscribitur, conficiunt inventarium bonorum in dictis Massariis existentium.

Per Vitum Notarium Gaudiani.

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 54. N. 6.

1278. *Septembris* 1. *Indictione* 7. *Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIV. S. Nicolai de Aufido.*

Massarii Curiae in S. Nicolao de Aufido, ut exsequantur mandatum Terentii de Andria Magistri Massariarum Curiae in Basilicata, ac Terra Bari, cuius capitulum exscribitur, conficiunt inventarium bonorum in dictis Massariis existentium.

Per Vitum Notarium Gaudiani.

FASCICULUS XL.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 15. N. 17.

1278. *Septembris* 8. *Indictione* 7. *Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIV. Lacupensili.*

Rex mandat Terentio de Andria Magistro Massario Curiae in Basilicata, ac Terra Bari, ut statim adeat Cameram ad reddendam rationem officii sui.

N. 2.

Olim Arca II. Fasciculus 68. N. 3.

1278. *Septembris* 12. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno I. Siciliae XIII. Aquae-Vivae.*

Universitas Aquae-Vivae, ut exsequatur mandatum Symonis de Bellovidere Iustitiarii Terrae Bari, eligit Syndicos ad reci-

Digitized by Google

piendam, et distribuendam novam denariorum monetam, eiusque pretium recolligendum ad rationem unciae auri 1. pro singulis 3. libris (1).

Per Vitum Notarium Aquae Vivae.

N. 3.

Olim Arca H. Fasciculus 59. N. 14.

1278. *Septembris* 12. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno I. Siciliae XIII. Bari.*

Universitas Bari, ut exsequatur mandatum Symonis de Bellovidere Iustitiarii Terrae Bari, eligit Syndicos ad recipiendam, et distribuendam novam denariorum monetam., eiusque pretium recolligendum ad rationem unciae auri 1. pro singulis 3. libris.

Per Iohannem Mangerium Notarium Bari.

N. 4.

Olim Arca A. Fasciculus 74. N. 4.

1278. *Septembris* 15. *Indictione* 7. *Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIV. et Caroli Primogeniti, Principis Salerni anno VII. Salerni* (2).

Matthaeus Rogerius Provisor, et Praepositus *Navigiorum*, et *Vassellorum*, ac *Tarsianatuum* (3) Curiae in Principatu, ac Terra Laboris, ut exsequatur mandatum Regium, cuius capitulum exscri-

(1) Nova ista moneta sub Carolo I. pergit dinque perget Neapolitanos, Siculosque plus aequo urgere. De ipsa satis in pagina 15. et seq. disseruimus, et plurima subinde monumenta rem in aprico ponunt. Quo factum est, ut tandem Honorius IV. tantae molestiae modum imposuerit. Vide Raynaldum *Annal. Eccles.* an. 1285. §. XXXV.

(2) Diploma, quo Primogenitus Caroli I. Principatus Salernitani titulum, Feudumque obtinuit, notissimum est; quippe quod prostat apud Viventium *Delle Antiche Provincie del Regno di Napoli* T. II. p. 324. et ab omnibus Historiae Neapolitanae Scriptoribus memoratur. Quum autem illud fuerit *datum Neapoli anno* MCCLXXI, mirum non est, si saepe in Chartis Salernitanis inde desumatur epocha, quae ceteris Chronicis signis additur.

(3) *Tarsionatum*, ac *Tarsenatum* scribi vidimus haetenus in editis documentis: adde, lector, *Tarsienatum*, vel *Tarsianatum*, quemadmodum saepe scripsere Nostri Notarii. Id monere debuimus, ne temere typographo errorem adscriberes. Porro in huiusmodi chartis *Vasselli*, seu *Vaxelli*, de quibus vide p. 56. n. (1), ut plurimum distinguuntur a *Navigiis* ob notam significatus diversitatem.

bitur, conficit inventarium navium, rerumque ad eas pertinentium, et declarat ipsas reparatione indigere.

Per Matthaeum Manganerum Notarium Salerni.

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 1. N. 1.

1278. *Septembris* 18. *Indictione* 7. *Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIV. Luceriae.*

Guido de Alamania Iustitiarius Capitanatae, et Honoris Montis S. Angeli, et Capitaneus Luceriae, ut exsequatur mandatum Regium, recipit monstram Scutiferorum commorantium cum Petro de Angicourt Prothomagistro operum Curiae, ut possit eis gagia solvere.

Per Iohannem de Guidone Notarium Luceriae.

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 1. N. 5.

1278. *Septembris* 20. *Indictione* 7. *Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIV. Luceriae.*

Guido de Alamania Iustitiarius Capitanatae, et Honoris Montis S. Angeli, et Capitaneus Luceriae, ut exsequatur mandatum Regium, recipit monstram Scutiferorum commorantium cum Iohanne de Tilio Iuniore Capitaneo *Fortellitiae* Castri Luceriae, ut possit eis gagia solvere.

Per Guillelmum Notarium Fogiae.

N. 7.

Olim Arca A. Fasciculus 29. N. 10.

1278 *Septembris* 21. *Indictione* 7. *Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIV. Lacupensili.*

Rex mandat Terentio de Andria Magistro Massario Basilicatae, ac Terrae Bari, ut adeat Regiam Curiam.

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 37. N. 10.

1278. *Septembris* 27. *Indictione* 7. *Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIV. Fogiae.*

Guillelmus de Malefiliastro, ut exsequatur mandatum Regium

Digitized by Google

denunciatum per litteras Guidonis de Alamania Iustitiarii Capitanatae, et Honoris Montis S. Angeli, et Capitanei Luceriae, quae exscribuntur, conficit inventarium bonorum Riccardi de Fogia, eaque procuranda tradit pro Curia; quia is negligenter vacaverat constructionibus Taluti, Pontis, et *Pilenorum* (1) ab ipso susceptis.

Per Nicolaum de Notario Andrea Notarium Fogiae.

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 66. N. 16.

1278. *Septembris* 28. *Indictione* 7. *Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIV. Neapoli.*

Robertus de Altrimia Iustitiarius Terrae Laboris, et Comitatus Molisii, ut exsequatur mandatum Regium, quod exscribitur, recipit ab Iohanne Siginolfo fideiussores singillatim recensitos pro unciis auri 2838 Curiae debitis ob Cabellam Salis in Iustitiariatu Principatus, ac Terrae Laboris eidem locatam.

Per Iohannem de Aymono Notarium Neapolis.

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 36. N. 24.

1278. *Septembris* 28. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Latertiae.*

Universitas Latertiae, ut exsequatur mandatum Ludovici de Montibus Iustitiarii Terrae Hydronti, eligit Nicolaum de Iudice Guidone Magistrum Iuratum pro anno VIII. Indictionis.

Per Nicolaum Notarium Latertiae.

---

(1) *Pilae* Vitruvio Lib. V. c. ult. et Columella. Lib. IX. testibus significant saxa illa, quae muris littoralibus praestructa undarum vim frangunt. Praeterea indicant etiam structuram ad aliquid sustinendum erectam, quam vocat Ulpianus *Structilem columnam*. Ad utrum vero horum sensuum *Pileni* pertineant, prima fronte non satis ex hac charta eruitur, praesertim cum vox Glossaria fugiat. Scimus tamen *Pilam* in *Statutis Montis Regalis* fol. 204. *columnam* indicare, et ad hanc significationem pertinere etiam *Pileritum*, et *Pilleritum*, ac *Pilastrum*, et *Pilastratam*, *Pilare*, et *Pilarium*. At porro quum e nostris chartis eruamus Riccardum de Fogia operibus Regiis incumbentem construxisse plurimas aedificationes in *Fortellicia* Luceriae, inter quae erant et *Pileni*, nequaquam ad maritimas praestructiones hi referendi videntur. Vide etiam supra Fascic. *t.* XXXVII. num. 1.

Digitized by Google

FASCICULUS XLI.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 78. N. 10.

1278. *Septembris 30. Indictione 7. Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIV. Neapoli.*

Matthaeus Rogerii Provisor, et Praepositus navigii, vassellorum, et Tarsienatum Curiae in Principatu, ac Terra Laboris, ut exsequatur mandatum Regium, cuius capitulum exscribitur, conficit inventarium Vassellorum, atque aedium Tarsienatus Neapolis.

Per Guillelmum de Ambrosio Notarium Neapolis.

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 54. N. 24.

1278. *Octobris 4. Indictione 7. Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIV. Luceriae.*

Guido de Alamania Iustitiarius Capitanatae, et Honoris Montis S. Angeli, et Capitaneus Luceriae post subhastationem locat Addet, atque Agecio Cabellam Luceriae cum iuribus singillatim recensitis pro unciis auri 540.

Per Iohannem de Guidone Notarium Fogiae.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 37. N. 11.

1278. *Octobris 7. Indictione 7. Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIV. Melphiae.*

Rex mandat Guidoni de Alamania Iustitiario Capitanatae, ut tradat Guillelmo Samzumario frumentum, et hordeum necessarium hospitiis tum Reginae Siciliae consortis suae, tum Comitissae Aldisiodorensis sororis ipsius Reginae.

Digitized by Google

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 65. N. 4.

1278. *Octobris* 12. *Indictione* 7. *Caroli 1. Hierusalem anno II. Siciliae XIV. et Caroli Primogeniti Principis Salernitani anno VII. Surrenti* (1).

Robertus de Canalibus, ut exsequatur capitulum mandati Regii denunciatum per litteras Matthaei Rogerii Provisoris, et Praepositi navigii, et Vassellorum, ac Tarsionatus Curiae in Principatu, ac Terra Laboris, quae exscribuntur, conficit inventarium Vasssellorum, aediumque Tarsionatus Surrenti.

Per Philippum Domini David Notarium Surrenti.

N. 5.

Olim Arca II. Fasciculus 81. N. 9.

1278. *Octobris* 24. *Indictione* 6. *Caroli I. anno XIII. Missanelli.*

Universitas Missanelli eligit Lucam de Domino Theodoro Magistrum Iuratum pro anno VI. Indictionis.

Per Rogerium Scriptorem Terrae Missanelli in defectu Notarii.

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 2. N. 18.

1278. *Octobris* 26. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno I. Siciliae XIII. Ogiani.*

Universitas Ogiani, ut exsequatur mandatum Poncii de Blancoforte Iustitiarii Basilicatae, eligit Matthaeum de Priamo Magistrum Iuratum pro anno VI. Indictionis.

Per Riccardum Notarium Ogiani.

---

(1) Donationem Principatus Salerni nuper laudatam Viventius in lucem edens, nescio qua de causa pretiosiorem eius partem mutilarit, enumerationem scilicet *Terrarum de predicto Principatu* omiserit. Porro *In Codice Diplomatico*, quem concinnandum suscepimus, haec omnia fuse, ac suo ordine in publicum σὺν Θεῷ prodibunt. In praesenti autem animadvertendum est inter ceteras Terras adnotari: *Surrentum quoque cum Vico et Casalibus in excambium Castri Sancti Severini et Casalium quae tenebat quondam Princeps Salernitanus in Demanio Principatus predicti eidem Principatui duximus adiungendum. Vide Reg. Donationum* Caroli I. 1269. A f. 106 a t. Quum itaque Salernitani annos suos ab epocha huius Concessionis supputarint, uti modo observavimus; mirum non est, si id etiam a Surrentinis fuerit factitatum, quod haec Membrana testatur.

Digitized by Google

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 55. N. 6.

1273. *Octobris* 29. *Indictione* 7. *Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIV. Baroli.*

Rex mandat Guidoni de Alamania Iustitiario Capitanatae, ut de pretio novae denariorum monetae solvat Martino de Dordano, et Iohanni Pinzastro Statutis super officio *Graffi* (1) Hospitii sui uncias auri 300. exhibendo eis *Augustales* (2).

---

(1) *Grafferium* alibi memoratum invenimus, ubi aliquid ad eius explanationem opportunum adiunximus p. 19. n. (1). Heic *Officium Graffi*, a nemine, quod sciam, hactenus expositum, ad ipsum *Grafferium* pertinere pro certo affirmamus.

(2) Diu multumque quaesitum fuerat, num perdurante Andegavensium ditione Augustales expendi licuerit. Sed nostra haec membrana, et aliae mox edendae rem extra dubitationis aleam ponunt. Praeterea memoranda videtur Charta Graecis characteribus mendosissime exarata, quae ex Archivo S. Stephani de Nemore ad nostrum translata hanc epocham praesefert: ἐν τῳ ἑξακισχιλιοστῳ ἑπτακοσιοστῳ (ἑβδομηκοστῳ) και ογδω ετει κυριευοντος του ὑπερλαμβρου κυριου ἡμων Καρολλου . . . . ετει της αυτου κυριοτητος ἑβδομῳ μηνι Μαρτιῳ της πεμπτης και δεκατης Ινδικτιωνος. *Anno* 6708 (corrige, ut puto, 6778, seu secundum epochas Graecorum 1270.) *Regnante illustrissimo D. N. Carolo . . . . anno eiusdem dominationis VII. mense Martio XV. Indictionis.* In ipsa enim legitur: ἐν τῃ ρηγικῃ κορτῃ αυγουσταλις εικοσι, *in regia Curia Augustales viginti*. De hac moneta nihil est, quod disseramus; quum varii eiusdem typi, et vicissitudines ab Vergara *Delle monete del Regno di Napoli* in praef. p. 3. et p. 17. ab Argelatio *Delle Monete d' Italia*, ab Diodatin *Illustr. Delle Monete nominate nelle Nostre Costituzioni*, quae habetur in *Actis Academiae Neapolit.* ann. 1788. a Fusco *Dissert. sul Ducato di Ruggieri* c. 1. alisque fuerint descripta. Satis est afferre verba Riccardi a S. Germano *Chron*: an. 1231. „ Mense „ Decembris 1231. nummi aurei, qui Augustales vocantur, de mandato Im- „ peratoris in utraque Sicla Brundusii, et Messanae cuduntur „ Mox subditur „ ut ipsa moneta utantur homines in emptionibus, et venditionibus suis „ iuxta valorem ei ab imperatore constitutum, ut quilibet nummus aureus re- „ cipiatur, et expendatur pro quarta uncia, sub poena personarum, et rerum „ in imperialibus litteris, quas idem Thomas detulit, annotata. „ Ceterum in *Reg. sign.* 1280. C. fol. 5. legitur Carolus anno 1266. abolevisse Augustales, et Medios Augustales, iisque *Regales*, ac Medios Regales substituisse: quod Claritius perperam ad annum 1267. in *Comento alla Costituzione di Federigo p.* 94. differt. Hoc autem mandatum temporis progressu tum Rex ipse, tum subditi neglexerunt.

Si Malespinae credendum est, Fredericus II. summa pecuniae inopia afflictus numos corii, Augustalis signo, cudendos mandavit, pollicitusque est se confecto bello in statum suum monetam fore redacturum; quod postea exsequutus est. V. *Hist.* c. 130.

Digitized by Google

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 20. N. 14.

1278. *Novembris* 1. *Indictione* 7. *Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIV.* (*Baroli*).

Rex acceptat frumenti, et hordei aliquot salmas a Guidone de Alamania Iustitiario Capitanatae traditas Panecterio, et Marescallo Regio.

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 8. N. 17.

1278. *Novembris* 6. *Indictione* 7. *Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIV. et Caroli Principis Salernitani anno VII. Salerni.*

Petrus Pilectus Vicarius in Principatu Salerni, et Stratigotus eiusdem civitatis, post sublhastationem, et fideiussionem locat Pandulpho Comiti Cabellam Baiulationis Castri Maris unciis auri 324. pro anno VII. Indictionis.

Per Petronum Lugrium Notarium Salerni.

N. 10.

Olim Arca H. Fasciculus 43. N. 6.

1278. *Novembris* 7. *Indictione* 6. *Caroli I. anno XIII. Claromonte.*

Universitas Claromontis, ut exsequatur mandatum Poncii de Blancaforte Iustitiarii Basilicatae, eligit iudicem Goffridum Magistrum Iuratum pro anno VI. Indictionis.

Per Conradum Scriptorem Claromontis.

FASCICULUS XLII.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 27. N. 15.

1278. *Novembris* 10. *Indictione* 7. *Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIV. Brundusii.*

Rex mandat Roberto de Altricia Iustitiario Terrae Laboris, et Comitatus Molisii, ut in terris suae iurisdictionis inquirat, quaenam sint Galeae, Teridae, et Vasselli tam Regis, quam Manfredi

Digitized by Google

Principis Tarentini, et quaenam *guarnimenta* (1), et fabri ad ea pertineant, ipsorumque custodes adigat ad comparendum coram Magistris Rationalibus.

N. 2.

Olim Arca II. Fasciculus 85. N. 8.

1278. *Novembris* 14. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno I. Siciliae XIII. Corneti.*

Iohannes Ferrari olim Praepositus Marescalliae Curiae in Apulia dat sua bona in *Guadiam* (2) Riccardo de Florentia, et Donato Cansori pro hordei salmis 312. et thuminis 4., quae ab eis mutua acceperat in usum Marescalliae Regiae.

Per Silvestrum Notarium Corneti.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 40. N. 3.

1278. *Novembris* 26. *Indictione* 6. *Caroli I. Hierusalem anno I. Siciliae XIII. Bari.*

Adam de Vigiliis Iudex, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Symonis de Bellovidere Iustitiarii Terrae Bari, quae exscribuntur, prohibet mercatoribus, ne noctu extrahant victualia.

Per Iohannem Nicolai Notarium Bari.

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 33. N. 16.

1278. *Novembris* 29. *Indictione* 7. *Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIV. Fogiae.*

Iudex, et Notarius declarant milites tam Stipendiarios, quam

---

(1) Quandoquidem vox *guarnire*, et plurimae eius derivationes latissimam medio aevo significationem obtinuerunt; mirum non est, si *Guarnimenta* heic adpellentur ea omnia, quae ad naves instruendas, adparandasque adhibebantur.

(2) *Guadiam*, seu *Guadium*, seu *Vadiam*, seu *Guademonium* passim in hisce Scripturis legimus, et unum eumdemque eorum sensum agnoscimus, nempe *Vadimonium*, *pignus*, *fideiussionem*. Sed duo priora vocabula frequentius apud nostrates invaluerunt.

Digitized by Google

Scutiferos continenter moratos esse cum Petro de Angicourt Prothomagistro operum Curiae ad suum munus obeundum.
Per Nicolaum de Notario Andrea Notarium Fogiae.

N. 5.

Olim Arca II. Fasciculus 68. N. 19,

1278. *Novembris 30. Indictione 7. Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIV. Traui.*

Rex mandat Guidoni de Alamania Iustitiario Capitanatae, ut det *Provincialibus* 27. (1) in Castro Luceriae Saracenorum commorantibus alimenta.

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 27. N. 9.

1278. *Decembris 15. Indictione 7. Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIV. Luceriae.*

Guido de Alamania Iustitiarius Capitanatae, ut exsequatur mandatum Regium, dat *Provincialibus* 29. in Castro Luceriae Saracenorum commorantibus alimenta.
Per Nicolaum de Notario Andrea Notarium Fogiae.

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 55. N. 18.

1279. *Ianuarii 15. Indictione 7. Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XIV. In Turri S. Herasmi prope Capuam.*

Rex mandat Terentio de Andria Magistro Massariarum Curiae, ut recipiat a Pontio de Blancoforte Iustitiario Basilicatae tertiam partem animalium, quae erant quorundam forisbannitorum, et vendi debuissent.

---

(1) Multitudo Gallorum, ac praesertim *Provincialium*, quos secum Carolus in hoc Regnum adduxerat, quique deinde eius protectione freti nostrates non mediocriter oppresserunt, ab Historicis enarratur. In Sicilia vero tanta fuit eorum insolentia, ut seditioni praecipuam dederit caussam. Vide Bartholomaeum de Neocastro, cuius auctoritas suo loco enucleabitur. Quare si XXVII. *Provincialibus* alendis Rex, uti ex praesenti Diplomate patet, prospiciebat; nec absurdum id, nec mirum cuipiam videri debet.

N. 8.

Olim Arca II. Fasciculus 85. N. 7.

1279. *Februarii 2. Indictione 7. Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIV. Ficini.*

Universitas Ficini, ut exsequatur mandatum Iustitiarii Terrae Ydronti, eligit Michaëlem de S. Iohanne Magistrum Iuratum pro anno VII. Indictionis.

Per Raonem Notarium Ydronti.

N. 9.

Olim Arca II. Fasciculus 25. N. 5.

1279. *Februarii 9. Indictione 7. Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XIV. Bucclanici.*

Thomas Luponus, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Guillelmi Brunelli Iustitiarii Aprutii, quae exscribuntur, iniungit Baronibus recensitis, ut ad finem mensis Aprilis armis, et equis se muniant ad iussa Regis capessenda.

Per Nicolaum Iacobi Notarium Ortonae.

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 54. N. 4.

1279. *Februarii 10. Indictione 8. Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XV. Riciae.*

Iacobus Corneti tradit Universitati Riciae litteras Petri de Succavilla Iustitiarii Capitanatae, et Honoris Montis S. Angeli, et Capitanei Luceriae, quibus praecipitur eidem Universitati, ut statim eligat taxatores, et distributores novae denariorum monetae.

Per Guillelmum Notarium Riciae.

FASCICULUS XLIII.

N. 1.

Olim Arca II. Fasciculus 48. N. 5.

1279. *Februarii 13. Indictione 8. Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XIV. Criptulis.*

Universitas Criptularum, ut exsequatur mandatum Ursonis

Digitized by Google

Palmentarii Commissarii Iohannis de Bosco Iustitiarii Basilicatae, eligit taxatores, et collectores pecuniae generalis Subventionis.
Per Iohannem Notarium Criptularum.

N. 2.

Olim Arca II. Fasciculus 86. N. 1.

1279. *Februarii* 18. *Indictione* 7. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XIV. Bucclanici.*

Gentilis Thomasii, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Guillelmi Brunelli Iustitiarii Aprutii, quae exscribuntur, iniungit Baronibus recensitis, ut ad finem mensis Aprilis armis, et equis se muniant ad iussa Regis capessenda.
Per Nicolaum Iudicis Barnabei Notarium Bucclanici.

N. 3.

Olim Arca D. Fasciculus 33. N. 2.

1279. *Februarii* 23. *Indictione* 7. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XIV. Adriae.*

Ioannes Gualterii, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Guillelmi Brunelli Iustitiarii Aprutii, quae exscribuntur, iniungit Baronibus recensitis, ut ad finem mensis Aprilis armis, et equis se muniant ad iussa Regis capessenda.
Per Laurentium Notarium Adriae.

N. 4.

Olim Arca II. Fasciculus 85. N. 19.

1279. *Februarii* 28. *Indictione* 7. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XIV. In Turri S. Herasmi prope Capuam.*

Rex mandat Pantaleoni de Matera Magistro Araciarum Basilicatae, ut deferat Policorium quaedam iumenta ob defectum pascuorum in Basilicata.

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 70. N. 1.

1279. *Februarii* 28. *Indictione* 7. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XIV. Sulmone.*

Nicolaus Magistri Georgii, ut exsequatur mandatum Regium

Digitized by Google

denunciatum per litteras Gullielmi Brunelli Iustitiarii Aprutii, quae exscribuntur, iniungit Universitatibus Iustitiariatus Aprutii, ut nemo expendat aliam monetam, quam Carolenses, Augustales, ac Tarenos auri, qui in Sicla Neapolis cuduntur (1).

Per Berardum Ionathae Notarium Sulmonis.

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 60. N. 11.

1279. *Februarii* 28. *Indictione* 7. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XIV. Grumi.*

Rogerius Sir Thomasi, et Iohannes Quidfacit, ut exsequantur mandatum Regium denunciatum per litteras Fulconis de Roccafolia Iustitiarii Terrae Bari, quae exscribuntur, iniungunt Universitati Grumi, ut nemo expendat aliam monetam, quam Carolenses, Augustales, ac Tarenos auri, qui in Sicla Neapolis cuduntur.

Per Exelsium Ursonis Notarium Botonti.

N. 7.

Olim Arca F. Fasciculus 14. N. 2.

1279. *Martii* 3. *Indictione* 7. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XIV. In Turri S. Herasmi prope Capuam.*

Rex mandat Terentio de Audria Magistro Massariarum Curiae in Basilicata, ac Terra Bari, ut tradat Magistris Araciarum Policorii, et Basilicatae currus cum bubus, et ductoribus pro deferenda *farragine* (2), et herba ad stallones ipsarum Araciarum.

---

(1) Iam usque ab ineunte Saeculo X. *Tarenos* inter Numos obtinuisse locum contendit Noster De Meo *Annal.* an. 904.: eos vero nondum fuisse reapse cusos, sed significasse quartam partem *Solidi*, qui fictitius numus erat, docet Fuscus Dissert. *sul Ducato di Ruggieri*, qui primus duos *Cuphicos* Tarenos in lucem edidit C. I. p. 5. Contrariam sententiam sequutus fuerat Diodati in sua *Illustrazione delle Monete nominate nelle nostre Costitusioni* inserta in Actis Academiae Neapolitanae an. 1788. p. 331. Sed nemo melius hanc Spartam adornavit, quam Canonicus Schiavo in Dissertatione, cui titulus: *Il Tari di oro* in *Opusc. Auct. Sic.* T. XVI. p. 225. ubi etiam describit variam Tarenorum aureorum fortunam sub Carolo, eiusque successoribus.

(2) Vera *farraginis* significatio ea omnia exprimit, quibus equi, et iumenta per hiemem aluntur, purgantur, saginantur. Varro *De Re Rust* L. I. c. 13. V. Fest. h. v. Columel. L. II. c. 11. Plin. *Hist. Nat.* XVIII. 16. Hoc etiam sensu per barbara saecula eamdem vocem fuisse acceptam, praeter nostras chartas, Gallicae etiam passim testantur. Vide Glossaria.

Digitized by Google

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 5. N. 19.
1279. *Martii 7. Indictione 7. Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIV. Gangii.*

Iacobus de Nolasco, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Guillelmi de Haumbuillerio Iustitiarii Siciliae citra Flumen Salsum, quae exscribuntur, iniungit Baronibus Universitatis Gangii, ut ad finem Mensis Aprilis equis, et armis se muniant ad iussa Regis capessenda.

Per Bartholomaeum de Leto Notarium Gangii.

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 8. N. 7.
1279. *Martii 8. Indictione 7. Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIV. Civitellae.*

Iudex Stephanus, et Iohannes de Scurrano, ut exsequantur mandatum Regium denunciatum per litteras Guillelmi Brunelli Iustitiarii Aprutii, quae exscribuntur, iniungunt Baronibus, et Feudatariis recensitis, ut ad finem mensis Aprilis equis, et armis se muniant ad iussa Regis capessenda.

Per Symonem Trasmundi Notarium Civitellae.

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 76. N. 11.
1279. *Martii 12. Indictione 7. Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XIV. Adriae.*

Petrus Georgii, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Guillelmi Brunelli Iustitiarii Aprutii, quae exscribuntur, iniungit Baronibus recensitis, ut ad finem mensis Aprilis equis, et armis se muniant ad iussa Regis capessenda..

Per Alexandrum Tuczium Notarium Adriae.

FASCICULUS XLIV.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 44. N. 7.
1279. *Aprilis 15. Indictione 7. Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XIV. Baczani.*

Gentilis Malebranca, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Guillelmi Brunelli Iustitiarii Aprutii, quae ex-

Digitized by Google

scribuntur, iniungit Universitatibus Aprutii memoratis, ut non expendant aliam monetam auream, quam Carolenses, Augustales, ac Tarenos.

Per Odderium Iudicis Iohannis Notarium Sulmonis.

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 43. N. 1.

1279. *Aprilis* 19. *Indictione* 7. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XIV. Capuae.*

Aegidius Dinde, ut exsequatur mandatum Regium, quo ipse electus fuerat custos Turris S. Herasmi prope Capuam, recipit a Nicolao Druget suo praecessore res singillatim recensitas ad eamdem Turrim spectantes (1).

Per Nicolaum Notarium Capuae.

N. 3.

Olim Arca H. Fasciculus 81. N. 10.

1279. *Aprilis* 27. *Indictione* 7. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XIV. Nolae.*

Rex mandat Guidoni de Alamania Iustitiario Capitanatae, ut compellat Socios Iordani de Monte S. Angeli, qui erant Extallerii constructionis murorum Terrae Manfridoniae, ad eam instanter proseqnendam.

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 64. N. 1.

1279. *Maii* 15. *Indictione* 7. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XIV. Theate.*

Margaritus Synibardi, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Guillemi Brunelli Iustitiari Aprutii, quae exscribuntur, per testium depositiones singillatim recensitas inquirit, quibusnam Baronibus concessa fuerint bona post adventum

---

(1) Armamenta bellica pro temporum varietate innumerabiles pene subierunt vicissitudines. Muratorius *Antiquit. Italic.* Diss. XXVI. plura de iis, quae militiam medii aevi illustrant, erudite tradit. Iis adde nomina, quae ex praesenti Inventario poteris, lector, elicere.

Digitized by Google

Caroli in Regnum, et revocat ad Curiam eas terras, quarum concessiones non fuerant a possessoribus exhibitae (1).

Per Raynaldum de Sclano Notarium Civitatis Theatinae.

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 7. N. 6.

1279. *Maii* 17. *Indictione* 7. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XIV. Rendenariae.*

Petrus de Gaeta, ut exsequatur mandatum Guillelmi Brunelli Iustitiarii Aprutii, quod exscribitur, divulgat per terras singillatim recensitas, ut quisquis cupit perficere ad extaleum opus molendini, et *bactynderii* (2) in flumine prope monasterium S. Mariae de Victoria, adeat eumdem Iustitiarium.

Per Berardum Notarium Marsiae.

N. 6.

Olim Arca H. Fasciculus 85. N. 13.

1279. *Iunii* 10. *Indictione* 7. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XIV. Neapoli.*

Index, et Notarius declarant Dyonisium Iudicis Riccardi Secretum Principatus, Terrae Laboris, et Aprutii emisse pro Curia salmas 270., ac thuminos 4. hordei tarenis auri 6., et salmas 44. et thuminos. . . frumenti tarenis auri 15.

Per Bonaventuram de Leone Notarium Neapolis.

---

(1) Plurimas a Carolo Terras, olim Feoda, fuisse donatas alibi monuimus. Vide supra pag. 50. nota (1). Quum autem occasione tantae multitudinis, aliae quoque nullo titulo usurparentur, hanc inquisitionem, quam praesens documentum testatur, suscipiendam sapienter mandavit. Itaque novum non est, ut a Baronibus exigantur Concessiones Feodorum, quae possideant: ac propterea id, quod nostris temporibus sub Gallorum ditione factum vidimus, eorum Antesignanus Carolus iamdiu fuerat adgressus: novimus enim hunc Regem Galliae exemplo edoctum diligenter cavisse, ne adeo augeretur Baronum potestas, ut Regiae maiestati terrorem incuteret. Vide cl. Viri, mihique amicissimi Davidis Winspeare opus, quod inscribitur: *Gli Abusi della Feudalità.*

(2) *Bactynderii* nullibi mentionem invenimus. Carpenterius voces *Bactenderium*, *Batatorium*, *Batistorium*, *ac Bastitorium* adlegavit, quae tamen idem esse videntur, ac *Bactynderium*. Vulgo dicitur *Valchiera*; ac ius *di valchiare i panni* pridem inter Feudalia recensebatur.

*

N. 7.

Olim Arca K. Fasciculus 36. N. 15.

1279 *Iunii 23. Indictione 7. Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIV. Neapoli.*

Rex mandat Terentio de Andria Magistro Massariarum Curiae in Basilicata, ac Terra Bari, ut curet hordeum serendum pro pascuis 16. Stallonum Curiae.

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 9. N. 15.

1279. *Iunii 29. Indictione 7. Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XIV. Baroli.*

Andreas Strinus donat Petro de Ianua Magistro Ordinis Templariorum dimidium domus suae cum dimidio plateae, cisternae, et cryptae, quae extant Trani.

Per Guidonem Notarium Baroli.

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 10. N. 19.

1279. *Iulii 1. Indictione 7. Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XIV. Brundusii.*

Magistri Siclae Brundusii, ut exsequantur mandatum Regium, quod exscribitur, tradunt successoribus in dicto officio aedes Siclae cum rebus ad ipsam pertinentibus, quae recensentur (1).

Per Matthaeum de Notario Ursone Notarium Brundusii.

N. 10.

Olim Arca L. Fasciculus 26. N. 31.

1279. *Iulii 30. Indictione 7. Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Lacupensili.*

Rex mandat Terentio de Andria Magistro Massariarum Curiae in Basilicata, ac Terra Bari, ut statim tradat Colino de Finno Panecterio frumenti salmas 100. pro hospitio Regio.

(1) Sicla Brundusii identidem celebratur in patriis documentis. Satis de ea disseruerunt nostrates numismatici scriptores. At neque Carli *Le Zecche d'Italia*, neque Muratori *Ant. Ital.* Dissert. XXVII. aliquid de ea conscripserunt.

Digitized by Google

FASCICULUS XLV.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 38. N. 12.

1279. *Augusti 4. Indictione 7. Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Lacupensili*

Rex mandat Lodoyco de Montibus Iustitiario Terrae Ydronti, ut per praeconem divulget nemini licere extrahere Duplas, aut Florenos, aut aliud quodvis argentum, aut aurum, praeter Carolenses aureos, et argenteos, Medaleas ipsorum (1), Augustales, et aliam monetam a se cusam.

---

(1) *Medaleae* sensum ita expressit Cardinalis Garampi in MS., quod agit *Delle antiche Monete Pontificie*, quodque a Cl. Viro Aloisio Diodati adservatur: *Append. not. num. 4.: Medalia, o Medallea dicevansi pure le monete di qualunque metallo, che valessero la metà di una maggiore loro corrispondente, cioè che erano mediformes.* Et nimirum Borghini *Della Moneta Fiorentina* Part. II. pag. 192., et Vettori *Il Fiorino d' oro illustrato* pag. 199. docent *medaleas* a maioris numi *medietate*, quam exhibebant, fuisse nuncupatas. Gallicis vero in chartis tum *Mailles*, tum *oboli* dicuntur; uti tradit le Blanc *Traité Hist. del Monnoyes de France* pag. XX. Immo in quibusdam Diplomatis Gallice conscriptis, et in nostro Magno Tabulario existentibus *Medaleae Carolensium* vocantur *Maalles challoises. V. Regest. sign.* 1279. A. f. 65. a t. et 76 Porro usque ad annum 1277, uti eruimus ex *Reg. sign.* 1276. A. fol. 106. Regales, ac Medii Regales Baroli cudebantur. Deinde Carolenses tum auri, tum argenti, et utrorumque *Medaleas* Carolus instituit. Horum typi, pondera, ac pretia exhibentur a Saint Vincent in numis Provincialibus ab eo editis, et ab omnibus pene scriptoribus, qui Rem Regni nostri Numismaticam tractarunt. Anno 1278. Rex scripsit: *quemdam Franciscum Formicam de Florentia super opere nove monete auri que de mandato nostro fit, et cuditur in castro nostro Capuano de Neapoli usque ad nostrum beneplacitum duximus statuendum.* Vide *Regest. sign.* 1268. A. fol. 97. a t. Hanc vero monetam fuisse Carolenses auri, et Medios Carolenses ex Diplomate eiusdem anni, quod proprie in *Reg. sign.* 1268. A. fol. 127. legitur, liquido ediscimus.

Digitized by Google

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 5. N. 4.

1279. *Augusti* 19. *Indictione* 7. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Brundusii.*

Thomasius Lombardus, ut exsequatur mandatum Reginm denunciatum per litteras Lodoyci de Montibus Iustitiarii Terrae Ydronti, quae exscribuntur, iniungit Universitatibus singillatim recensitis, ut si navis in subsidium Palaeologi missa, ad oras maritimas adpulerit, eam illico comprehendant.

Per Nicolaum Notarium Brundusii.

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 36. N. 17.

1279. *Augusti* 26. *Indictione* 7. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Lacupensili.*

Rex mandat Terentio de Andria Magistro Massariarum Curiae in Basilicata, ac Terra Bari, ut det quibusdam hominibus mutilatis, et mendicis certam frumenti, et vini copiam.

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 27. N. 10.

1279. *Augusti* 31. *Indictione* 7. *Caroli I. Hierusalem anno II. Siciliae XIV. Corneti.*

Iohannes Carasus, et Iohannes Tibaldus vendunt Apicio de Gravina Magistro Araciarum Curiae in Capitanata descriptam supellectilem pretio diligenter adposito.

Per Silvestrum de Caserta Notarium Corneti.

---

ter eos conciliandam tum Casinensis Abbas a Gregorio *X.* missus fuit, uti legimus in *Epistol. Cur.* X. epistol. 13. tum Ioannes XXI. incubuit, tum denique Nicolaus III plenas roboris misit epistolas. Vide *Codic. Vallic. sign.* litt. C. n. 49. pag. 34. Porro de iis, qui a Palaeologo ad Carolum desciverunt, huiusque protectionem fuerunt experti, legi potest Raynaldus *Annal. Eccles.* an 1278. n. 1214. Sed in dubium revocari non potest copias anno 1278. a Carolo contra Palaeologum missas insigni clade fuisse profligatas, uti narrat Gregoras *Hist.* L. V. et vanas omnino fuisse ceteras expeditiones, quas ipse Carolus molitus est, et de quibus, lura memorant Ricordanus Malaspina *Hist.* c. 206. et Ioannes Villanus *Hist.* L. VII. c. 56. et seqq. Illud tantummodo adhuc incertum quibusdam scriptoribus videtur: num scilicet tanto ardore hoc bellum gesserit Carolus, ut Balduino II. dudum Constantinopoli expulso Imperium redderet, an potius, ut sibi dominationis avidissimo compararet.

Digitized by Google

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 5. N. 11.

1279. *Augusti* 31. *Indictione* 7. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Neritone.*

Iohannes Magistri Leonis, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Lodoyci de Montibus Iustitiarii Terrae Ydronti, quae exscribuntur, per praeconem divulgat, ut nemo extrahat Duplas, aut Florenos, aut aliud quodvis argentum, aut aurum, praeter Carolenses aureos, et argenteos, Medaleas ipsorum, Augustales, et aliam monetam a se cusam.

Per Constantinum Notarium Neritonis.

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 67. N. 5.

1279. *Septembris* 1. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Corneti.*

Magistri Marescallarum Curiae in Apulia, et Calabria, ut exsequantur mandatum Regium, conficiunt inventarium rerum existentium in Mareacallis Corneti, et Ortae.

Per Silvestrum Notarium Corneti.

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 69. N. 4.

1279. *Septembris* 10. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Sancti Mauri.*

Universitas Sancti Mauri, ut exsequatur mandatum Hugonis de Guaveras Iustitiarii Siciliae citra Flumen Salsum denunciatum per Commissarios, eligit Andream de Cayro, Silvestrum de Palaczolo, et Petrum de Suedo Iudices pro anno VIII. Indictionis.

Per Bartholomaeum de Assisio Notarium S. Mauri.

FASCICULUS XLVI.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 65. N. 7.

1279. *Septembris* 15. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Pennis.*

Dominicus de Cupulo, ut exsequatur mandatum Guillelmi

Digitized by Google

Brunelli Iustitiarii Aprutii, per testium depositiones singillatim recensitas declarat Terras Rigacti, Marsicolli, Casalis S. Luciae, Villae Frontinae, et Introducensis ignotas esse hominibus Provinciae, ac propterea non posse eligi in illis iudices in numero consueto.

Per Benedictum Aczonis Notarium Pennarum.

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 6. N. 15.

1279. *Septembris* 19. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV.* . . . . . .

Rex mandat Lodoyco de Montibus Iustitiario Terrae Ydronti, ut inquirat, an impositio onerum fiscalium fuerit in terris singillatim nominatis iuste distributa.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 15. N. 7.

1279. *Septembris* 22. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Melfiae.*

Rex mandat Terentio de Andria Magistro Massariarum Curiae in Basilicata, ac Terra Bari, ut in Massariis Curiae hordeum necessarium pascuis pultrorum, qui custodiebantur in Marescallia Apuliae, serendum curet.

N. 4.

Olim Arca D. Fasciculus 75. N. 20.

1279. *Octobris* 5. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Castri.*

Universitas Casalis Disi, ut exsequatur mandatum Lodoyci de Montibus Iustitiarii Terrae Ydronti, eligit Magistrum Iuratum pro anno VIII. Indictionis.

Per Iohannem Notarium Castri.

N. 5.

Olim Arca . . . Fasciculus . . N. . .

1279. (*Octobris* 15. *Indictione* 8.) *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Fogiae.*

Rex mandat Guidoni de Alamania Iustitiario (Capitanatae), ut emat 100. castratos, et tradat Natali Buczerio coquinae Regiae destinandos.

Digitized by Google

N. 6.

Olim Arca H. Fasciculus 86. N. 8.

1279. *Novembris* 4. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Salpis.*

Rex mandat Guillelmo Brunello Iustitiario Aprutii, ut capiat omnia bona Curiae exsistentia in aedibus Rogerii de Archis *Magistri Custodiae passuum* (1) Aprutii, qui nuper mortuus erat, atque pecuniam quidem mittat ad Cameram S. Salvatoris, reliqua vero tradat hominibus singillatim nominatis.

N. 7.

Olim Arca H. Fasciculus 43. N. 5.

1279. *Novembris* 8. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Pollenae.*

Universitas Pollenae, ut exsequatur mandatum Ugonis de

---

(1) *Magistrum custodiae passuum*, quem etiam *Capitaneum* nostra haec membrana adpellat, *straturem*, et *passagerium* scriptores vocant. Quid vero magistri passuum a custodibus stratarum, et passuum differant, apertius iudicant verba capituli Caroli I. editi ann. 1282: *Custodes vero substituti per eos* (magistros). Eorum officium ex eodem capitulo habes, quod decernit, ut *custodes iurentur et officium eorum exerceant in solitis locis passuum circa confinia regni, ne officium ad iniquas damnationes extendant capiendo homines, equos, et alia animalia, et victualia ubique infra provinciam sine distinctione locorum.* Ex quo intelligimus totam huius officii summam in eo positam esse, ut prohiberent, ne animalia, et praesertim *equi ad arma* extra regnum ducerentur; eorumque audaciam, qui contra hanc legem agere auderent, ipso tum poenis pecuniariis, tum rerum ipsarum amissione coërcerent. His expositis facili negotio comperimus bona magistri demortui pro parte Curiae adnotanda fuisse, ut ea, quae nomine Curiae ab ipso capta fuerant, regio aerario addicerentur. Praeterea alia quoque ratione nostri Magistri passuum bona adnotata fuerunt, scilicet ut si quid vel in privatos, vel in Fiscum peccasset, suis bonis redimeret. Quae omnia eiusdem membranae lectio luculenter ostendit. En perpauca ipsius membranae verba, quae nostris de re numismatica scriptoribus prodesse poterunt: « Item Allubona uncias auri duas « Item dixit se habere florenos aureos viginti quatuor captos in passibus tallacocii a Martino de Busco familiari Mathei de Manupellis militi Item florenos « auri sex captos ibidem a magistro Gentili de Calvo Item libras vulturano« rum novem turonenses grossos duos venetum unum romaninum unum boccolam unam de argento et unum argensulum captus in passibus Turris ad tron« tum a Transmundo Rogerio de Civitate Pennensi et libram unam vulturano« rum et solidum unum captos a Iacobo de Esculo in eodem passu ».

Digitized by Google

Guaverans Iustitiarii Siciliae *citra flumen Salsum* (1), eligit Syndicos ad recipiendam, et distribuendam novam Denariorum monetam.

Per Bagium Notarium Pollenae.

N. 8.

Olim Arca M. Fasciculus 25. N. 34.

1279. *Novembris* 13. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Panormi.*

Ugo de Guaverans Iustitiarius Siciliae citra flumen Salsum tradit Syndico Casalis Montis Maioris novam Denariorum monetam, ut eam distribuat hominibus eiusdem Casalis.

Per Markisium de Salerno Notarium Panormi.

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 38. N. 11.

1279. *Novembris* 18. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Suterae.*

Universitas Suterae, ut exsequatur mandatum Ugonis de Guaverans Iustitiarii Siciliae citra Flumen Salsum, eligit Syndicos ad recipiendam, et distribuendam novam Denariorum monetam.

Per Nicolaum de Ascasio Notarium Suterae.

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 10. N. 10.

1279. *Novembris* 25. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Brundusii.*

Rex mandat Iustitiario Terrae Ydronti, ut compellat homines singillatim recensitos ad redeundum in terras Rogerii Maramonte, a quibus discesserant, ut se eximerent ab *angariis*, et *parangariis* (2).

---

(1) Ex Regesto 1268. A. fol. 127. habemus divisionem Iurisdictionis a Carolo I. in Iustitiariatus inductam: idque ad hanc, et sequentes membranas rite intelligendas mirifice prodest.

(2) *Parangarias* omnino scribi debere, non *perangarias*, contrariumque ex errore inveniri censuit Cangius h. v. Sed in nostris membranis incredibili alternatione utraque scriptura variatur: patetque fuisse adeo duras huiusce-

*

FASCICULUS XLVII.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 69. N. 9.

1289. (1279.) (1) *Decembris* 15. (*Indictione* 8.) *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Luceriae.*

Rex mandat Lodoyco de Montibus Iustitiario Terrae Ydronti, ut capiat quosdam laboratores, eosque compellat ad redeundum in castrum Luceriae ad laborandum.

N. 2.

Olim Arca II. Fasciculus 3. N. 5.

1279. *Decembris* 20. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Saccae.*

Ugo de Guaverans Iustitiarius Siciliae citra Flumen Salsum declarat se tradidisse Syndicis Terrae S. Mauri novam Denariorum monetam, ut eam distribuerent, et pretium inde recolligerent.

Per Stephanum de Stephano Notarium Saccae.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 66. N. 15.

1280. *Ianuarii* 18. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Brundusii.*

Lodoycus de Montibus Iustitiarius Terrae Ydronti, ut exse-

---

modi exactiones, ut idemtidem nimium oppressi homines patriam, suosque deseruerint lares, atque ita gravissimum iugum excusserint.

Enimvero primitus inter regalia iura, quae Fridericus in suis Constitutionibus describit, enumerabantur etiam *angariarum*, *parangariarumque*, *et plaustrorum*, *et navium praestationes*. Progressu temporis Barones, quibus pheuda cum *angariis*, et *parangariis* donabantur, adeo *vassallos* suos oppresserunt, ut Carolus V. anno 1536. declarandum censuerit *per talem clausulam cum angariis*, *parangariis*, *etc. Regiae intentionis non fuisse*, *neque esse*, *novas inducere angarias*, *aut parangarias....sed eas tantum sub tali clausula*, *et concessione comprehendi*, *quae tempore dictorum Privilegiorum*, *et Concessionum erant in Civitatibus*, *Terris*, *Castris*, *et Casalibus*. Ceterum quid *angariae* a *parangariis* differant, tum ex *Basilic*. LV. tum ex Cuiacii *Comment*. ad Lib. XII. Cod. Tit. L. *De cursu publico etc*. edisci potest.

(1) Hanc membranam ad annum 1279. referendam esse patet tum ex reliquis notis Chronologicis, quae huic anno tantum convenire possunt, tum ex fastis anni 1289. quo et Carolus I. iam obierat, et Iustitiariatus Terrae Hydronti non Ludovico de Montibus, sed Bertrando Arcus fuerat commissus. Ceterum huiusmodi σφαλματα etiam in aliis membranis observavimus. Vide pag. 45. Not. (3).

quatur mandatum Regium, quod exscribitur, tradit *burgensibus* (1) recensitis pecuniam receptam ab Iustitiario Capitanatae, qui eam deferant ad Hugonem Russum de Soliaco Capitaneum in Partibus Spinarsae, vel Avelonae.

Per Nicolaum Notarium Brundusii.

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 5. N. 15.

1280. *Ianuarii* 20. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Brundusii.*

Lodoycus de Montibus Iustitiarius Terrae Ydronti, ut exsequatur mandatum Regium, quod exscribitur, post aestimationem, et subhastationem, dat Tramundo *Prothomagistro Assiae* (2) ad extaleum incisionem, et dolationem lignaminum Curiae in Foresta Tarenti, ad rationem unciarum auri 5. et granorum 10. pro singulis *Staminariis* (3).

Per Andream de Girardo Notarium Brundusii

---

(1) Vocem *Burgum* a graeco πυργος deductam Vegetius *lib. 4. Castellum parvum* indicare putat: et Paulus Diaconus in *Valentiniano* ait: *crebra per limitem habitacula constituta burgos vulgo vocant.* Hinc *Burgenses*, quos saepius *Burgarios* in Codice Iustiniani appellatos invenies, homines fuisse, qui non in civitatibus, neque in villis habitabant, sed in oppidis, seu burgis, testantur Andreas de Isernia in *observat. ad Constit. Reg. Sic.* lib. II. tit. 32. et Gothofredus in lib. I. *Cod.* tit. XXVII. L. 2. At eadem vox *Burgensis* non tam habitationis locum, quam hominum ipsorum conditionem indicasse ex eadem Frederici Constitutione patet; ipsosque inter nobiles, et villanos medium obtinuisse locum comperta res est; quippe qui adversus Comites, aut Barones testimonium reddere possent, quod hominibus vilis conditionis negatum fuerat. Tali utique significatione hanc vocem in nostra membrana adhibitam fuisse existimamus, quia non ad locum, sed ad conditionem hominum refertur munus, de quo agitur.

(2) *Assia* pro *Ascia* ad barbara saecula pertinuit: quum etiam Faber Lignarius dici coepit *Magister Assiae*, et hunc loquendi usum vulgus adhuc retinet. De nomine *Protomagistri Assiae* nihil aliud addendum Glossariis est, nisi hoc nomine dictos fuisse eos omnes, qui Regiis operibus lignariis praeficiebantur. Fuit enim ea Regum consuetudo, ut ipsi subdito ad certa munia evecto, ac *prima* inter eiusdem nominis *Officiales* dignitate donato, *Proti* titulum praefigerent tribuerent.

(3) Quoniam barbararum vocum collectores nullam prorsus vocabuli huius explanationem exhibent, ipsumque perraro occurrit, divinatione opus est. Graece σταμιναρια modo *monetam*, modo *funem*, modo denique *statumina*, seu *tabulata* navis indicat. Postremae huius significationis sufficiat Eustathium *in Homer. Odys.* E. *p.* 1533. vadem dare. Iam vero e silva nummos, aut funes collecta esse ad naves reparandas, nemo sanae mentis adfirmabit. Propterea *staminaria* statumina navium in nostra charta intelligenda sunt, quandoquidem e silva excisa, ad naves reficiendas addicta, atque dolata dicuntur.

Digitized by Google

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 41. N. 6.

1280. *Ianuarii* 26. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XV. Neapoli.*

Rex mandat Lodoyco de Montibus Iustitiario Terrae Ydronti, ut recipiat a Gualterio *Pane et vino* (1) Relevium Curiae debitum, faciatque ipsum assecurari ab hominibus Casalium Dacilliani, Iuliani, et Paci.

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 59. N. 16.

1280. *Februarii* 1. *Indictione* 9. *Caroli I. Hierusalem anno V. Siciliae XVI. Putheolis.*

Bisancius de Vigiliis Portulanus, et Procurator Terrae Laboris, et Comitatus Molisii recipit a Nicolao de Leone tarenos auri 10., quia tanti fuerat aestimatum damnum allatum bovi Curiae.

Per Andream de Gennario Notarium Putheolorum.

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 6. N. 7.

1280. *Februarii* 2. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XV. Neapoli.*

Rex mandat Lodoyco de Montibus Iustitiario Terrae Ydronti, ut statim emat sex stallones asininos, et mittat in Siciliam.

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 40. N. 12.

1280. *Februarii* 4. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XV. Neapoli.*

Rex eligit Patricium de Chaurces Iustitiarium Terrae Ydronti,

---

(1) Cognomenta huiusmodi, quae fere singulis nominibus propriis addita heic videmus, *supernomina* dicebantur, uti passim docent Diplomatici. Quo tempore fuerint invecta in Italiam, Muratorius *Antiquit. Ital.* Diss. XLII. investigare studuit, latiusque eorum usum exposuerunt Maurini Patres: *Nouveau Traité de Diplomatique* T. IV. P. III. Sect. 1. chap. 3. Sed ad *supernomina* Gentis Neapolitanae propius enucleanda incubuit noster Ianuarius Grande in opere, cui titulus: *Origine de' cognomi Gentilizj nel Regno di Napoli. Napoli* 1756. isque in P. IV. c. 33. multa adducit exempla, quibus adpositionis eorum occasio explanatur. Haec inter referendum est istud *Pane et Vino*, quod elegantius in cognomen *Panvinii* alibi conversum videtur.

Digitized by Google

eique dat regulas ad officium rite exercendum, et adsignat annuas uncias auri 50. ponderis generalis.

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 27. N. 17.

1280. *Februarii* 5. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Aquilae.*

Iohannes Odoris, ut exsequatur mandatum Guidonis de Montebarro Capitanei Civitatis Aquilae, quod exscribitur, forbannit homines singillatim recensitos, eorumque bonorum mobilium tertiam partem vendit, reliquas vero cum stabilibus adnotat pro Curia.

Per Iohannem Farraum Notarium Aquilae.

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 5. N. 14.

1280. *Februarii* 5. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XIV. Ripae-Albae* (1).

Gregorius Pastor, ut exsequatur mandatum Petri de Sovilla Iustitiarii Honoris Montis S. Angeli, et Capitanei Luceriae, iniungit Universitati Castri Ripae-Albae, ut eligat taxatores, et collectores ad distribuendam, et exigendam generalem Subventionem.

Per Guillelmum Scriptorem Castri Ripae-Albae in defectu Notarii.

FASCICULUS XLVIII.

N. 1.

Olim Arca H. Fasciculus 81. N. 16.

1280. *Februarii* 8. *Indictione* 9. *Caroli I. Hierusalem anno V. Siciliae XVI. Panormi.*

Philippus de Herveo, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Guillelmi de Haumbuillerio Iustitiarii Si-

(1) Quam heic dictam vides *Ripam Albam*, hodie *Ripaldam*, seu *Ripalvam* nuncupant nostrates veteris etymologiae immemores. Communiter *Comitatui Molisii* adcensetur, sed in Regiae Camerae Quinternionibus non raro ad *Capitanatae* Provinciam refertur. Hunc fuisse errorem scriptorum, qui titulos ipsis Quinternionibus affigebant, putat Iustinianus in *Dictionario Geographico Regni Neapolitani* h. v. Sed re vera, uti ex praesenti, aliisque documentis liquido eruimus, ad Capitaneum Luceriae olim oppidum istud pertinuit.

ciliae ultra Flumen Salsum, declarat Laurentium Rufulum emisse frumentum pro Curia tarenis 8. ponderis generalis.

Per Bartholomaeum de Castro-Principis Notarium Panormi.

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 36. N. 27.

1280. *Februarii* 8. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Gaudiani.*

Dionysius de Foveis, ut exsequatur mandatum Iohannis de Bosco Iustitiarii Basilicatae, iniungit Universitati Gaudiani, ut quotidie mittat salmas 10. lignorum ad calcarias pro operibus Castri Melfiae.

Per Lucam Notarium Gaudiani.

N. 3.

Olim Arca K. Fasciculus 42. N. 15.

1280. *Februarii* 15. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XV. Saponarae.*

Universitas Saponarae, ut exsequatur mandatum Iohannis de Bosco Iustitiarii Basilicatae, eligit Iohannem Ferrarium, Palmerium Domini Andreae, Guillelmum Stemperatum, et Rogerium de Nicolao taxatores, et collectores pecuniae Generalis Subventionis.

Per Symonem Notarium Saponarae.

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 66. N. 4.

1280. *Februarii* 21. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XV. Petrae-Gallae.*

Universitas Petrae-Gallae, ut exsequatur mandatum Iohannis de Bosco Iustitiarii Basilicatae, eligit Iohannem de Ionatha, et Oliverium de Alexandro taxatores, et collectores pecuniae Generalis Subventionis.

Per Riccardum Scriptorem Petrae-Gallae in defectu Notarii.

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 7. N. 3.

1280. *Februarii* 26. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XV. Venafri.*

Nicolaus Paulus, ut exsequatur mandatum Bisancii de Vigiliis Magistri Portulani, et Procuratoris Terrae Laboris, post

Digitized by Google

subhastationem, et fideiussionem locat Guillelmo de Palermo Cabellam molendinorum, et *balnei* (1) Venafri.

Per Augustinum Notarium Venafri.

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 6. N. 5.

1280. *Aprilis* 5. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XV. In Turri S. Herasmi prope Capuam.*

Rex mandat Patritio de Chaurs Iustitiario Terrae Ydronti, ut solvat Drogoni de Vallibus Castellano Castri Avelonae uncias auri 50. pro reparatione cuiusdam putei.

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 55. N. 14.

1280. *Aprilis* 5. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XV. In Turri S. Herasmi prope Capuam.*

Rex mandat Heliae de Tuello Iustitiario Principatus, ut ob mortem Raynaldi de Poncellis faciat assecurari Iohannoctum eius filium ab hominibus Castrorum Brugentiae, Andrectae, et Petrae-Paganae in Iustitiariatu Basilicatae.

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 54. N. 13.

1280. *Aprilis* 10. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XV. In Turri S. Herasmi prope Capuam.*

Rex mandat Patritio de Chaurs Iustitiario Terrae Ydronti, ut complenda curet opera Castri Brundusii, pro quibus expendat pecuniam necessariam.

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 60. N. 3.

1280. *Aprilis* 14. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XV. Rodi.*

Universitas Rodi, ut exsequatur mandatum Petri de Sumvilla

---

(1) *Cabella Balnei* meruit peculiariter notari, quia in hoc membranarum indice nusquam occurrit. Venafri fontanas ac fluviales aquas esse limpidissimas, ac saluberrimas novimus: ac propterea multi adcolae eo conveniebant, ut *balneorum* utilitatem experirentur. Quo factum est, ut ea tempestate, quae incredibili onerum publicorum multitudine laborabat, ista quoque *Cabella* exstiterit.

(Jamvilla) Iustitiarii Capitanatae, ac Honoris Montis S. Angeli, et Capitanei Luceriae, eligit Riccardum de Rosata, et Christophorum de Bonaricca Syndicos, ut ipsum adeant ad quasdam commissiones exsequendas.

Per Tancredum Notarium Rodi.

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 38. N. 6.

1280. *Aprilis* 29. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XV. Graniani.*

Nicolaus de Petra-Pagana dat fideiussionem Heliae de Tuello Iustitiario Principatus pro *Relevio* (1) debito ab Iohanne de Poncellis pheudatario.

Per Corradum Notarium Graniani.

FASCICULUS XLIX.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 16. N. 18.

1280. *Maii* 8. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XV. Neapoli.*

Rex mandat Magistris Portulanis, et Procuratoribus Apuliae, atque Aprutii, ut sinant Petrum Permarinum extrahere, soluto iure exiturae, frumenti salmas 1500., et hordei salmas 500.

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 64. N. 4.

1280. *Maii* 16. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XV. Neritone.*

Bartholomaeus de Iudice Gualterio, ut exsequatur mandatum

---

(1) Barones, qui *Feudum* ex successione acquirebant, ad dimidium fructuum unius anni in signum dominii directi, et reverentiae praestandum, teneri tradit Marinus Freccia de Subfeudis. Id autem oneris *Relevium* primum adpellatum invenies in Constitut. Frederici: *De morte baronis nuncianda*, etc.; cuius vocis nomen a verbo *relevare*, post Andream de Isernia, repetit Rapolla, *De Iure feudali*; quia scilicet eo anno *relevatur* a ceteris praestationibus, quae iure communi *Feudo* sunt adiuncta: vel potius quia *Feudum* morte *Feudatarii ad manus Curiae* quodammodo devolutum per *Relevium* a Curia ipsa *relevaretur*. Ceterum qui plura de hac re exoptat, adeat tum nostros scriptores *de Iure Feudali* tum *pragmaticas* Regni, in quibus, quidquid ad hoc praestationis genus spectat, congestum invenietur.

Digitized by Google

Regium denunciatum per litteras Patricii de Chauts Iustitiarii Terrae Ydronti, quae exscribuntur, ob mortem Rogerii de Casalareto facit assecurari Berardum eius filium ab hominibus Casalis Heclii, et Feudi siti in Territorio Castellaneti, accepta prius uncia 1. pro Relevio.

Per Guillelmum de Petrono Notarium Neritonis.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 2. N. 7.

1280. *Maii* 18. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XV. Pennae.*

Universitas Civitatis Pennae eligit Nazarium Syndicum suum ad deferendas Iustitiario uncias 77., tarenos 17., et granos 12. pro Generali Subventione.

Per Matthaeum Notarii Raymundi Notarium Pennae.

N. 4.

Olim Arca H. Fasciculus 19. N. 3.

(1280.) *Maii* 29. *Indictione* 8. (*Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XV.*) *Neapoli.*

Rustaynus de Terrascono Provisor Castrorum Capitanatae, et Basilicatae declarat se recepisse a Thesaurariis Regiis uncias 329., et tarenos 18. pro gagiis servientium Castris sibi commissis.

Per Nicolaum Vespulum Notarium Neapolis.

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 38. N. 5.

1280. *Maii* 31. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XV. Tribus-Sanctis.*

Iudex, et Notarius declarant 16. Scuterios singillatim recensitos continenter moratos esse in custodia pultrorum Marescalliae Trium-Sanctorum.

Per Silvestrum Notarium Corneti.

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 33. N. 2.

1280. *Maii* 31. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XV. Fogiae.*

Iudex, et Notarius declarant Scuterios singillatim recensitos

Digitized by Google

continenter moratos esse in custodia pultrorum Marescalliae Vivarii S. Laurentii.

Per Franciscum de Angelo Notarium Fogiae.

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 2. N. 2.

1280. *Iunii* 2. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XV. Spinaciolae.*

Pantaleo de Matera Magister Araciarum Curiae in Basilicata inurendum curat *mercum* Curiae pullis Araciarum.

Per Nicolaum Notarium Spinaciolae.

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 41. N. 4.

1280. *Iunii* 12. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XV. Summae.*

Rex mandat Philippo de Laverio Iustitiario Terrae Laboris, et Comitatus Molisii, ut ob mortem Iohannis de Soffumes faciat assecurari Iohannem eius filium ab hominibus Thelesiae, ab eoque in proximo festo Nativitatis Domini exigat Relevium.

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 55. N. 1.

1280. *Augusti* 21. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XVI. Aquilae.*

Simon de Bonis Provisor Castrorum Aprutii, ut exsequatur mandatum Regium, quod exscribitur, solvit gagia Castellanis, et Servientibus Castrorum Aprutii singillatim recensitis pro mensibus Ianuarii, Februarii, Martii, et Aprilis; et declarat se de unciis 633., ac tarenis 6. ad id ab Rege acceptis distribuisse tantum uncias 573., tarenos 15., et granos 4., quia nonnullos servientes iam mortuos esse cognoverat.

Per Paulum Angeli Notarium Aquilae.

N. 10.

Olim Arca B. Fasciculus 57. N. 10.

1280. *Augusti* 31. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XVI. Manfridoniae.*

Iudex, et Notarius declarant *roncinos* (1) certo tempore addictos fuisse ad construendum portum Manfridoniae.

Per Benedictum Notarium Manfridoniae.

FASCICULUS L.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 54. N. 2.

1280. *Augusti* 31. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XVI. Spinaciolae.*

Petentibus Praeposito, et Magistris Marescalliarum, quae singillatim memorantur, conficitur inventarium pultrorum, equorum, et roncinorum, qui mortui erant in Marescallia S. Gervasii.

Per Nicolaum Notarium Spinaciolae.

N. 2.

Olim Arca H. Fasciculus 86. N. 4.

1280. *Augusti* 31. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XVI. Spinaciolae.*

Iudex, et Notarius declarant homines singillatim recensitos continenter moratos esse in Marescallia Spinaciolae ad suum munus obeundum.

Per Nicolaum Notarium Spinaciolae.

---

(1) De portu Manfridoniae, eiusque constructione plura se se hactenus obtulerunt documenta, ex quibus intelligimus Regem enixe incubuisse, ut ea urbs portu amplissimo ornaretur, ut ad Adriae Orientales oras classis instrui posset, et commercium facilius frequentaretur. Nil mirum est autem ad huiusmodi opus absolvendum *Roncinos* fuisse adbibitos, ac debuisse Regem pro eorum conductione aliquid exsolvere; siquidem ad hoc praesens charta ab iudice et notario confecta videtur. De *Roncinis* autem nihil te moramur, lector; ex glossariis enim disces *equum minorem seu gregarium* ita fuisse dictum. Unum addemus nunquam fortasse apud nostrates fuisse scriptum *Runcinum*, sed *Roncinum*, contra exterarum membranarum consuetudinem.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 54. N. 18.

1280. *Augusti* 31. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XVI. et Caroli Principis Salernitani anno IX. In Castro-Maris de Stabia* (1).

Petrus Castanea, Guillelmus Vaccarus, et Florius Montanarius Statuti ad custodiendos portus Castri-Maris, ut exsequantur mandatum Regium denunciatum per litteras Bisancii de Vigiliis Magistri Portulani, et Procuratoris Principatus, Terrae Laboris, et Comitatus Molisii, quae exscribuntur, declarant se comperisse, post mandatum Universitatibus a se iniunctum die 20. Martii nulla victualia fuisse extracta.

Per Thomam Castaldum Notarium Castri-Maris.

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 60. N. 18.

1280. *Augusti* 31. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XVI. Procidae.*

Robertus Matarensis, et Nicolaus Calabrensis Statuti ad custodiendos portus, littora, et maritima Insulae Procidae, ut exsequantur mandatum Regium denunciatum per litteras Bisancii de Vigiliis Magistri Portulani, et Procuratoris Principatus, Terrae Laboris, et Comitatus Molisii, victualium extractionem impedire satagunt (2).

Per Henricum de Martino Notarium Procidae.

---

(1) Ut intelligas, lector, cur addatur nomini Castri-maris τὸ ἐπίθετον *de Stabia*, noscas, velim alia quoque Castra-maris in nostro regno a Geographis nostratibus distingui: uti Castrum-maris Vulturni, et Castrum-maris Brunse. Quando autem nomen Castri-maris nostrâ Stabia obtinuerit, satis obscura res est. Milante in suo opero *de Stabiis* Diss. I. hoc accidisse paulo ante annum 1230. autumat, cum primum in diplomate Friderici legitur eius civitatis Praesul modo Stabiensis, modo Castri-maris Episcopus adpellatus. Profecto temporibus Regum Andegavensium Civitas haec Castrum-maris de Stabia constantissime nuncupatur.

(2) Ad hanc, et alteram, quae mox sequitur, scripturam publica luce donandam dulcis Patriae amor me vehementer impulit. Quum enim Prochytae, Deo favente, A. R. S. 1786. VI. Eid. Febr. natalem diem, eumdemque Instricum sortitus fuerim, eiusque Insulae admodum rara obveniant monumenta; abs re non duxi duo haec forte fortuna mihi oblata e tenebris eruere, per quae ad eam

Digitized by Google

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 26. N. 20.

1280. *Augusti* 31. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem annò IV. Siciliae XVI. Procidae.*

Robertus Matarensis, et Nicolaus Calabrensis Statuti ad custo-

---

illustrandam aliquid luminis erumpit. Patet enim ipsam plures portus, et magistratus suos, et habitatores admodum frequentes, eosdemque Regiis iussionibus obtemperantes habuisse: intelligimus etiam annonae caritatem, quae tunc temporis nostrum vexabat Regnum, quod ex aliis quoque adpositis membranis evincitur. ,, In nomine domini nostri Jhesu Xpi dei eterni anno ab incarnatione eius.
,, dem millesimo ducentesimo octuagesimo Regnante domino nostro Karolo dei
,, gratia serenissimo Jerusalem et Sycilie Rege ducatus apulie et prin-
,, cipatus capue principe achaye andegavie provincie Forchalquerii et Ter-
,, nodori Comite. Regnorum eius Ierusalem anno quarto Sycilie vero sex-
,, todecimo die ultimo mensis Augusti octave Indictionis apud Procidam. Nos
,, Rogerius Insule procide Iudex Henricus de martino puplicus eiusdem
,, terre Notarius et subscripti testes ad hoc specialiter vocati et Rogati pre-
,, senti scripto puplice notumfacimus et testamur quod olim prudentes vi-
,, ri Robbertus matarensis et Nicolaus calabrensis de eadem terra procide sta-
,, tuti super custodia portuum litorum et maritimarum in tota ysula pro-
,, cide ab olim die vicesimosecundo mensis ianuarii proximo preteriti pre-
,, sentis octave indictionis per nobilem et discretum virum dominum iudicem
,, Bisancium de Vigiliis Regium magistrum portulanum et magistrum procu-
,, ratorem principatus terrelaboris et Comitatus molisii olim die vicesimotertio
,, eiusdem mensis Ianuarii eiusdem octave Iodictionis ad executionem eorum
,, que tam lictere commissionis ipsorum quam constitutiones Regie in talibus
,, edite eis sub sigillo eiusdem magistri procuratoris transmisse continent pro-
,, cedere cupientes Nos requisiverunt ex parte Regia ut eis super executionem
,, huiusmodi assistere personaliter deberemus et de gestis per eos super pre-
,, missis conficeremus ad curie suique cautelam puplicum instrumentum. Nos
,, vero ipsorum requisitioni parentes pro eo precipue quod fiscale negotium
,, tractabatur executioni predicte commissionis et constitutionum hiusmodi in-
,, terfuimus personaliter cum eisdem et gesta per eos soper premissis fide vi-
,, dimus oculata qui quidem statuti super custodia litorum portuum et mari-
,, timarum huiusmodi forma commissionis earum et constitutionum Regiarum
,, in talibus editarum diligenter inspecta et in omnibus observata sic predictum
,, portum litora et maritimas omnes eorum custodie commissas ad honorem
,, et fidelitatem Regiam seeque Curie incrementum tam demanii Regii quam
,, Ecclesiarum comitum et Baronum si qua in eisdem partibus extiterunt diu noc-
,, tuque custodire cum omni sollicitudine et diligentia studuerunt a predicto die
,, vicesimo tertio predicti mensis Ianuarii presentis octave iodictionis silicet quo
,, ceperunt predictum officium exercere usque nunc nobis scientibus et videntibus
,, ac plenam notitiam inde habentibus per homines eiusdem terre procide per quos
,, ad sacramenti prestationem astrictos dicti portulani et custodes super hiis in
,, nostri presentia sepe sepius inquisiverunt quod nulla prorsus victualia legu-

Digitized by Google

diendos portus, littora, et maritima Insulae Procidae, ut exsequantur mandatum Regium denunciatum per litteras Bisancii de Vigiliis Magistri Portulani, et Procuratoris Principatus, Terrae Laboris,

---

,, mina seu quecumqno alia prohibita a portu predicto et locis marittimis
,, dicte commissionis corum aliquatenus extracta fuerunt. Inhibuerunt etiam
,, predicti portulani ot custodes ex parte Regia iu predicti officii eorum
,, principio specialiter et expresse in procida et pertineuciis oius portus quo-
,, quomodo non fiant neo vassella magua mediocria vel parva seu mi-
,, nima onereutur vel exonerentur mercibus quibuscumque licitis vel illicitis
,, in portubus plagiis seu litoribus ipsius terre aut morentur in ea nisi forto
,, maris tempestate vel aliqua alia iusta causa et evidenti necessitate super ve-
,, nienti cogerentur ad partes ipsas in corum transitu necessario declinare
,, non tamen pro occasione declinationis buiusmodi victualia seu merces alie
,, licite vel illicite onerentur iu portubus dicte terre vel exouerentur nec
,, abinde aliquatenus extrahantur. Et statim sedata temporis tempestata a locis
,, illis rocedant et conferant se ad portus statutos. Ad maiorem quoque caute-
,, lam inhibuisse expresse iuxta tenorem commissionis eorum omnibus prela-
,, tis comitibus et Baronibus siqui terras aliquas iu predicta insula procide
,, habuissent set quia nulli prelati comites et Barones iu eadem insula procido
,, erant terras habentes aliquas idcirco prohibitio ipsa locum non habuit iuxta
,, formam commissionis eiusdem et nichilominus huiusmodi prohibitionem Re-
,, giam fecerunt voce preconia universis ot singulis do terra ipsa commissio-
,, nis eorum et mercatoribus massime tam de partibus ipsis quam aliunde in
,, eisdom partibus nogotiautibus divulgari et extractionem ipsam striotius inhi-
,, beri. Que omnia sicut dicta sunt superius predicti portulani et custodes pre-
,, dicto tempore inviolabiliter observarunt et fecerunt tenaciter observari ot de
,, huiusmodi vassellis magnis mediocribus et parvis et de predictis in predicta
,, inhibitione contentis sollicite perquirentes nulla talia vassella magua medio-
,, cria seu parva contra predictam inhibitionem invenerunt vel intercipere po-
,, tuerunt. Quo victualia legumina seu quecunque alia prohibita de predictis
,, portubus commissionis eorum extraherent nec per aliquos onerentur iu eis nec
,, aliqua vassella talia onerata vel exonerata fuerunt mercibus quibuscumque
,, licitis vel illicitis in portubus plagiis seu litoribus ipsius terre procide neo
,, victualia et merces aliquas de maritima seu litoribus ipsius terre in vas-
,, sellis magnis seu parvis per mare extrassisse vel extrahi fecisso aut per-
,, misisse nec etiam aliquos mercatores transgressores buiusmodi inhibitionia
,, Regio invenerunt. De quibus omnibus qualiter acta sunt coram nobis ad cau-
,, telam Curie predicti magistri portulani Magistri procuratoris ac predictorum
,, portulanorum et custodum maritime supradicte ad cequisitionem ipsorum
,, portulanorum et custodum presens conficimus puplicum instrumentum signo
,, mei predicti notarii subscriptione et sigillo mei qui supra iudicis et nostro-
,, rum subscriptorum testium subscriptionibus roboratum. Quod scripsi ego pre-
,, dictus Henricus puplicus procide Notarius quia predictis Rogatus interfui
,, et meo signo signavi = Rogerius Insule procide Iudex = Simeon de ursone
,, testor = Angelus de nicolau testis sum.

et Comitatus Molisii, quae exscribuntur, comperiunt post mandatum ipsum Universitati a se iniunctum die 22. Martii, nulla victualia fuisse extracta (1).

Per Henricum de Martino Notarium Procidae.

,, (1) In nomine domini nostri Ihesu Xpi dei eterni anno ab incarnatione
,, eiusdem millesimo ducentesimo octuagesimo die ultimo mensis Augusti octave
,, indictionis Regnante domino nostro Karolo dei gratia serenissimo Jerusalem et
,, Sycilie Rege ducatus apulie et principatus capue principe achaye andega-
,, vie provincie forchalquerii et Toruodori Comite Regnorum eius Ierusa-
,, lem anno quarto Syeilie vero sextodecimo aput Procidam. Nos Rogerius
,, Iudex Insule procide Henricus de Martino puplicus eiusdem terre Notarius
,, et subscripti testes ad hoc specialiter vocati et Rogati presenti scripto pu-
,, plico notumfacimus et testamur quod prudentes viri Robbertus matarensis et
,, Nicolaus calabrensis de procida statuti portulani super eostodia portuum
,, litorum et maritimarum procide per nobilem et discretum virum dominum
,, Iudicem Bisancium de vigiliis Regium magistrum portulanum et magistrum
,, procuratorem principatus terrelaboris et Comitatus molisii olim vicesimo se-
,, cundo mensis Marcii eiusdem octave indictionis in nostri presentia constituti
,, ostenderunt nobis et puplice legi fecerunt quasdam licteras eis transmissas
,, a predicto domino magistro portulano et procuratore solito sigillo eiusdem
,, domini magistri portulani et procuratoris cere viridis sigillatas continencie
,, talis Prudentibus viris Robberto matarensi et Nicolau calabrensi de procida
,, statutis portulanis super custodia litorum portuum et maritimarum procide
,, amicis suis Iudex Bisancius de vigiliis Regius magister portulanus et magister
,, procurator principatus terrelaboris et Comitatus molisii etc. Sacrum mandatum
,, Regium nuper recepimus in hac forma Karolus dei gratia Rex Ierusalem
,, Syeilie etc. Iudici Bisaucio de vigiliis magistro portulano et magistro procuratori
,, etc. nostris nuper auditibus quamplurium nostrorum fidelium relacione perve-
,, nit quod in Regno nostro Syeilie victualium et leguminum carastia est exorta
,, et in antea maior imminet nisi super hoc congrue provisionis remedio per
,, nostram Celsitudinem occurratur. Nos autem qui fidelium nostrorum ipsius
,, regni salubrem et bonum statum attencius affectamus eorum gravaminibus
,, et oneribus Benignitate regia preeaventes Consulta deliberatione providimus
,, extractionem victualium et leguminum eorumdem per partes ipsius Regni
,, singulas esse generaliter inhibendum ideoque tibi sub pena persone et om-
,, nium bonorum tuorum tenore presencium expresse interdicimus et firmiter
,, inhibemus quod nulla prorsus victualia seu legumina deinceps de portubus
,, litoribus et locis maritime iurisdictionis tue per quoscumque aliquatenus
,, extrahi paciaris absque speciali mandato nostro sub utroque sigillo nostro
,, magno videlicet pendenti et parvo secreto tibi propterea dirigendo et portus
,, litora et loca ipsa maritime die noctuque sic accurata vigilantia et solli-
,, citudine custodias et facias iugiter custodiri quod nulla ipsorum victualium
,, seu leguminum quantitas per quoscumque abinde penitus extrahatur immo
,, si aliquem ea furtive intercipere contingerit contra eum ad penam procedas
,, iuxta formam commissiuuis et capitulorum que sub sigillo celsitudinis no-
,, stre habes nostris super heditis constitutionibus comprehensam. Cautus exi-

N. 6.

Olim Arca F. Fasciculus 18. N. 14.

1280. *Septembris* 3. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Brundusii.*

Universitas Brundusii, ut exsequatur mandatum Lodoyci de Montibus Iustitiarii Terrae Ydronti, quod exscribitur, eligit Iudices pro anno VIII. Indictionis.

Per Matthaeum de Notario Ursone Notarium Brundusii.

„ stens qnod presens interdictum et mandatum nostrum inviolabiliter observes
„ et facias per decretam tibi provinciam tenaciter observari sicut persone pe-
„ riculum et bonorum tuorum dispendium incurrere perorressis siqui tamen
„ mercatores vel alii eoram te venerint huiusmodi victualia et legumina
„ extrahere de portubus iurisdictionis tue velentes Eos ad curiam nostram
„ mictas cum licteris tuis ipsorum nomina et cognomina et quantitatem quam
„ extrahere peticrint de quibus portubus et eum quo vel cum qnibus vas-
„ sellis continentibus seriatim ut super hiis diligenti consilio habito nostre de-
„ mandomus Beneplacitum voluntatis. Datum aput Turrim Sancti herasmi
„ prope Capuam anno domini millosimo ducentesimo octuagesimo die
„ sextodecimo marcii octavo Indictionis Regnorum nostrorum Ierusalem anno
„ quarto, Syeilie vero quintodecimo. Cumque ad ipsius mandati exeeutionem
„ intendere cupiamus vobis sub pena personarum et boorum vestrorum omnium
„ tenore presentium expresse mandamus et firmiter inbibemus quod deinceps
„ nulla prorsus victualia seu legumina de portubus litoribus et locis maritime
„ quorum custodiam vobis commisimus per quoscumqne extrahi aliquatenus pa-
„ eiamini absque speciali mandato Regio nobis sub utroque sigillo Regio ma-
„ gno videliect pendenti et parvo secreto ac lictcris nostris vobis propterea
„ dirigendis et portus litera et loca ipsa maritime die noctuque sic accu-
„ rata vigilantia et sollicitudine custodiatis qued nulla ipsorum victualium seu
„ leguminum quantitas per quoscumque ab inde penitus extrahatur immo si
„ aliques ea furtive intercipi contingerit extrahentes ipsorum capiatis de personis
„ et captos ad nos sub fida et diligenti custedia destinetis ut contra eos
„ iuxta formam commissionis et capitulorum que sub sigillo Regie celsitudinis
„ habemus Regiis super hiis editis comprehensam constitucionibus procedamus
„ Captis nihilominus victualibus et leguminibus in quarum extractionem pre-
„ dicti mercatores fuerint intercepti vascella in quibus victualia ipsa inventa
„ fuerint et omnibus aliis cautelis habitis que in commissionis vestre licteris
„ ac statutis regiis vobis sub sigillo nostro tradditis continentur. Cauti existen-
„ tes quod presens interdictum et mandatum inviolabiliter observetis sicut
„ personarum vestrarum dispendium et bonorum vestrorum periculum formidatis
„ Siqui tamen mercatores vel alii huiusmedi victualia et legumina extrahere de
„ portubus commissionis vestre volentes coram vobis venerint ipsos ad Regiam
„ Curiam transmictemini cum licteris vestris ipsorum nomina et cognomina et
„ quantitatem quam extrahere petierint de quibus portubus et cum quo vel
„ quibus vascellis continentibus seriatim ut super hiis demandetur nobis Bene-

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 16. N. 6.

1280. *Septembris* 5. *Indictione* 9. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XVI. Guastaymone.*

Urso Castaldus, et Iacobus Pirontus Vicemagistri Portulani, et Procuratores Curiae in Aprutio post subhastationem locant Tho-

---

,, placitum regie voluntatis Do receptione vero presencium cum forma earum
,, nobis vestris licteris rescribatis Datum Summe vicesimo Martii oetave indi-
,, ctionis. Quibus quidem licteris visis et inspectis prefati Portulani et custodes
,, nos ex parte Regia requisiverunt ut eis super executione predicti mandati
,, personaliter assistere deberemus et de processu eorum super premissis ha-
,, bendo conficeremus ad cautelam Curie puplicum Instrumentum. Nos vero
,, ipsorum requisitioni devote parentes pro eo precipue quod fiscale nego-
,, tium tractabatur executioni predicti mandati interfuimus personaliter cum eis-
,, dem et processum eorum super premissis habitum fide vidimus oculata.
,, Quiquidem portulani et custodes forma dicti sacri mandati Regii diligenter
,, attenta et in omnibus observata olim predicto die vicesimo secundo predi-
,, cti mensis Martii eiusdem ootave indictionis in predicta terra procide con-
,, gregata universitate ipsius terre expresse interdixerunt et firmiter inhibuerunt
,, quod deineeps nulla prorsus victualia seu legumina de portubus litoribus seu
,, maritime oorum commisse oustodie per quoscumque extrahantur seu extrahi
,, aliquatenus paciantur absque speciali mandato dicti domini magistri portulani
,, mictendo portulanis et custodibus eisdem cum inserta forma sacri mandati
,, Regii dicto magistro Portulano destinandi sub utroque Sigillo regio magno
,, videlicet pendenti et parvo secreto. Nichilominus predicti Portulani et cu-
,, stodes volentes super executione predicti mandati curam adhibere sollici-
,, tam et circa custodiam portuum litorum et maritimarum huiusmodi proce-
,, dere cum cautela et sollicitudine diligenti sic portus litora ipsa maritime
,, die noctuque accurata diligentia custodierunt et custodiri fecerunt sicut no-
,, bis ad litora portus et maritimas ipsas sepe sepius accedentibus oculata
,, fide constitit evidenter quod nulla ipsorum victualium seu leguminum quan-
,, titas per quoscumque ab inde penitus extracta fuit nec aliqui qui ea furtive
,, inde extraherent per predictos portulanos et custodes intercipi potuerunt ut
,, interceptos de personis caperent et ad eumdem dictum magistrum portulanum
,, sub fida et diligenti custodia destinarent. Unde ad futuram memoriam et
,, tam Regie Curie certitudinem quam predicti magistri portulani et magistri
,, procuratoris ac predictorum portulanorum et custodum portuum litorum et
,, maritimarum predictarum cautelam ad requisitionem predictorum Portulano-
,, rum de premissis omnibus qualiter acta sunt coram nobis presens confeci-
,, mus puplicum Instrumentum Signo mei qui supra Notarii sigillo et subscri-
,, ptione mei qui supra iudicis et nostrum subscriptorum testium subscriptio-
,, nibus Roboratum. Quod scripsi ego predictus Henricus de Martino puplicus
,, predicte terre procide Notarius quia predictis rogatus interfui et meo signo
,, signavi = Rogerius Insulo Procide Iudex = Simeon de Ursone testor = An-
,, gelus de Nicolao testis sum.

masio de Gipstio Cabellam Baiulationis Terrarum recensitarum unciis auri 19.

Per Benencasam Notarium Guastaymonis.

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 20. N. 3.

1280. *Septembris* 6. *Indictione* 9. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XVI. Melfiae.*

Rex mandat Ferrerio de Casarano Iustitiario Vallis Cratis, et Terrae Yordanae, ut mense Novembri mittat Manfridoniam vites necessarias plantandis 10. vineis Regiis (1).

N. 9.

Olim Arca B. Fasciculus 49. N. 3.

1280. *Septembris* 7. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Neritone.*

Universitas Maitinae-Grandis, ut exsequatur mandatum Lodoyci de Montibus Iustitiarii Terrae Ydronti, eligit Georgium de Maione Magistrum Iuratum pro anno VIII. Indictionis.

Per Guillelmum de Petrono Notarium Neritonis.

N. 10.

Olim Arca H. Fasciculus 25. N. 27.

1280. *Septembris* 7. *Indictione* 9. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XVI. Melfiae.*

Rex promulgat *Cedulam* pecuniae Generalis Subventionis distribuendae Civitatibus, ac Terris Iustitiariatus Ydronti, quae recensentur.

---

(1) *Siponto-Novello*, seu *Manfridoniae* amplissimus a Manfredo attributus est ager, cuius pars civibus, incolisque cessit, pars regiis sumtibus culta est; eaque vitibus serendis opportunissima fuit. Inde vineas regias Manfridoniae celeberrimas extitisse novimus.

Digitized by Google

FASCICULUS LI.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 6. N. 11.

1280. *Septembris* 12. *Indictione* 9. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XVI. Civitate.*

Matthaeus Nicolai de Licto, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Petri de Suilla Iustitiarii Capitanatae, ac Honoris Montis S. Angeli, et Capitanei Luceriae, per testium depositiones recensitas declarat Universitatem Civitatis quotannis solvisse tarenos 15. pro officio iudicatus.

Per Sergium Notarium Civitatis.

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 49. N. 3.

1280. *Septembris* 14. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Tarenti.*

Maraldus de Traganato, ut exsequatur mandatum Lodoyci de Montibus Iustitiarii Terrae Ydronti, quod exscribitur, per testium depositiones recensitas declarat Universitatem Tarenti quotannis solvisse tarenos 22. cum dimidio pro officio iudicatus.

Per Guillelmum de Magistro Leone Notarium Tarenti.

N. 3.

Olim Arca II. Fasciculus 86. N. 10.

1280. *Septembris* 14. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Ydronti.*

Universitas Terrae maioris Ecclesiae Ydrontinae (1), ut exsequatur mandatum Lodoyci de Montibus Iustitiarii Terrae Ydronti, eligit Nicolaum de Eugenio Magistrum Iuratum pro anno VIII. Indictionis.

Per Robbertum Buffa Notarium Ydronti.

---

(1) *Maior Ecclesia* frequentissime idem sonat, atque *Cathedralis*, quam medio aevo *Catholicam*, seu *Episcopalem*, seu *Matrem*, seu *Matricem*, seu *Matricularem*, seu *Matricalem*, seu *Principalem*, seu *Seniorem*, seu κατ' ἐξοχὴν *Ecclesiam* dicere consuerunt. Porro huiusmodi Ecclesiis Feuda, et quidem amplissima, interdum fuisse tributa, comperta res est. Praesertim Ecclesia Hydruntina pagis, pheudisque plurimis praedita erat: immo in universa Provincia adeo eminebat, ut ab ipsis *Suffraganeis, et Baronibus regalia exigeret.* Vide Ughel. *Italia Sacra* T. IX. p. 54. et seq. *Venetiis* 1721.

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 33. N. 11.

1280. *Septembris* 16. *Indictione* 9. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XVI. Melfiae.*

Rex mandat Mauro Pironto, et Nicolao Castaldo Magistris Portulanis, et Procuratoribus Apuliae, et Aprutii, ut dent Guillelmo de Mesnilio, et Jacobae de Foresta possessionem Castri Muscufi, quod eisdem concesserat sub servitio duorum militum.

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 17. N. 2.

1280. *Septembris* 17. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Neritone.*

Universitas Terrae quondam Rogerii de Casilareto, ut exsequatur mandatum Lodoyci de Montibus Iustitiarii Terrae Ydronti, eligit Michaëlem Platy Syndicum ad recipiendam, et distribuendam novam Denariorum monetam.

Per Guillelmum de Petrono Notarium Neritonis.

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 69. N. 16.

1280. *Septembris* 18. *Indictione* 9. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XVI. Melfiae.*

Rex mandat Mauro Pironto, et Nicolao Castaldo Magistris Procuratoribus, et Portulanis Apuliae, et Aprutii, ut dent Ferrerio de S. Amantio possessionem Castri Astiliani in Iustitiariatu Basilicatae, quod eidem concesserat sub servitio quatuor militum.

N. 7.

Olim Arca B. Fasciculus 49. N. 2.

1280. *Septembris* 18. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Tarenti.*

Universitas Tarenti, ut exsequatur mandatum Lodoyci de Montibus Iustitiarii Terrae Ydronti, eligit quatuor iudices pro anno VIII. Indictionis.

Per Guillelmum de Magistro Leone Notarium Tarenti

Digitized by Google

N. 8.

Olim Arca A. Fasciculus 37. N. 9.

1280. *Septembris* 18. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Brundusii.*

Universitas Terrae quondam Thomae de Riccavilla, ut exsequatur mandatum Lodoyci de Montibus Iustitiarii Terrae Ydronti, eligit Nicolaum de Vincentio Magistrum Iuratum pro anno VIII. Indictionis.

Per Nicolaum Notarium Brundusii.

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 33. N. 14.

1280. *Septembris* 18. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Tarenti.*

Universitas Terrae Archiepiscopi Tarentini (1), ut exsequatur mandatum Lodoyci de Montibus Iustitiarii Terrae Ydronti, eligit Stephanum domini Stephani Magistrum Iuratum pro anno VIII. Indictionis

Per Guillelmum Cassanellum Notarium Tarenti.

---

(1) Quaenam fuerit haec terra Archiepiscopi Tarentini, nec a praesenti membrana, nec ab Historicis novimus. In *Regesto* tamen sig. 1275. A. fol. 102. a t.° legimus Carolum anno 1275. providisse, ne electus Archiepiscopus Tarentinus a pacifica, et immemorabili *possessione tenimenti S. Theodori prope Turrem Maris deturbaretur*: et in *Regesto* sig. 1276. et 1277. A. fol. 147. a t.° habes compositionem initam inter eumdem Tarentinum Archiepiscopum et Adinectum filium Drogonis de Bellomonte, qui tenimentum S. Theodori situm prope Turrem Maris a Tarentina occupaverat Ecclesia. Hinc cum de nulla alia Terra ad Tarentinam Ecclesiam pertinente in Caroli I. tabulariis peculiaris mentio occurrat, facili negotio asserere possumus ipsam fuisse, quae electionem Magistri Iurati, uti nostra testatur membrana, peragit.

Unum te moneo, lector: si forte *repertorium* Claritii prae manibus habebis pag. 169. leges, 1272. A. fol. 164. et a t.° *Relaxatio collectarum pro Universitate et hominibus Casulis Criptaliarum Vassallis Archiepiscopi Tarenti*; ex quibus verbis fortasse coniicies Criptateas quoque fuisse terram Archiepiscopi Tarentini. Verum in hunc errorem ego quoque incideram; sed adiens ipsum fontem nempe *Regestum* sig. 1272. A. fol. 164. verba haec *Vassallis Archiepiscopi Tarenti* non inveni: diploma enim duntaxat testatur Regis Vicarios anno 1285. incolis Criptalearum in obsidione Tarenti ab Ioanne de Monteforto pene eversis immunitatem a collectis concessisse; idque beneficium precibus Archiepiscopi Tarentini fuisse impertitum: sed num inde necessario eruamus terram uti *Feudum* ad ipsum Archiepiscopum pertinuisse, videant Diplomatici. De Ecclesiae autem Tarentinae dignitate, et divitiis vide Ioan. Iovenem *De Varia Tarentin. fortuna* L. VIII. p. 198. et seqq. Ughell. *Ital. Sacr.* T. VIII. p. 116. et seqq. Venet. 1721.

Digitized by Google

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 55. N. 10.

1280. *Septembris* 18. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Brundusii.*

Universitas Butrunii, ut exsequatur mandatum Lodoyci de Montibus Iustitiarii Terrae Ydronti, eligit Nicolaum Guillelmum Syndicum ad recipiendam, et distribuendam novam Denariorum monetam.

Per Matthaeum de Notario Ursone Notarium Brundusii

FASCICULUS LII.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 41. N. 5.

1280. *Septembris* 19. (*Indictione*. 8.) *Caroli* 1. (*Hierusalem anno III. Siciliae XV.*) *Ydronti.*

Universitas Terrae quondam Iohannis . . . . , ut exsequatur mandatum Lodoyci de Montibus Iustitiarii Terrae Ydronti, eligit Nicolaum de Papaleone Syndicum ad recipiendam, et distribuendam novam Denariorum monetam.

Per Raonem Notarium Ydronti.

N. 2.

Olim Arca II. Fasciculus 25. N. 13.

1280. *Septembris* 21. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Alixani.*

Universitas Terrae Angeli de Castiliis, ut exsequatur mandatum Lodoyci de Montibus Iustitiarii Terrae Ydronti, eligit Stephanum de Presbytero Syndicum ad recipiendam, et distribuendam novam Denariorum monetam.

Per Petrum de Panormo Notarium Alixani.

Digitized by Google

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 10. N. 15.

1280. *Septembris* 21. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XV. Genusii.*

Universitas Genusii, ut exsequatur mandatum Lodoyci de Montibus Iustitiarii Terrae Ydronti, eligit Syndicos singillatim recensitos ad recipiendam, et distribuendam novam Denariorum monetam.

Per Ulixem Notarium Genusii.

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 20. N. 4.

1280. *Septembris* 22. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Brundusii.*

Universitas Terrae Nicolai Flamingi, ut exsequatur mandatum Lodoyci de Montibus Iustitiarii Terrae Ydronti, eligit Nicolaum de Calo Syndicum ad recipiendam, et distribuendam novam Denariorum monetam.

Per Nicolaum Notarium Brundusii.

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 27. N. 14.

1280. *Septembris* 22. *Indictione* 9. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XVI. Sacci.*

Universitas Sacci, ut exsequatur mandatum Helyae de Tuello Iustitiarii Principatus, eligit Franciscum Barberium Magistrum Iuratum pro anno IX. Indictionis.

Per Lanzaloctum Notarium Laureni.

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 30. N. 7.

1280. *Septembris* 22. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XIV. Aymonectae.*

Universitas Aymonectae, ut exsequatur mandatum Lodoyci de Montibus Iustitiarii Terrae Ydronti, eligit Vincentium Patriella Magistrum Iuratum pro anno VIII. Indictionis.

Per Petrum de Panormo Notarium Alixani.

Digitized by Google

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 8. N. 12.

1280. *Septembris 22. Indictione 8. Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. In Terra Goffridi de Specula.*

Universitas Terrae Goffridi de Specula, ut exsequatur mandatum Lodoyci de Montibus Iustitiarii Terrae Ydronti, eligit Cristinum de Spigiano Syndicum ad recipiendam, et distribuendam novam Denariorum monetam.

Per Nicolaum de Brundusio Notarium Alixani.

N. 8.

Olim Arca K. Fasciculus 31. N. 14.

1280. *Septembris 23. Indictione 8. Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. In Terra Berardi Theodini.*

Universitas Terrae Berardi Theodini, ut exsequatur mandatum Lodoyci de Montibus Iustitiarii Terrae Ydronti, eligit Andream de Marino Syndicum ad recipiendam, et distribuendam novam Denariorum monetam.

Per Nicolaum de Brundusio Notarium Alixani.

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 15. N. 17.

1280. *Septembris 23. Indictione 8. Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Neritone.*

Universitas Terrae quondam Gerbasii de Maytino, ut exsequatur mandatum Lodoyci de Montibus Iustitiarii terrae Ydronti, eligit Leonem Marcum Syndicum ad recipiendam, et distribuendam novam Denariorum monetam.

Per Guillelmum de Petrono Notarium Neritonis.

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 10. N. 18.

1280. *Septembris 23. Indictione 8. Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. In Terra Angeli de Scurrano.*

Universitas Terrae Angeli de Scurrano, ut exsequatur mandatum Lodoyci de Montibus Iustitiarii Terrae Ydronti, eligit Bicencium de Scurrano Magistrum Iuratum pro anno VIII. Indictionis.

Per Raonem Notarium Ydronti.

Digitized by Google

FASCICULUS LIII.

N. 1.

Olim Arca * Fasciculus 3. N. .

1280. *Septembris* 23. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Licii.*

Universitas Terrae quondam Guillelmi de Noha, ut exsequatur mandatum Lodoyci de Montibus Iustitiarii Terrae Ydronti, eligit Iohannem de Indicibus Syndicum ad recipiendam, et distribuendam novam Denariorum monetam.

Per Hugonem Notarium Licii.

N. 2.

Olim Arca H. Fasciculus 81. N. 11.

1280. *Septembris* 24. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XV. In Terra quondam Tancredi Buccarelli.*

Universitas Terrae quondam Tancredi Buccarelli, ut exsequatur mandatum Lodoyci de Montibus Iustitiarii Terrae Ydronti, eligit Petrum de Bubula Syndicum ad recipiendam, et distribuendam novam Denariorum monetam.

Per Nicolaum de Flore Notarium Castellaneti.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 2. N. 12.

1280. *Septembris* 25. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Turri Maris.*

Uuiversitas Turris Maris, ut exsequatur mandatum Lodoyci de Montibus Iustitiarii Terrae Ydronti, eligit Georgium Graecum, et Stephanum Pastorem Iudices pro anno VIII. Indictionis.

Per Stephanum Notarium Turris Maris.

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 37. N. 18.

1280. *Septembris* 25. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Sternaciae.*

Universitas Sternaciae, ut exsequatur mandatum Lodoyci de Montibus Iustitiarii Terrae Ydronti, eligit Leonem Ninnum Syndicum ad recipiendam, et distribuendam novam Denariorum monetam.

Per Hugonem Notarium Licii.

Digitized by Google

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 30. N. 6.

1280. *Septembris 25. Indictione 8. Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. In Terra quondam Iacobi de Barolo.*

Universitas terrae quondam Iacobi de Barolo, ut exsequatur mandatum Lodoyci de Montibus Iustitiarii terrae Ydronti, eligit Georgium de Ossano Magistrum Iuratum pro anno VIII. Indictionis.

Per Iohannem de S. Maria Notarium Licii.

N. 6.

Olim Arca K. Fasciculus 42. N. 24.

1280. *Septembris 25. Indictione 8. Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Brundusii.*

Universitas terrae Margariti, ut exsequatur mandatum Lodoyci de Montibus Iustitiarii Terrae Ydronti, eligit Rogerium Syndicum ad recipiendam, et distribuendam novam Denariorum monetam.

Per Nicolaum Notarium Brundusii.

N. 7.

Olim Arca E. Fasciculus 91. N. 2.

1280. *Septembris 26. Indictione 8. Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XV. In Terra Petri Alamagni.*

Universitas Terrae Petri Alamagni, ut exsequatur mandatum Lodoyci de Montibus Iustitiarii Terrae Ydronti, eligit Michaëlem de Principano Syndicum ad recipiendam, et distribuendam novam Denariorum monetam.

Per Donadeum Notarium Castri.

N. 8.

Olim Arca H. Fasciculus 68. N. 4.

1280. *Septembris 27. Indictione 8. Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XV. Vitiliani.*

Universitas Vitiliani, ut exsequatur mandatum Lodoyci de Montibus Iustitiarii Terrae Ydronti, eligit Peregrinum de Vitiliano Syndicum ad recipiendam, et distribuendam novam Denariorum monetam.

Per Hugonem Notarium Licii.

Digitized by Google

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 41. N. 11.

1280. *Septembris* 28. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Brundusii.*

Universitas Terrae S. Andreae de Insula, ut exsequatur mandatum Lodoyci de Montibus Iustitiarii terrae Ydronti, eligit Nicolaum de Iohannicio Syndicum ad recipiendam, et distribuendam novam Denariorum monetam.

Per Nicolaum Notarium Brundusii.

N. 10.

Olim Arca B. Fasciculus 49. N. 20.

1280. *Septembris* 28. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Neritone.*

Universitas Terrae quondam Petri de Diacto, ut exsequatur mandatum Lodoyci de Montibus Iustitiarii terrae Ydronti, eligit Leonem de Anastasia Magistrum Iuratum pro anno VIII. Indictionis.

Per Guillelmum de Petrono Notarium Neritonis.

FASCICULUS LIV.

N. 1.

Olim Arca H. Fasciculus 86. N. 12.

1280. *Septembris* 28. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Brundusii.*

Universitas Laciani, ut exsequatur mandatum Lodoyci de Montibus Iustitiarii Terrae Ydronti, quod exscribitur, eligit Drosum de Tufico Syndicum ad recipiendam, et distribuendam novam Denariorum monetam.

Per Nicolaum Notarium Brundusii.

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 36. N. 21.

1280. *Septembris* 28. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Neritone.*

Universitas Casalis Forchini, ut exsequatur mandatum Lo-

Digitized by Google

doyci de Montibus Iustitiarii Terrae Ydronti, eligit Theodorum de Manglanete Syndicum ad recipiendam, et distribuendam novam Denariorum monetam.

Per Guillelmum de Petrono Notarium Neritonis.

N. 3.

Olim Arca D. Fasciculus 28. N. 4.

1280. *Septembris* 29. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. In Terra Gualterii de Murchano.*

Universitas Terrae Gualterii de Murchano, ut exsequatur mandatum Lodoyci de Montibus Iustitiarii Terrae Ydronti, eligit Nicolaum Montanum Syndicum ad recipiendam, et distribuendam novam Denariorum monetam.

Per Nicolaum de Brundusio Notarium Alixani, et Montissardi.

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 36. N. 29.

1280. *Septembris* 29. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. In Terra Berardi de Frisis.*

Universitas Terrae Berardi de Frisis, ut exsequatur mandatum Lodoyci de Montibus Iustitiarii Terrae Ydronti, eligit Nicolaum Grande Magistrum Iuratum pro anno VIII. Indictionis.

Per Nicolaum de Brundusio Notarium Alixani, et Montissardi.

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 36. N. 23.

1280. *Septembris* 29. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Alixani.*

Universitas Cibani, ut exsequatur mandatum Lodoyci de Montibus Iustitiarii Terrae Ydronti, eligit. . . . . Magistrum Iuratum pro anno VIII. Indictionis.

Per Nicolaum de Brundusio Notarium Alixani.

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 69. N. 5.

1280. *Septembris* 30. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XV. Horiae.*

Universitas Horiae, ut exsequatur mandatum Lodoyci de Mon-

Digitized by Google

tibus Iustitiarii Terrae Ydronti, eligit Matthaeum Caputaquae Magistrum Iuratum pro anno VIII. Indictionis.

Per Andraeam Notarium Horiae.

N. 7.

Olim Arca A. Fasciculus 57. N. 12.

1280. *Octobris* 1. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Coriliani.*

Universitas Casalis Coriliani, ut exsequatur mandatum Lodoyci de Montibus Iustitiarii Terrae Ydronti, eligit Stephanum de Presbytero Georgio, et Leonem de Presbytero Theriano Syndicos ad recipiendam, et distribuendam novam Denariorum monetam.

Per Iohannem Raphia Notarium Licii.

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 10. N. 11.

1280. *Octobris* 5. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Carovinei.*

Universitas Carovinei, ut exsequatur mandatum Lodoyci de Montibus Iustitiarii Terrae Ydronti, eligit Angelum Rubeum, et Rogerium de Domino Martino Syndicos ad recipiendam, et distribuendam novam Denariorum monetam.

Per Mathaeum Falconerium Notarium Hostuni.

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 55. N. 4.

1280. *Octobris* 6. *Indictione* 9. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XVI. Fogiae.*

Rex mandat Patritio de Chaurs, ut sumptibus Constructorum Castri Brundusii reficiendam curet partem muri iuxta fossatum

Digitized by Google

eiusdem Castri, quae illorum culpa corruerat (1); eiusque latitudini adiiciat alios duos *palmos* (2) de pecunia Curiae.

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 11. N. 8.

1280. *Octobris* 10. *Indictione* 9. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XVI. Piscariae.*

Commissarius Iacobi Pironti, et Ursonis Castaldi Vice-Magistrorum Portulanorum, et Procuratorum Curiae in Aprutio, ut exsequatur mandatum regium denunciatum per litteras eorumdem, dat Guillelmo de Mesnilio, et Iacobae de Foresta possessionem Castri Muscufi cum iuribus, et pertinentiis singillatim recensitis.

Per Iacobum Villelmi Notarium Piscariae,

---

(1) Etsi in barbarorum legibus, quae diu apud nos viguerunt nihil ad haec Regis ordinationem probo intelligendam reperiamus, suppetunt tamen Romanae leges, quibus semper obsequium adeo impensum fuit, ut ab Rege Gulielmo, et ab Imperatore Frederico praescriptum fuerit, ad istas esse confugiendum, ubi Patriae Leges non haberentur. Vid. Constitut. Regni Sicil. lib. I. Tit. LXIII. *de Sacram. a Baiulis et Camerariis praestando l. puritatem*, et lib. I. Tit. XLVII. *de serva, iu. cam. et bur. l. ut universis.* Est itaque Romana lex „ Omnes quibus vel cura mandata fuerit operum publicorum, „ vel pecunia ad extructionem solito more credita, usque ad annos quin„ decim ab opere perfecto cum suis heredibus teneantur obnoxii: ita ut „ si quid vitii in aedificatione intra praestitutum tempus pervenerit de eo„ rum patrimonio (exceptis tamen his casibus, qui sunt fortuiti) refor„ metur. „ Cod. Lib. VIII. tit. XII. *l.* 8. *de operis vitio.* Quare constructores Castri Brundusii iure meritoque adiguntur ad murum reficiendum, qui tam cito corruerat; siquidem aedificatum fuisse hoc ipso anno constat ex membrana Fascic. XLVIII. n. 8.

(2) Fidebant veteres, ubi urbes obsidebantur, in moenium altitudine, et soliditate, idque medio aevo maxime observabatur, quando tormentorum bellicorum usus aliquantisper obsoleverat. En igitur ratio, cur muris Brundusii, quibus impendebat a Graecorum incursione periculum, alios duos palmos adiiciendos Rex mandat. Est autem *palmus* idem quod spithama, sive mensura octo circiter unciarum, quam saepe in membranis nostratibus vel bacillus ipsis alligatus, vel latitudo membranae ab initio ad crucem dedita opera in margine adpictam, designat.

Digitized by Google

FASCICULUS LV.

N. 1.

Olim Arca G. Fasciculus 37. N. 37.

1280. *Octobris 10. Indictione 8. Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Brundusii.*

Iudex, et Notarius declarant Lodoycum de Montibus Iustitiarium Terrae Ydronti distribuisse in terris iurisdictioni suae subiectis libras 3878., solidos 4., et denarios 4., novae denariorum monetae ad rationem de libris 3. per unciam iuxta mandatum Regium.

Per Nicolaum Notarium Brundusii.

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 9. N. 3.

1280. *Octobris 18. Indictione 8. Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Brundusii.*

Universitas Terrae quondam Thomasii de Riccavilla, ut exsequatur mandatum Lodoyci de Montibus Iustitiarii Terrae Ydronti, eligit Nicolaum de Vincentio Syndicum ad recipiendam, et distribuendam novam denariorum monetam.

Per Nicolaum Notarium Brundusii.

N. 3.

Olim Arca F. Fasciculus 18. N. 8.

1280. *Octobris 31. Indictione 9. Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XVI. Monte-Virgine* (1).

Universitas Montis-Virginis, ut exsequatur mandatum Heliae

---

(1) Celeberrimum Montis-Virginis Sanctuarium longam a me diatribam non requirit, quum plurimi de eo scripserint Auctores: praesertim Mastrullo *Montevergine Sacro Nap.* 1663. Giordano *Croniche di Montevergine Nap.* 1648. De Luciis *Supplemento alla Storia di Montevergine. Nap.* .... Verace *Storia, e Cose notabili di Montevergine. Nap.* 1585. Plurima pheuda ex Regum Neapolitanorum pietate, ac munificentia obtinuit: praecipue loca vicina, quae Abbates partim aedificarunt, partim iam aedificata acceperunt. Hinc intelligis, lector, quid sibi velit *Terra Montis-Virginis*, quam heic et alibi legis.

de Ticella Iustitiarii Principatus, eligit Philippum de Baiano Syndicum ad recipiendam, et distribuendam novam denariorum monetam.

Pe Alexandrum Notarium Montis-Virginis.

N. 4.

Olim Arca H. Fasciculus 85. N. 6.

1280. *Novembris* 4. *Indictione* 9. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XVI. Laureti.*

Vice-Magistri Portulani, et Procuratores Curiae in Aprutio locant Iacobo de Anzelmo molendinum, et vineale uncia auri 1., tarenis 7. cum dimidio ponderis generalis.

Per Nicolaum Gualterii Notarium Laureti.

N. 5.

Olim Arca H. Fasciculus 39. N. 8.

1280. *Novembris* 7. *Indictione* 8. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XV. Graternii.*

Universitas Graternii eligit Thomasium Ortulano, et Lia Chine Syndicos ad recipiendam, et distribuendam novam denariorum monetam.

Per Iacobum de Presbytero Actorum Notarium Graternii in defectu Notarii.

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 59. N. 13.

1280. *Novembris* 8. *Indictione* 9. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XVI. Potentiae.*

Rogerius de Castro Mediano, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Iohannis de Busco Iustitiarii Basilicatae, quae exscribuntur, per testium depositiones singillatim recensitas declarat se in terris pheudalibus introscriptis nullam invenisse no-

Digitized by Google

titiam constructionis galearnm, quae ex oblatione baronum parandae erant, et mittendae ad Regem (1).

Per Iacobum Cumbum Notarium Potentiae.

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 41. N. 16.

1280. *Novembris* 15. *Indictione* 9. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XVI. Cantalupi.*

Universitas Cantalupi, ut exsequatur mandatum Iustitiarii Terrae Laboris, et Comitatus Molisii, eligit Iohannem de Petro, et Iohannem de Roggerio Syndicos ad recipiendam, et distribuendam novam denariorum monetam.

Per Guillelmum Notarium Cantalupi.

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 20. N. 13.

1280. *Novembris . . . Indictione* 9. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XVI. Potentiae.*

Carus de Monte Albano Syndicus Casalis S. Basilii declarat se recepisse a Iustitiario Basilicatae libras denariorum 4., solidos 9., et tarenos 7., distribnenda hominibus dicti Casalis pro valore unciae auri 1., tarenorum 14., et granorum 17.

Per Iacobum Cumbum Notarium Potentiae.

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 36. N. 13.

1280. *Decembris* 15. *Indictione* 9. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XVI.*

Rex mandat Payntaleoni de Matera Magistro araciarum Basi-

---

(1) Postquam Carolus devicto Conradino res Regni Siciliae composuit, Orientis imperium tunc a Michaële Palaeologo obtentum adgredi meditabatur. Huius belli apparatum anno 1271, et 1277 instructum, ex Archivi Regestis, ac Neapolitanae Historiae scriptoribus colligere potes: vide etiam quae scripsimus pag. 182 not. (3). At numquam magis quam hoc anno omnes regni vires, ut haec studia perficeret, intendit: novimus enim praeter multas subventiones aliaque subsidia regno imposita, Barones sponte coactos ad naves praestandas incubuisse. Horum nomina a Tabnlarii nostri Fasciculis deprompta Capecelatrus *Istoria della Città e Regno di Napoli* Tom. II. pag. 204. *Nap.* 1769. recenset. Hinc intelliges cur Rex qui de tanto facinore nimis erat sollicitus, an pheudatarii promissis starent inquirendum mandet, uti nostra membrana testatur.

licatae, ut regiis exspensis admittat in aracias suae curae commissas, animalia quondam Adae Morier, qui ipsum Carolum de illis heredem instituerat (1).

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 55. N. 7.

1280. *Decembris* 16. *Indictione VIII. Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XV. Tarenti.*

Universitas Tarenti, ut exsequatur mandatum Lodoici de Montibus Iustitiarii Terrae Ydronti, eligit Syndicos singillatim recensitos ad recipiendam, et distribuendam novam denariorum monetam.

Per Laurentium Notarium Tarenti.

FASCICULUS LVI.

N. 1.

Olim Arca II. Fasciculus 25. N. 14.

1280. . . . . *Caroli* 1. *Hierusalem annno IV. Siciliae XV. Castellanetae.*

Universitas Castellanetae, ut exsequatur mandatum Iustitiarii

---

(1) Adam Morhier, vel *Moroer*, vel *Moriher*, vel *Morihier* (multa enim varietate hoc nomen Amanuenses scripserunt) inter eos viros est recensendus qui Carolum e Gallia huc advenientem secuti fuerant. Quare cum Rex anno 1269., ut tradit Capecelatrus, variis muneribus eos, quorum opera hoc Regnum adeptus fuerat, cumulavit, etiam nostrum Morhier prius Terra Ayrolae, postea Civitate Cupersani cum Castro Vallis in Terra Bari donavit, Reg. sig. 1269. B. fol. 168., et 11. a t. In his autem diplomatibus solo militis titulo insignitur. At in Reg. sig. 1272. A. fol. 43. a t.° legimus. ,, Ade Morier Regni Si- ,, ciliae Marescallo dilecto consiliario familiari et fideli...... Te nostrum in ,, Sicilia vicarium generalem presentium tenore statuimus usque ad nostre ,, beneplacitum voluntatis commissa tibi ad exercendum admiratus officium in ,, eadem provincia durante huiusmodi vicariatus officio libera potestate etc. ,, Datum Messane (1271.) 22. Ianuarii XIII. Indictione. Huic autem Vicariatus officio eum sponte cessisse anno 1280. constat ex Reg. sig. 1270. B. fol. 129. ubi Rex die 13. Aprilis 1280. scribit ,, Cum amoto nuper ab officio vicariatus ,, Sicilie Ada Morier Regni Sicilie Marescallo ad nimiam precum suarum ,, instantiam Excellentie nostre factam Herbertum de Aureliano in ipso ,, officio usque ad nostrum beneplacitum duximus statuendum. Quoniam vero nostra membrana ad mensem Decembris eiusdem anni 1280. pertineat, huius viri mors infra hoc tempus est reponenda. At qui tot fortunis, honoribusque a Rege fuerat auctus, mirum non est si moriens Regem ipsum heredem instituerit.

Digitized by Google

Ydronti, eligit Syndicos introsciptos ad recipiendam, et distribuendam novam denariorum monetam.

Per Nicolaum de Flore Notarium Castellanetae.

N. 2.

Olim Arca A. Fasciculus 29. N. 14.

1281. *Ianuarii* 18. *Indictione* 9. *Caroli I. Hierusalem anno V. Siciliae XVI. Brundusii.*

Rex mandat Mauro Pironto, et Nicolao Castaldo Magistris Portulanis, et Procuratoribus Apuliae, et Aprutii, ut provideant pro constructione furnorum, et molendinorum in massariis Curiae.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 66. N. 2.

1281. *Ianuarii* 22. *Indictione* 9. *Caroli I. Hierusalem anno V. Siciliae XVI. Meiani.*

Maurus Pirontus, et Nicolaus Castaldus Magistri Portulani Apuliae, et Aprutii, post subhastationem, et fideiussionem locant Iohanni de Domino Andrea cabellam Baiulationis Maiani unciis auri 20.

Per Gregorium Notarium Botonti.

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 67. N. 4.

1281. *Ianuarii* 29. *Indictione* 9. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XVI. Brundusii.*

Homines singillatim recensiti eligunt Raymundum eorum procuratorem, ut adeat Iustitiarium Terrae Ydronti, et recipiat pecuniam ipsis debitam.

Per Leonem Notarium Maiani.

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 64. N. 8.

1281. *Februarii* 12. *Indictione* 9. *Caroli I. Hierusalem anno V. Siciliae XVI. Botonti.*

Procuratores bonorum Curiae in Botonto, ut exseqnantur man-

Digitized by Google

datum Regium denunciatum per litteras Nicolai Castaldi, et Mauri Pironti Portulanorum Curiae in Apulia, et Aprutio, conficiunt inventarium bonorum Curiae in terra Botonti.

Per Nicolaum Notarium Brundusii.

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 40. N. 18.

1281. *Aprilis* 1. *Indictione* 9. *Caroli I. Hierusalem anno V. Siciliae XVI. Neapoli.*

Raynaldus Villanus expensor operis Monasterii S. Mariae de Victoria constituit suum procuratorem Franciscum Guardavallum ad recipiendum a regiis Thesaurariis uncias auri 340. et tarenos 7. pro expensis ipsius operis.

Per Nicolaum Vespulum Notarium Neapolis.

N. 7.

Olim Arca F. Fasciculus 14. N. 6.

1281. *Aprilis* 21. *Indictione* 9. *Caroli I. Hierusalem anno V. Siciliae XVI. Urbe Veteri* (1).

Rex mandat Poncio de Blancoforte Iustitiario Aprutii ut re-

---

(1) Ex quo Carolus *investituram* nostri regni obtinuit, usque ad eius obitum, octo Pontifices Romana sedes numeravit, quorum erga cum regem amicitia mirum quantum varia fuit; quo factum est, ut Caroli auctoritas quae anno 1264. Senatoria esse coepit (Vid. Murator. ad an. 1264. Sabas Malaspina l. II. c. 10.) diversas vicissitudines subiit. Ipse enim in Urbe interdum plus valuit, quam ipse Pontifex. V. id. Murat. ad an. 1277., et contra novimus ipsum a Gregorio X. a pristina dignitate abmotum, ac tandem a Nicolao III. restitutum. Quamobrem facili negotio quisque intelliget, cur ipse saepe saepius Romam ac vicina loca petierit. Eius enim dignitas ac negotia ipsi commissa, nec non tot Pontificum successio, suam omnino praesentiam requirebant; et satis id erit ad eius in Urbe Veteri diuturnam mansionem explicandam. Quod si nostris Scriptoribus assentiri voluerimus qui tradunt Carolum hoc anno Cardinales ad Pontificem natione Gallum eligendum coëgisse, potiorem mansionis eiusdem inveniemus rationem. Porro diploma, quo Carolus Vicarium suum in Urbe eligit, habemus in Regestis, et heic edimus.

" Scriptum est Sacro Senatui populoque Romano dilectis amicis suis ec.
" Inter omnia sollicitudinum onera nostris incumbencia humeris precipue cu-
" picntes urbem Romanam et populum sub nostro regimine constitutos salu-

Digitized by Google

stituat Oddoni de Tucziaco bona capta pro parte Curiae (1).

N. 8.

Olim Arca H. Fasciculus 68. N. 9.

1281. *Maii* 3. *Indictione* 9. *Caroli* 1. *Hierusalem anno V. Siciliae XVI. Urbe Veteri.*

Rex mandat Mauro Pironto, et Nicolao Castaldo magistris Por-

" briter et fideliter in statu quieto et pacifico gubernari quia per uos pre-
" senecialiter id exequi non valemus illos viros ad hoc curamus exquirere quo-
" rum prudentiam et industriam in multis et arduis probaverimus negotiis
" et de quibus certa et longa experientia nullatenus dubitemus. Ecce igitur
" nobilem virum Berardum de Rayano dilectum consiliarium famliarem et
" fidelem nostrum cuius fidem atque prudentiam strenuitatem et industriam
" plene cognovimus ab experto inter ceteros que qui ad huiusmodi regimen
" esse possent ydonei eligentes ipsum vicarium nostrum in urbe evocato ad
" alia uostra servicia Nobili viro Rogerio de Sancto Severino Comite marsi-
" cense duximus usque ad nostre voluntatis beneplacitum statuendum spe-
" rantes quod idem Berardus urbem et populum pusillos et magnos ad ho-
" norem nostrum et bonum statum vestrum in pace et iustitia reget fideliter
" et salubriter gubernabit. Quare universitati vestre etc. quatenus eumdem Berar-
" dum immo nos ipsos in eo recipiatis ob reverentiam nostram honorabiliter et
" benigne sibi tamquam vicario nostro a maiestate nostra statuto pareatis devote
" ac efficaciter intendatis. Datum ibidem ut supra *idest* (Neapoli anno Do-
" mini 1272. 19. octobris I. Indictionis Regni nostri anno octavo) Reg. sig.
1269. A. fel. 135.

(1) Ut luculentius pateat quanto ardore, et quanta apparatione Carolus ad instruendam contra Michaëlem Palaeologum classem incubuerit, non abs re duximus hanc membranam exscribere, ex qua habes quid actum sit contra Barones qui promissas naves praestituto tempore non exhibuerant.

" Karolus Dei gratia Rex Ierusalem Siciliae Ducatus Apulie et Princi-
" patus Capue Princeps Achaye Andegavie Provincie Forchalquerii et Tornodori
" Comes. Poncio de Blancoforti Iustitiario Aprutii fideli suo gratiam suam et
" bonam voluntatem Pro parte Oddonis de Tuctiaco dilecti militis Consangui-
" nei familiaris et fidelis nostri maiestati nostre fuit expositum quod tu
" auctoritate mandati nostri generaliter tibi facti super teridis et vaccettis
" curie nostre oblatis per Comites Barones et pheudatarios iurisditionis tue
" terram et quedam alia bona sua occasione Teride et Vaccette quas nobis
" obtulit ad manus nostre curie revocasti. Quare supplicavit humiliter sibi super
" hoc per nos de gratia provideri. Nos autem suis supplicationibus inclinati
" fidelitati tue precipimus quatenus de procedendo contra eum occasione
" ipsius Teride et Vaccette supersedere debeas usque ad aliud Celsitudinis no-
" stre mandatum. Restituens ei nichilominus terram et omnia Bona sua pro-
" pterea per te vel de mandato tuo per nuncios tuos capta. Data aput Urbem
" Veterem anno Domini MCCLXXXI.° die XXI.° Aprelis VIIII.° Indictionis
" Regnorum nostrorum Ierusalem anno quinto Siciliae vero sextodecimo.

Digitized by Google

tulanis et procuratoribus, Apuliae ut Aprutii ut recipiant terras singillatim recensitas, easque procurandas tradant pro parte Curiae.

N. 9.

Olim Arca H. Fasciculus 26. N. 1.

1281. *Maii 28. Indictione 9. Caroli I. Hierusalem anno V. Sioiliae XVI. Rapollae.*

Leo Strigaticcius Vicemagister procurator Curiae in Basilicata, ut exsequatur mandatum Regium, denunciatum per litteras Mauri Pironti, et Nicolai Castaldi Magistrorum Portulanorum in Apulia, et Aprutio, quae exscribuntur, per testium depositiones singillatim recensitas, inquirit quaenam Russus de Soliaco possideat in Rapolla, ut ea pro parte Curiae procurare valeat (1).

Per Nicolaum de Scauro Notarium Rapollae.

---

(1) Intellexerat Carolus sua interesse, ut terrae suae ditioni subiectae optime colerentur; quapropter non solum demaniales rite exercendas mandavit, sed etiam in eos baronis animadvertit qui terras phendi incultas relinquerent. En igitur particula regii diplomatis, quam ex praesenti membrana exsripsimus. « Karolus „ Dei gratia Rex Ierusalem Sicilie etc. Mauro Pironto et Nicolao Castaldo de „ Ravello Magistris Portulanis et Procuratoribus Apulie et Aprutii ec. Quia nuper „ nostra excellentia intellexit quod ex culpa et negligentia procuratorum sub- „ scriptarum terrarum Russi de Soliaco Mitoni de Dornay et Henrici Burgundo „ militum familiarium et fidelium nostrorum sitarum in Iustitiariatu Basilicate „ quas ipsi milites tenent et possident ex munificentie nostre dono per „ eosdem procuratores debita et sperata utilitas non percipitur ex eisdem „ immo deteriorantur cotidie iura et membra in quibus consistit valor an- „ nuus earumdem in ipsorum militum preiudicium nec minus diminucionem „ servitii quod pro eis nostre curie facere tenentur et debent volentes „ super hoc indignitati tam nostre curie quam dictorum militum pre- „ cavere fidelitati vestre de quorum legalitate studio et diligentia satis con- „ fidimus firmiter et expresse precipimus quatenus receptis presentibus terras „ infrascriptas ad manus vestras recipientes studeatis eas cum omni studio et „ diligentia qualibet procurare scientibus videntibus et plenam notitiam inde „ habentibus procuratoribus supradictis ita quod vestra faciente et procurante „ sollercia percipiatur de ipsis terris debita et spera utilitas iura et membra „ ipsarum terrarum in quibus earum valor annuus consistit non contingat „ in aliquo deteriorari sed de bono in melius provehi valeant in augmen- „ tum etc.

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 42. N. 14.

1281. *Maii* 29. *Indictione* 9. *Caroli* 1. *Hierusalem anno V. Siciliae XVI. Venusii.*

Leo Strigaticius Vice-Procurator Curiae in Basilicata, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Mauri Pironti, et Nicolai Castaldi Magistrorum Portulanorum, et Procuratorum in Apulia et Aprutio, quae exscribuntur, capit pro parte Curiae omnia bona mobilia Henrici Burgundiae.

Per Henricum Notarium Venusii.

FASCICULUS LVII.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 10. N. 4.

1281. *Maii* 31. *Indictione* 9. *Caroli* 1. *Hierusalem anno IV. Siciliae XVI. Gravinae.*

Petentibus Magistro Aratiarum Capitanatae, et Praepositis ipsarum, Iudex, et Notarius declarant sine sua culpa nonnulla aratiae Gravinae iumenta abortum fecisse.

Per Nicolaum Fortem Notarium Gravinae.

N. 2.

Olim Arca II. Fasciculus 81. N. 4.

1281. *Maii* 31. *Indictione* 9. *Caroli I. Hierusalem anno V. Siciliae XVI. Trani.*

Iudex, et Notarius declarant Presbyteros Iohannem de Pontisario, et Hermagnum per totum mensem Maii quotidie celebrasse Missas in maiori Ecclesia Tranensi pro anima Philippi Regis filii (1).

Per Marinum Notarium Trani.

---

(1) Hic fuit Caroli, et Beatricis primae eius uxoris filius in Gallia natus, pro cuius recuperata salute anno 1268. Rex Ecclesiae S. Nicolai in Bario celeberrimam Nolam, quae in proverbium cessit (*Campana di Manfredonia*) ex voto donavit. Vide Capecelatro *Istor. della Città e Regno di Nap.* T. II. pag. 140. Nap. 1769. Idem Philippus anno 1272. in Octava Pentecostes cum filia *Imperatoris Constantinopolitani*, et *Despotae Achayae* nuptias iniit, uti ex Reg. sig.

Digitized by Google

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 10. N. 7.

1281. *Maii 31. Indictione 7. Caroli I. Hierusalem anno XVI. (sic) Siciliae XVII. Sancto Felice* (1).

Leo Strigaticius Vice-Procurator Curiae in Basilicata, post subhastationem, dat ad extaleum Boamundo de S. Felice reparationes cuiusdam Molendini in tenimento Vitae-Albae unciis auri 5. et tarenis 15.

Per Robertum de Grande Notarium S. Felicis.

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 26. N. 26.

1281. *Iunii 5. Indictione 9. Caroli I. Hierusalem anno V. Siciliae XVI. Monopoli.*

Iuratus Monopolis, ut exsequatur mandatum Lodoyci de Montibus Locumtenentis Capitanei, et Iustitiarii Regni Siciliae denunciatum per litteras Iohannis de Arechis Iustitiarii Terrae Bari, quae exscribuntur, iniungit Thesaurariis Monopolis, ut mittant ad Cameram Sancti Salvatoris quaternos suarum rationum.

Per Mathaeum de Lecce Notarium Monopolis.

1272. A. fol. 98. Habes etiam in Reg. sig. 1270. C. fol. 146. huiusce matrimonii tractatum, qui notitiis non negligendis abundat. Et in Reg. sig. 1272. A. fol. 98. alia quoque de hoc Principe habes, quae nostri Historici non adnotarunt. Denique is supremum diem obiit Trani anno 1272., sepultusque est in Ecclesia Cathedrali, ubi Missam quotidie pro eius anima Carolus celebrari mandavit, quod ex Reg. sig. 1270. B. fol. 23., et ex nostra membrana, aliaque N. 8. luculenter eruitur.

(1) Castrum S. Felicis in pluribus membranis ita nominatum occurrit, ut ad diversos *Iustitiariatus* pertinere cognoscatur. Siquidem duo huius nominis Castra in Iustitiariatu Terrae Laboris exstitisse constat ex Reg. 1272. A. fol. 65. a. t.° et 67., et Reg. 1278. et 1279. H. fol. 52., alterum scilicet, cuius dimidium possidebat Constantia de S. Felice; alterum in Baronia Roccae Romanae, cuius homines anno 1271. exemptionem a collectis petunt. In Iustitiariatu Capitanatae Guillelmus de Giniaco aliud Castrum S. Felicis habebat, ut ex Reg. sig. 1275. A. fol. 75. a. t.° Tandem in Iustitiariatu Basilicatae aliud exstitit huius nominis Castrum, quod in Reg. 1275. A. fol. 86. ad Guillelmum Vicecomitem Melodensem pertinere scribitur, et in Reg. 1284. A. fol. 50. a. t.° donatur Girardo de Yvort.

Digitized by Google

N. 5.

Olim Arca B. Fasciculus 57. N. 8.

1281. *Iunii* 27. *Indictione* 9. *Caroli I. Hierusalem anno V. Siciliae XVII. Casale-Novo.*

Universitas Casalis-Novi eligit taxatores singillatim recensitos, ut recolligant ab hominibus eiusdem Civitatis uncias auri 16., et mittant ad Regem (1).

Per Alduinum de Amerino Notarium Casalis-Novi.

N. 6.

Olim Arca F. Fasciculus 45. N. 6.

1281. *Iulii* 10. *Indictione* 9. *Caroli I. Hierusalem anno V. Siciliae XVI. Urbe-Veteri.*

Rex mandat Patritio de Chaurs Iustitiario Terrae Ydronti, ut mittat uncias auri 600. ad Magistros Siclae Brundusii pro cudenda nova Denariorum moneta.

N. 7.

Olim Arca H. Fasciculus 86. N. 16.

1281. *Iulii* 21. *Indictione* 9. *Caroli I. Hierusalem anno V. Siciliae XVII. Rubi.*

Procuratores Curiae in Rubo, ut exsequantur mandatum Regium denunciatum per litteras Mauri Pironti, et Nicolai Castaldi Magistrorum Portulanorum, et Procuratorum Curiae in Apulia,

---

His probe perspectis plura fuisse huius nominis oppida nemo unus dubitabit, et quodnam potius sit, de quo agit nostra membrana, inquirendum superest. Id autem satis constat ex officio, quod exercuit ibidem Leo Strigaticius; quippe qui erat Vice-Procurator Curiae in Basilicata; profecto credibile non est hunc virum alteri Provinciae tunc temporis inservientem in Basilicatam adventasse, ut satis leve negotium perageret.

(1) Ut Instrumenti vis, et ratio pateat, sciendum est Carolum belli molimine occupatum, et pecuniae inhiantem, mutuum ab Universitatibus Regni exegisse, cuius pars Casali-Novo imposita erat unc. 24. At Universitas perspiciens, nisi me mea fallit opinio, nimis difficile futurum, ut Carolus aliquando restitueret, quod commodato acceperat, satius duxit donare uncias 16., quam commodare 24.

et Aprutio, post subhastationemi, vendunt Bartholomaeo de Saxo vini salmas 11., et barrilia 6. cum dimidio tarenis auri 23., et granis 12. cum dimidio (1).

Per Nicolaum Notarium Rubi.

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 10. N. 13.

1281. *Iulii 31. Indictione 9. Caroli I. Hierusalem anno V. Siciliae XVII. Trani.*

Iudex, et Notarius declarant Presbyteros Iohannem de Pontisario, et Hermangnum per totum mensem Iulii quotidie celebrasse Missas in maiori Ecclesia Tranensi pro anima Philippi filii Caroli I.

Per Marinum Notarium Trani.

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 27. N. 11.

1281. *Augusti 6. Indictione 9. Caroli I. Hierusalem anno V. Siciliae XVII. Urbe-Veteri.*

Rex mandat Patritio de Chaurs Iustitiario Terrae Ydronti, ut recipiat a nunciis Iustitiariorum Siciliae citra et ultra Flumen Salsum quaedam molendina cum armamentis suis, eaque statuat in locis singillatim recensitis, in quibus construere faciat furnos 15., et emat boves 20. ad haec opera conficienda (2).

---

(1) Salma vini, uti omnibus compertum est, nosque pag. 72. not. (1) exposuimus, octo cadis constabat. Cum igitur salma vini vendita sit tarenis duobus, vides unumquemque cadum granos 5. valere. Hinc, lector, agnosces pro locorum, et temporum varietate summam annonae differentiam, siquidem pag. 72. observavimus cadum *musti* vendi granis pene 17.

(2) Inter tot tantaque Caroli I. pecuniae cupidissimi inventa, quae praesertim a Bartholomaeo de Neocastro *Hist. Sicul.* apud Murat. T. XIII. *Rer. Ital.*, a Saba Malaspina, et a Ricordano Malaspina enumerantur, nihil de *furnis*, tunc temporis Regio aere exstructis, quod sciam, adparet. Attamen tum in hac, tum in aliis nostri Tabularii membranis de ista Caroli industria saepe mentio occurrit. Id igitur aliis Regis huius proventibus est adiungendum, quo nimirum fortasse fiebat, ut aliquid ad panem in his furnis excoquendum vectigal exigeretur.

Digitized by Google

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 36. N. 30.

1281. *Augusti* 8. *Indictione* 9. *Caroli I. Hierusalem anno V. Siciliae XVII. Urbe-Veteri.*

Rex mandat Mauro Pironto, et Nicolao Castaldo Magistris Portulanis, et Procuratoribus Curiae in Apulia, et Aprutio, ut restituant Iohanni de Modellis Castra Aliani Superioris, et Guardiae in Iustitiariatu Basilicatae, quia in Regnum redierat (1).

FASCICULUS LVIII.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 5. N. 6.

1281. *Augusti* 8. *Indictione* 9. *Caroli I. Hierusalem anno V. Siciliae XVII. Baroli.*

Transumitur in formam publicam apodixa Regiorum Thesaurariorum, quae exhibet solutionem pecuniae factam Regiis Thesaurariis a Magistris Salis Aprutii.

Per Nicolaum Notarium Baroli.

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 14. N. 5.

1281. *Augusti* 15. *Indictione* 9. *Caroli I. Hierusalem anno V. Siciliae XVI. Ogenti.*

Iudex, et Notarius declarant Inquisitores de excessibus, et processibus officialium Terrae Ydronti continenter moratos esse ad suum munus obeundum.

Per Leonem de Raynaldo Notarium Ogenti.

---

(1) Qua de causa huic Baroni restitutionem bonorum pheudalium Rex praecipiat, nullibi melius, quam in ipsa membrana legere possumus. In ea enim sic habes: « Cum Iohannes de Modellis miles fidelis noster primogenitus » et heres quondam Goffridi de Modellis nuper de partibus Francie ad pre- » sentiam nostram venerit moraturus in Regno et facturus Curie nostre servitium » debitum pro castris Aliani superioris et Guardie sitis in Basilicata concessis » per excellentiam nostram dicto quondam Goffrido que pro eo quod idem » Iohannes in predictis partibus Francie morabatur nec ex castris ipsis servi- » tium debitum habebamus procurari mandavimus sive per vos sive per vestros » in officio precessores.

Digitized by Google

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 20. N. 12.

1281. *Augusti 23. Indictione 9. Caroli I. Hierusalem anno V. Siciliae XVII. Brundusii.*

Patritius de Chaurs Iustitiarius Terrae Ydronti, ut exsequatur mandatum Regium, quod exscribitur, solvit gagia centum Balistariis profecturis Durachium.

Per Nicolaum Notarium Brundusii.

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 49. N. 11.

1281. *Augusti 31. Indictione 9. Caroli I. Hierusalem anno V. Siciliae XVII. Alareni.*

Philippus Pirontus, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Mauri Pironti, et Nicolai Castaldi Magistrorum Portulanorum, et Procuratorum Apuliae, et Aprutii, revocat ad Curiam castra, et massarias singillatim recensitas per excadentiam Curiae devolutas, et conficit inventarium.

Per Petrum Gullelmi Militis Notarium Lareni.

N. 5.

Olim Arca D. Fasciculus 28. N. 11.

1281. *Augusti 31. Indictione 9. Caroli I. Hierusalem anno V. Siciliae XVI. Spinaciolae.*

Iudex, et Notarius declarant Scuterios singillatim recensitos continenter moratos esse in Marescallia S. Gervasii.

Per Nicolaum Notarium Spinaciolae.

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 5. N. 2.

1281. *Augusti 31. Indictione 9. Caroli I. Hierusalem anno V. Siciliae XVII. Hostuni.*

Iudex, et Notarius declarant inquisitores de excessibus, et processibus Officialium Terrae Ydronti continenter moratos esse Hostuni ad suum munus obeundum.

Per Crisambrium Notarium Hostuni.

Digitized by Google

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 41. N. 3.

1281. *Augusti* 31. *Indictione* 9. *Caroli I. Hierusalem anno V. Siciliae XVII. Spinaciolae.*

Pantaleon de Matera Magister araciarum Curiae in Basilicata per testium depositiones recensitas declarat iumenta 30. abortum fecisse.

Per Nicolaum Notarium Spinaciolae.

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 40. N. 16.

1281. *Augusti* 31. *Indictione* 9. *Caroli I. Hierusalem anno V. Siciliae XVI. Spinaciolae.*

Iudex, et Notarius declarant Scuterios singillatim recensitos continenter moratos esse in Marescallia S. Gervasii ad suum munus obeundum.

Per Nicolaum Notarium Spinaciolae

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 11. N. 3.

1281. *Septembris* 5. *Indictione* 9. *Caroli I. Hierusalem anno V. Siciliae XVI. Salpis.*

Procuratores Curiae in Salpis, post subhastationem, locant Iohanni de Palmerio Cabellam omnium domorum Curiae in dicta Terra tarenis auri 28., et granis 10., cum pactis peculiariter memoratis.

Per Nicolaum Notarium Salparum.

N. 10.

Olim Arca II. Fasciculus 38. N. 1.

1281. *Septembris* 29. *Indictione* 9. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XVI. Brundusii.*

Iudex, et Notarius declarant Stipendiarium Gerardum de Lilliis morte naturali obiisse.

Per Matthaeum de Notario Ursone Notarium Brundusii.

Digitized by Google

FASCICULUS LIX.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 64. N. 3.

1281. *Septembris* 30. *Indictione* 10. *Caroli I. Hierusalem anno V. Siciliae XVII. Aversae.*

Guillelmus Lombardus, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Ferrerii de S. Amantio Iustitiarii Terrae Laboris, et Comitatus Molisii, quae exscribuntur, iniungit Universitatibus singillatim recensitis, ut statim eligant Iudices in numero consueto.

Per Symeonem Campaninum Notarium Aversae.

N. 2.

Olim Arca B. Fasciculus 57. N. 1.

1281. *Octobris* 6. *Indictione* 9. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XVI. Vici.*

Domitius de Matthaeo, ut exsequatur mandatum Petri de Sumvilla Iustitiarii Capitanatae, quod exscribitur, iniungit Universitati Vici, ut eligat Syndicos ad distribuendam novam Denariorum monetam.

Per Matthaeum Notarium Vici.

N. 3.

Olim Arca . . . Fasciculus . . . N. . . .

1281. *Octobris* 9. *Indictione* 10. *Caroli I. Hierusalem anno V. Siciliae XVII. Urbe-Veteri.*

Rex mandat Iustitiario Terrae Ydronti, ut mittat ad descripta loca ballistas, et quarrellos (1).

(1) Haec eruere potuimus ex mutila, et male habita membrana.

Digitized by Google

N. 4.

Olim Arca B. Fasciculus 57. N. 14.

1281. *Octobris* 9. *Indictione* 9. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XVI. Campli.*

Dominicus de S. Andrea, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Petri de Sumvilla Iustitiarii Capitanatae, quae exscribuntur, iniungit Universitati Campli, ut adeat dictum Iustitiarium ad recipiendam, et distribuendam novam Denariorum monetam, eiusque pretium recolligendum ad rationem de uncia auri 1. pro singulis 3. libris Denariorum.

Per Matthaeum Scriptorem Terrae Campli in defectu Notarii.

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 12. N. 6.

1281. *Octobris* 10. *Indictione* 9. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XVI. Guasto-Aymone.*

Urso Castaldi, et Iacobus Pironti Vice-Magistri Portulani, et Procuratores Curiae in Aprutio post subhastationem locant Matthaeo Gentili quemdam *Iardinum*, domos, decimam partem molendini, et fructus vineae ad Curiam pertinentes unciis auri 2., tarenis 7., et granis 10.

Per Benencasam Notarium Guasti-Aymonis.

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 27. N. 8.

1281. *Octobris* 20. *Indictione* 9. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XVI. Ydronti.*

Goffridus Cacziolus Vice-Procurator Curiae in Terra Ydronti post subhastationem locat Cabellam Casalis Maritimae-Leoni, et Blasio de Churmichaële unciis auri 7., et tarenis 5.

Per Raonem Notarium Ydronti.

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 64. N. 6.

1281. *Octobris* 28. *Indictione* 9. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XVI. Tarenti.*

Rao de Tarento, ut exsequatur mandatum Regium denun-

Digitized by Google

ciatum per litteras Patritii de Chaurs Iustitiarii Ydronti, quae exscribuntur, per testium depositiones singillatim recensitas, declarat Iacobum de Beffis, et Constantiam filiam Roberti de Cannulis, qui pheuda obtinebant, fidem erga Regem servasse, et matrimonium contrahere posse (1).

Per Iacobum Caczafarrum Notarium Tarenti.

---

(1) Fredericus Imperator Constitutione, quae incipit: *Honorem nostri diadematis*, cavit, ne Feudatarii uxorem sine Regis permissione ducerent. Id vero ab Ictis quaeritur, quaenam poenae in huiusce Constitutionis transgressores sint decretae, quum nulla sanctio in ipsa adpareat. Nimirum alii bonorum publicatione, alii privatione Feudi, alii deneganda filiis successione eos puniendos fuisse arbitrentur. Hanc autem Constitutionem Andreas de Isernia detestatur, perinde ac si matrimonia prohibeat, et pluribus eam iniustam ostendit. Vide *Commentar. ad Constit. Reg. Sic.* pag. 345. Neap. 1773. Notat porro eam stricto iure observatam fuisse in nostro Regno usque ad Siciliae rebellionem, vel potius donec Carolus II. Caroli I. Vicarius sua Constitutione edita anno 1283. *in planitie S. Martini*, cui initium: *Item statuimus, quod licitum sit*, permisit *Baronibus, Comitibus, et aliis feuda tenentibus libere Matrimonia contrahere sine assensu Curiae, dummodo feuda, vel res feudi non dentur in dotem*. Deinde Honorius IV. Pontifex ulterius progressus est: anno enim 1285. quum, mortuo Carolo I., Carolus II. captivus ab Aragoniae Rege detineretur, Regnumque nostrum a Gerardo Episcopo Sabinensi, et Roberto Comite Atrebatensi administraretur, Capitulum illud promulgavit, quo Constitutiones tum Gulielmi, tum Frederici, tum Caroli I., et Caroli II. de Matrimoniis baronum abrogantur, et libera tum nubendi, tum bona Feudalia in dotem constituendi facultas iis impertitur. Verum de his Capitulis variae sunt apud Historicos sententiae; siquidem Raynaldus *Contin. in annal. Baron.* Tom. II. ad an. 1285. n.° 52. ad 62. ea saltem usque ad Robertum Regem viguisse; contra Giannonius *Hist. Civ.* Tom. III. lib. 21. cap. 2. ea vix biennio, dum Carolus II. captivus mansit, observata fuisse, pro aris et focis contendunt. Quidquid hac de re sit, quod quidem definire non audemus, certe tantam libertatem Baronibus concessam, sequiore aevo Reges coërcuisse autumamus: quippe anno 1507. a Ferdinando Catholico Barones petunt, ut matrimonia inter se sine Regis licentia celebrare queant, dummodo dos in bonis Feudalibus non constituatur: cuius voti eos compotes Ferdinandus fecit.

Quod autem ad *Testimonium fidelitatis* erga Regem pro matrimonio contrahendo necessarium, de quo in nostra membrana agitur, a Carolo I. anno 1271. lege cautum fuerat, ne quis sine mandato Curiae cum filiis proditorum matrimonium contraheret; quod Carolus II. anno 1283. ad eos tantum, qui *paternam malitiam fuerant secuti*, redegit.

Digitized by Google

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 54. N. 11.

1281. *Novembris 2. Indictione 10. Caroli I. Hierusalem anno V. Siciliae XVII. Monte-Solicola.*

Iudex, et Notarius per testium depositiones singillatim recensitas declarant Ursonem de Spinatiola non posse comparere coram Ludovico de Montibus Capitaneo Regni Siciliae, quia infirmos decumbebat.

Per Silverium Notarium Montis-Solicolae.

N. 9.

Olim Arca A. Fasciculus 37. N. 13.

1281. *Novembris 14. Indictione 10. Caroli I. Hierusalem anno V. Siciliae XVII. Calatagoriae.*

Stephanus de Leone Magister Generalis Domus militiae Templi in Sicilia post fideiussionem locat Nicolao de Ysca omnia iura eiusdem domus exsistentia in terra Calatagoriae, et in eius territorio unciis aurj 8. cum dimidio per annum.

Per Guillelmum de Magistro Symone Notarium Calatagoriae.

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 20. N. 6.

1281. *Novembris 28. Indictione 9. Caroli I. Hierusalem anno V. Siciliae XVII. Piscariae.*

Urso Castaldus, et Iacobus Pirontus Vice-Magistri Portulani, et Procuratores Curiae in Aprutio post subhastationem locant Petro Dominici, et Notario Iohanni de Speltura vineale, et Molendinum Curiae tarenis auri 6., et frumenti thuminis 300.

Per Manfridum Notarium Piscariae.

Digitized by Google

FASCICULUS LX.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 49. N. 5.

1281. *Novembris* 28. *Indictione* 9. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XVI. Guasto-Aymone.*

Urso Castaldus, et Nicolaus Pirontus Vice-Magistri Portulani, et Procuratores Curiae in Aprutio post subhastationem locant Roberto de Comestabulo Cabellam Casalis Farae cum suis iuribus, unciis auri 2.

Per Benencasam Notarium Guasti-Aymonis.

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 19. N. 6.

1281. *Decembris* 3. *Indictione* 9. *Caroli I. Hierusalem anno IV. Siciliae XVI. Turre-Maris.*

Americus de Montedragone, Regius Provisor Castrorum Terrae Bari, et Terrae Ydronti, ut exsequatur mandatum Regium, solvit pro quatuor mensibus gagia Capellanis, Castellanis, Contergiis, et Servientibus, qui continenter morati fuerant ad suum munus obeundum.

Per Stephanum Notarium Turris-Maris.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 60. N. 12.

1281. *Decembris* 25. *Indictione* 9. *Caroli I. Hierusalem anno V. Siciliae XVI. Petrae-Perciatae* (1).

Leo Strigaticius, Vice-Procurator Curiae in Basilicata, ut exsequatur mandatum Regium, per testium depositiones singillatim recensitas inquirit de bonis mobilibus Iohannis Borboni, paullo ante defuncti, eaque tradit Leoni deRigando administranda pro parteCuriae.

Per Iordanum Notarium Calvelli.

---

(1) Castrum hoc modo *Petrae-Perciatae*, modo *Petrae-Pertosae*, modo etiam *Petrae-Petrosae* nuncupatum invenimus: siquidem in Reg. sig. 1269. C. fol. 147. a t.° Castrum Petrae-Pertosae in Iustitiariatu Basilicatae die 12. Martii 1269. a Carolo I. conceditur Guillelmo Tornaspe: in Reg. autem sig. 1275. A. fol. 86. a t.° die 9. Novembris 1275. praecipit Rex eidem Iustitiario

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 42. N. 10.

1281. *Decembris 30. Indictione 10. Caroli I. Hierusalem anno V. Siciliae XVII. Fogiae.*

Nicolaus Peregrinus, Magister Massariarum Curiae in Capitanata, tradit Massariis Curiae in terra Florentini boves 72. inservientes terris sibi commissis.

Per Guillelmum Notarium Fogiae.

N. 5.

Olim Arca F. Fasciculus 18. N. 5.

1281. . . . . *Indictione 9. Caroli I. Hierusalem anno V. Siciliae XVI. Neapoli.*

Rex mandat Mauro Pironto, et Nicolao Castaldo Magistris Portulanis, et Procuratoribus Apuliae, et Aprutii, ut tradant Girardo de Massilia Vice-Ammirato a flumine Tronti usque Cutronum biscottum pro *panatica* (1) duarum galearum.

N. 6.

Olim Arca H. Fasciculus 86. N. 9.

1282. *Ianuarii 2. Indictione 10. Caroli I. Hierusalem anno V. Siciliae XVII. Roccae S. Agathae* (2).

Rustaynus de Tarascono, Provisor Castrorum Capitanatae, et

Basilicatae, ut dirimat quaestiones exortas de finibus eiusdem Castri ab eodem Feudatario obtenti, quod tamen vocat nomine Petrae-Perciatae. Denique mox devolvitur idem Castrum ad Regem, a quo die 19. Aprilis 1278. Petro de Burbura conceditur, adhibito tamen nomine Petrae-Petrosae. Haec idcirco adnotavimus, ne quis in nostri Regni Topographia parum versatus plura oppida quaerat, ubi sunt plura unius eiusdemque oppidi nomina.

(1) Hanc vocem nonnisi altimis temporibus ad officinam, in qua panis pro exercitu conficiebatur, indicandam, usurpatam fuisse opinor. Etenim tum nostri Tabularii membranae, tum lexicographi sexcentis abundant exemplis, quibus *Panatica* non ad aliud, quam ad *commeatum*, seu *militarem annonam* significandam adhibetur.

(2) Ne, lector, temere confundas cum *Rocca S. Agathae* Castrum, et Civitatem S. Agathae: Rocca enim in Iustitiariatu Capitanatae, Castrum vero in Iustitiariatu Principatus sita erant: quippe animadvertas ad diploma Caroli I. in Reg. sig. 1269. B. fol. 13., quo Castrum, et Civitas S. Agathae in Iustitiariatu Principatus, et Terrae Beneventanae recensentur, et 21. Aprilis 1269. donata Roberto de Larena legimus. De Terra vero S. Agathae mentio occurrit in Reg. sig. 1284. C. fol. 145., ubi die 25. Aprilis 1284. eius fines inquiruntur, et in Iustitiariatu Capitanatae dicuntur contineri. Huius autem Terrae habes heic quatuor continentes membranas, quippe quae mandata Regia Provisori Castrorum Capitanatae missa commemorant, Terramque ad nullum Feudatarium, sed ad Regium Demanium pertinere ostendunt.

Basilicatae, post inquisitionem declarat Assium de Heruillero Servientem, die 4. Ianuarii 9. Indictionis, intestatum obiisse; et bona eius vendita fuisse tarenis auri 15., et granis 10.

Per Riccardum de Poto Notarium Roccae S. Agathae.

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 15. N. 11.

1282. *Ianuarii 2. Indictione 10. Caroli I. Hierusalem anno V. Siciliae XVII. Roccae S. Agathae.*

Rustaynus de Tarascono, Provisor Castrorum Capitanatae, et Basilicatae, post inquisitionem declarat Petrum de Senonis Servientem, die 2. Decembris 9. Indictionis, intestatum obiisse; et bona eius vendita fuisse unciis 5., tarenis 7., et granis 10.

Per Riccardum de Poto Notarium Roccae S. Agathae.

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 47. N. 5.

1282. *Ianuarii 2. Indictione 10. Caroli I. Hierusalem anno V. Siciliae XVII. Roccae S. Agathae.*

Rustaynus de Tarascono, Provisor Castrorum Capitanatae, et Basilicatae, post inquisitionem declarat Iohannem de Alfay Servientem, die 7. Septembris 9. Indictionis, intestatum obiisse; et bona eius vendita fuisse tarenis 29., et granis 15.

Per Riccardum de Poto Notarium Roccae S. Agathae.

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 59. N. 15.

1282. *Ianuarii 9. Indictione 10. Caroli I. Hierusalem anno V. Siciliae XVII. Roccae S. Agathae.*

Rustaynus de Tarascono, Provisor Castrorum Capitanatae, et Basilicatae declarat Capellanum, Castellanum, et Servientes Castri Roccae S. Agathae continenter ibi moratos esse ad suum munus obeundum.

Per Riccardum de Poto Notarium Roccae S. Agathae.

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 8. N. 13.

1282. *Ianuarii 13. Indictione 10. Caroli I. Hierusalem anno V. Siciliae XVII. Romae.*

Rex mandat Patritio de Chaurs, Iustitiario Terrae Ydronti, ut instruendas curet teridas; et varchettas ad impediendum incursum filiorum Palaeologi; et exigat ab hominibus recensitis pecuniam exscriptam.

Digitized by Google

FASCICULUS LXI.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 54. N. 21.

1282. *Ianuarii* 14. *Indictione* 10. *Caroli I. Hierusalem anno VI. Siciliae XVII. Luceriae Saracenorum.*

Iudex, et Notarius declarant homines singillatim recensitos continenter moratos esse in custodia Castri Luceriae.

Per Peregrinum de Gratiano Notarium Fogiae.

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 52. N. 2.

1282. *Ianuarii* 17. *Indictione* 11. *Caroli I. Hierusalem anno VII. Siciliae XVIII. Neapoli.*

Guillelmus de Gambictella, Assessor *assisiae* (1) Neapolis transgressoribus praedictae assisiae multam irrogat modo, et ordine, quae describuntur.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 15. N. 8.

1282. *Ianuarii* 23. *Indictione* 10. *Caroli I. Hierusalem anno VI. Siciliae XVII. Monte S. Angeli.*

Rustaynus de Tarascono, Provisor Castrorum Capitanatae, et

---

(1) Gulielmus Northmannus sua Constitutione decrevit ad officium Baiulorum spectare, *ut contemptus assisiarum poenas super ponderibus, et mensuris a venditoribus rerum, et locatoribus operarum exigerent;* iussitque ipsos Baiulos penes se *mensuras, pondera, et assisias scriptas per se ipsos, et iudices suos mense quolibet perquirendas habere.* Vid. *Const. Reg. Sic.* lib. I. tit. LXVII. *De officio Baiulorum.* Postea ad venditorum fraudes praepediendas Imperator Fredericus lib. III. tit. LIII. *de Detinentibus* etc. sanxit, *per universas Provincias Regni Assisias inviolabiliter observari, quas in Curia deliberatione perpensa, et salubri consilio determinari mandavit:* et lib. III. tit. XLIX. summa cum prudentia praecepit, ut a Baiulis duo viri eligerentur, qui *assisiarum* curam gererent. Itaque novum existimandum non est, quod in nostra membrana occurrit, *assessorem* scilicet *assisiae*, qui unus ex officialibus a Baiulo electis procul dubio fuit, poenam a transgressoribus exegisse. Si qui autem plura de *Assisia* Regni nostri scire exoptat, perlegat Pragmaticas Regni Neapolitani Tit. *de Annona Civitatis Neapolis, et Regni.*

Digitized by Google

Basilicatae recipit a Castellano Montis S. Angeli tarenos auri 28. cum dimidio, pretium bonorum cuiusdam Servientis mortui ab intestato (1).

Per Petrum Notarium Montis S. Angeli.

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 40. N. 17.

1282. *Martii* 1. *Indictione* 10. *Caroli I. Hierusalem anno VI. Siciliae XVII. Ortonae.*

Universitas Ortonae, ut exsequatur mandatum Regium, eligit Matthaeum Nicolai peritum in arte maris *Comitum* (2) ad serviendum Regi.

Per Rogerium Guillelmi Notarium Ortonae.

N. 5.

Olim Arca II. Fasciculus 86. N. 19.

1282. *Martii* 22. *Indictione* 10. *Caroli I. Hierusalem anno VI. Siciliae XVII. Canusii.*

Americus de Montedragone, Provisor Castrorum Terrae Bari, et Terrae Ydronti declarat, Servientes Castri Canusii continenter ibi moratos esse ad suum munus obeundum.

Per Lancium Notarium Canusii.

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 66. N. 12.

1282. *Aprilis* 3. *Indictione* 10. *Caroli I. Hierusalem anno VI. Siciliae XVII.* (3) *Tarenti.*

Petente Americo de Montedragone Provisore Castrorum Terrae

---

(1) Bona, quae *vacantia* a Iurisconsultis adpellantur, olim ad Civitatem, postea ex lege Iulia ad *Fiscum* pertinuisse omnes norunt; idque ab Imperatoribus Diocletiano, et Maximiano fuisse confirmatum ex *L. 1. C. de bon. vacant.* adparet: atque adeo Theodosius, et Valentinianus per Civitates ad hoc opus officiales suos statuerunt. Horum vestigia secutus Fredericus inter Regalia Iura in suis Constitutionibus *bona vacantia* adscribit. His probe perspectis intelligimus, cur Provisor Castrorum Capitanatae recipiat pretium bonorum Servientis mortui ab intestato: aut enim is nullos habuerat haeredes, et eius bona ad Curiam ex lege pertinebant; aut haeredes, si qui fuerant, ignorabantur.

(2) *Comitus* vocabatur, qui turmis in navigio praeerat. Is ut plurimum uni Galeae imperabat, et parebat Prothontino, uti hic Ammirato *Naucierus*, et *Comitus* a Marino Sanuto memorantur Lib. II. part. 4. c. 19. *Comiti, et Naucleri in magno numero necessarii sunt habendi.*

(3) Celeberrimam in Sicilia seditionem, quae *Vespro Siciliano* vulgo dicitur, quatriduo ante datam hanc chartam, nempe 30. Martii secunda feria Paschatis evenisse, communis est Historicorum sententia. Vide Cepecelatr. *Istoria della*

Digitized by Google

Bari, et Terrae Ydronti, Iudex, et Notarius per testium depositiones introscriptas declarant, Castellanos, Contergios, Capellanos, et Servientes continenter moratos esse in dictis Castris.

Per Lucam Notarium Tarenti.

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 27. N. 18.

1282. *Maii* 12. *Indictione* 10. *Caroli I. Hierusalem anno VI. Siciliae XVII. Neapoli.*

Rex mandat Rustayno de Tarascono Provisori Castrorum Capitanatae, et Basilicatae, ut solvat gagia Castellanis, Contergiis, Capellanis, et Servientibus dictorum Castrorum ad rationem singillatim recensitam.

N. 8.

Olim Arca F. Fasciculus 18. N. 12.

1282. *Maii* 26. *Indictione* 10. *Caroli I. Hierusalem anno VI. Siciliae XVII. Troiae.*

Rustaynus de Tarascono Provisor Castrorum Capitanatae, et Basilicatae per testium depositiones declarat, Petrum de Verbere Contergium Castri Troiae continenter moratum esse in custodia dicti Castri.

Per Nicolaum de Alexandro Notarium Troiae.

Città, e *Regno di Nap.* Part. IV. Lib. II. T. III. pag. 219. Nap. 1769. Constant. *Istoria del Regno di Nap.* Lib. II. pag. 53. Nap. 1769. Giannone *Istoria Civile* Tom. III. Lib. XX. cap. 5. pag. 396. Nap. 1770. Giacch. Malasp. cap. 209. Gio: Villani Lib. VII. cap. 60. Barthol. de Neocastr. *Hist.* apud Murat. T. XIII. *Rer. Ital.* Nicol. Special. *Chron. Sic.* Lib. I. cap. 38. *Rer. Ital.* T. X. Caffari *Annal. Genuens.* Lib. X. *Rer. Ital.* Tom. VI. Iordan. in *Chron.* an. 1282. Summont. Lib. III. cap. I. Carusi *Stor. di Sicil.* part. II. Vol. II. lib. 10. Murat. an. 1282. Tom. XI. pag. 145. Nap. 1758. Grimaldi *Istor. delle Leggi, e Magistrati* Lib. XI. Tom. II. pag. 443. Nap. 1749. Collenucius a tanta Scriptorum turba discedens *Compendio dell' Istoria del Reg. di Nap.* Tom. I. pag. 204. Nap. 1771. ad priorem annum id facinus referendum censet; attamen a Costo pag. 211. refellitur. Nonnulli autem Scriptores, uti Constantius, Capecelatrus, Grimaldius etc. tametsi de anno conveniant, de die tamen, quo id accidit, dissentiunt, statuuntque diem tricesimam Martii in tertiam feriam Paschatis incidisse. Ad diem certo statuendum tuta patebit via, si litteram Dominicalem illius anni requiramus, quae cum sit D., facile liquet diem 30. Martii, secundam, non tertiam Paschatis feriam fuisse. Quod ad nos huius πολυθρυλλητου facti descriptionem exponendam non putamus, cum fusius a laudatis Scriptoribus pertractata sit; quos lector, si lubet, adire poterit.

N. 9.

Olim Arca H. Fasciculus 18. N. 3.

1282. *Iunii 12. Indictione 10. Caroli I. Hierusalem anno VI. Siciliae XVII. Avellini.*

Rex mandat Goffrido de Summissato Iustitiario Terrae Bari, ut emat sellas 10., et froena 20. pro equis, et roncinis.

N. 10.

Olim Arca B. Fasciculus 57. N. 15.

1282. *Iunii 13. Indictione 10. Caroli I. Hierusalem anno VI. Siciliae XVII. Acherontiae.*

Petente Rustayno de Tarascono Provisore Castrorum Capitanatae, et Basilicatae transumitur in formam publicam mandatum Regium, quo iniungitur Custodi Castri Acherontiae, ut recipiat Iohannem de Castronovo in Servientem ipsius Castri, eique gagia solvat.

Per Iohannem Notarium Acherontiae.

FASCICULUS LXII.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 54. N. 22.

1282. *Iunii 13. Indictione 10. Caroli I. Hierusalem anno VI. Siciliae XVII. Acherontiae.*

Petente Rustayno de Tarascono Provisore Castrorum Capitanatae, et Basilicatae, Iudex, et Notarius post inquisitionem declarant Castellanum, Capellanum, et Servientes continenter moratos esse in Castro Acherontiae.

Per Iohannem Notarium Acherontiae.

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 12. N. 5.

1282. *Iulii 18. Indictione 10. Caroli I. Hierusalem anno VI. Siciliae XVIII. Ysclae* (1).

(1) Non ad quaedam oppida in nostro Regno, quibus *Ysclae* nomen adhaesit, sed ad Insulam in Mari Tyrrheno quae Aenaria, seu Inarime olim dicebatur, nostra membrana pertinuit. In ea enim fuit Castrum Gironis, cuius

Digitized by Google

Petente Petro de Corberio Provisore Castrorum Principatus, Terrae Laboris, et Comitatus Molisii, Iudex, et Notarius post inquisitionem declarant, Scutiferos Castri Gironae, continenter ibi moratos esse.

Per Synibaldum de Sancto Notarium. Ysclae.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 1. N. 13.

1282. *Septembris* 1. *Indictione* 11. *Caroli I. Hierusalem anno VI. Siciliae XVIII. Florentini.*

Nicolaus Peregrinus de Salpis Magister Massariarum Curiae in Capitanata conficit inventarium Massariae in Terra Florentini.

Per Nicolaum Notarium Petrae Montis Corbini.

N. 4.

Olim Arca A. Fasciculus * . N. 15.

1282. *Septembris* 2. *Indictione* 10. *Caroli I. Hierusalem anno V. Siciliae XVII. Spinaciolae.*

Petente Magistro aratiarum Curiae in Basilicata, Iudex, et Notarius declarant Scuterios singillatim recensitos continenter moratos esse in custodia stallonum Curiae in Basilicata.

Per Nicolaum Notarium Spinaciolae.

---

diploma in Reg. sig. 1269. C. fol. 243. mentionem facit. Rerum nostrarum studiosis non displicebit monumenti partem perlegere, in qua plura huius Insulae *Casalia* recensentur.

« Casalia vero et quantitates auri in quibus tenentur sunt hec Flori » uncias quatuor auri Media via uncias tres De Sancto Socio uncias qua- » tuor Lumonis uncias quatuor Ggronis uncias quatuor Morpeini et Baranii » uncias sex De Fontana uncias duas Campanula unciam unam Ad hec volu- » mus ut Thomas Magistri Milonis de Ysela qui ratione predictarum foresta- » rum asseritur debitor esse Curie nostre in multis receptis presentibus ad no- » stram Curiam destinetis presentaturum se coram Ganfrido de Sergino Regni » Siciliae Seneseallo. Datum Capue XVII. Martii XIII. Indictione (1270).

Porro *Ysclam* κατ' ἐξοχὴν *Insulam* fuisse adpellatam, novimus ex Reg. sig. 1272. C. fol. 3. a t.°, ubi legimus: *Scriptum est eidem Secreto* (*Principatus*) *pro Episcopo Insulano*. Quisnam autem fuerit hic *Episcopus Insulanus*, colligitur ex verbis, quae sequuntur: *De decimis Baiulationis et aluminis Ysele ut solvat eas sibi pro anno presenti. Datum Capue IIII. Martii* (1. Indictionis 1273.) Celebrabatur enim tunc temporis in hac *Insula mons seu locus ubi alumen seu sulfur colligebatur*, qui ad Regium Demanium pertinebat, ut ex Reg. sig. 1272. E. fol. 104

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 4. N. 3.

1282. *Septembris* 16. *Indictione* 10. *Caroli I. Hierusalem anno V. Siciliae XVII. Hostuni.*

Iudex, et Notarius declarant, Inquisitores Officialium Ydronti ob peculiares rationes moratos esse ad suum munus obeundum in terra Hostuni ultra tempus consuetum.

Per Crisambrium Notarium Hostuni.

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 67. N. 9.

1282. *Septembris* 18. *Indictione* 10. *Caroli I. Hierusalem anno V. Siciliae XVII. Brundusii.*

Brundusinus de Horia, ut exsequatur mandatum Patritii de Chaurs Iustitiarii Terrae Ydronti, iniungit Terris singillatim recensitis, ut statim eligant Iudices, et Magistrum Iuratum pro supradicto anno.

Per Matthaeum de Notario Ursone Notarium Brundusii.

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 60. N. 4.

1282. *Septembris* 28. *Indictione* 11. *Caroli I. Hierusalem anno VI. Siciliae XVIII. Castro-Vallis.*

Universitas Castri-Vallis eligit Gustabilem Ferrarium in Magistrum Iuratum pro supradicto anno.

Per Iohannem de Sico Notarium Magdalonis.

N. 8.

Olim Arca H. Fasciculus 86. N. 2.

1282. *Octobris* 2. *Indictione* 11. *Caroli I. Hierusalem anno VI. Siciliae XVIII. Regii.*

Rex mandat Pandulpho de Fasanella Iustitiario Terrae Laboris, et Comitatus Molisii, ut Universitates maritimae iurisdictionis suae statuant Custodes, et Excubias ad vitandas incursiones Piratarum (1).

(1) Ut intelligamus, quinam sint Piratae, quorum incursionem Carolus pertimescit, pauca quaedam adnotanda sunt. Inter Caroli I. membranas Rhegii datas hanc primam Syllabus noster offert. Cum enim usque ad diem 26. Septembris

Digitized by Google

N. 9.

Olim Arca E. Fasciculus 91. N. 9.

1282. *Octobris* 11. *Indictione* 11. *Caroli I. Hierusalem anno VI. Siciliae XVIII. Limatulae.*

Universitas Limatulae, ut exsequatur mandatum Pandulphi de Fasanella Iustitiarii Terrae Laboris, et Comitatus Molisii, eligit Thomasium Sclavum in Magistrum Iuratum pro supradicto anno.

Per Nicolaum Notarium Limatulae.

Urbem Messanam obsedisset, classis Aragoniensis timore perculsus, Rhegium contendit. Vide Capecelatr. *Istor. della Cit., e Regn. di Nap.* part. IV. lib. 1. Tom. II. pag. 239. Nap. 1769. Constant. *Ist. del Regn. di Nap.* Lib. II. pag. 62. Nap. 1769. Giannone *Ist. Civ.* Tom. III. Lib. XX. Cap. 5. pag. 400. Nap. 1770. Deinde cum eiusdem classis vim, navium suarum clade, expertus esset, loca Regni maritima custodienda sategit. Ut autem fugam suam cohonestaret, et Regni sui periculo provideret, duo praecipue egit: primum litteras scripsit, quibus et res in Sicilia a se gestas, et reditus caussam, indueto fortasse fuco, enarravit: deinde hostes Piratarum nomine indicavit, eaque praecepit, quae in praesenti membrana habentur. Iam porro operae pretium duximus litteras, quae in Reg. sig. 1283. E. fol. 14. a t.º ad Capitaneum a Faro ultra in regno Siciliae missae leguntur, utpote adhuc ineditas, et Historiae Patriae illustrandae perutiles, exscribere.

« Scriptum est eidem Capitaneo (a Faro ultra usque ad confinia Terrarum
» Sancte Romane Ecclesie) etc. Ne vulgaris loquele fama prehambula rumorum
» improvida portatrix et novorum superstitiosa narratris in producenda notitiam no-
» strorum processuum ad audientiam tuam aliorumque nostrorum fidelium tran-
» scenderit veritatem clara delucidatione presentium certum inde te reddere volu-
» mus ipsamque tibi rei geste seriem aperimus Noveris igitur quod dudum in Insula
» nostra Sicilie cum innumerabili multitudine nostri potentis exercitus transentes
» in obsidione illius famose terre Messane felicia castra nostra defiximus et inibi
» usque ad diem Sabbati vicesimum sextum presentis mensis Septembris cum
» eodem nostro exercitu commorantes terram ipsam multis olim fecundam de-
» liciis multisque divitiis opulentam sic undique terra marique constrinximus
» sic ferro flammaque vastavimus quod nichil remansit penitus usque ad am-
» bitum meniorum quin illud aut ferrum ceciderit aut ignis combuxerit vel
» ruine sit seu depopulationi subiectum et nichilominus tantis vinearum
» arborum et locorum extrinsecorum amenitatibus quibus decorabatur eadem
» civitas succisis succensis penitus et destructis Civitatis corpus non reliqui-
» mus inconcussum quin ex crebris nostrarum ictibus Machinarum multe pul-
» cre domus intrinsecus sint et decora edificia diruta ac Civitatis menia usque
» ad ruinam in locis pluribus concussata sicque Civitatis eiusdem incolas iam
» artaverimus extrinsecus gladio intus fame quod nullum de ipsorum vi-
» cina deditione restabat ambiguum vel dubietas remanebat Verum inter
» hec omnia consultius cogitantes quod Messanensibus ipsis nihil ex nunc
» prodesse potest autumpni fructuosa fecunditas tam tempore quam de-
» structione consumpta quodque Yemali iam tempore imminente pro-
» cellosa fari rabies Vassellorum nostrorum statum et transitum sicque per

N. 10.

Olim Arca D. Fasciculus 28. N. 5.

1282. *Octobris* 12. *Indictione* 11. *Caroli I. Hierusalem anno VI. Siciliae* (*LXX*, sic) *XVIII. Suessae.*

Pandulphus de Fasanella Iustitiarius Terrae Laboris, et Comitatus Molisii tradit Universitati Suessae Constitutiones a Rege conditas die 10. Iunii eiusdem anni (1).

Per Riczardum Notarium Suessae.

» consequens rerum necessariorum nobis et nostro exercitui copiam poterat
» prohiberi Deliberante prudentia saniorique consilio providente aliquantu-
» lum castra nostra retraximus ac citra farum cum toto nostro exercitu in-
» columes venientes in Civitate nostra Regii sospites permanemus Adveniente
» vero tempore congruo cum eodem et omni alio quod nostra totis viribus
» potentia procurabit tam terrestri exercitu quam marino extolio eamdem in-
» sulam nostram Sicilie repetemus predictos Messanenses et alios rebelles no-
» stros Sicilie divina nos comitante potentia que nostram tuetur iustitiam sic
» viriliter invasuri quod perdetur penitus predictorum quorumlibet presum-
» ptuosa protervia et erecta rebellium cornua sub pedibus nostris nostra potentia
» conculcabit Datum Regii penultimo Septembris XI. Indictionis (1282.).

Si quis denique nosse cupit signa, quibus tunc temporis finitimae urbes de hostium adventu certiores fieri solebant, perlegat pauca haec verba, quae addimus ex membrana in Syllabo nostro indicata: « Custodes die noctuque solli-
» cita et accurata vigilantia sic custodiant ut statim quod aliquod vassellum
» piratarum vel inimicorum ad maritimas ipsas accessum habuerit vel sciverint
» per signum quod volgariter dicitur fano factum per custodes vel excubias alia-
» rum partium vicinarum vassella huiusmodi piratarum vel inimicorum in par-
» tibus ipsis esse signum huiusmodi quod fano dicitur videlicet de die cum
» fumo et de nocte cum flammis facere debeant scilicet si vassellum unum fuit
» semel si duo bis si tria vel plura ter ut ex huiusmodi signi cautela adventus
» piratarum et inimicorum nostrorum quasi una eademque hora sciri possit etc. »

(1) Has Caroli I. Constitutiones, quae *Neapoli anno 1282. Mense Iunii X. eiusdem X. Indictione Regnorum Caroli Hierusalem anno VI. Siciliae XVII.* prodierunt, in 58. Capitula dispertitas exposuit Grimaldius, *Istoria delle Leggi, e Magistrati del Reg. di Nap.* Tom. II. pag. 450. ad 459. Nap. 1749. Ipsas quoque editas habemus inter *Capitula Regni utriusque Siciliae* Tom. II. pag. 25. ad 40. Neap. 1773. In horum fine Carolus mandat, ut *praedicta omnia Capitula in singulis Civitatibus, et Terris famosis in quolibet Iustitiariatu publicentur. Et tam ipsis Civitatibus, quam Terris famosis, quam aliis Castris, et villis transcripta reddantur sub sigillo Iustitiarii regionis.* Ut huic igitur Regis mandato Iustitiarius Terrae Laboris, et Comitatus Molisii pareret, Universitati Suessae has ipsas Constitutiones *observandas* tradit.

FASCICULUS LXIII.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 30. N. 16.

1282. *Octobris 17. Indictione 11. Caroli I. Hierusalem anno VI. Siciliae XVIII. Maranolae* (1).

Universitas Maranolae, ut exsequatur mandatum Pandulphi de Fasanella Iustitiarii Terrae Laboris, et Comitatus Molisii, eligit Iohannem de Magistro Iohanne Magistrum Iuratum pro supradicto anno.

Per Petrum Notarium Maranolae.

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 69. N. 19.

1282. *Novembris 11. Indictione 11. Caroli I. Hierusalem anno VI. Siciliae XVIII. Regii.*

Rex mandat Gazoni Chinardo Capitaneo Galearum, Teridarum, et Vacettarum Curiae in Apulia, et Aprutio, ut statim reficiat omnes Galeas, et centum Teridas, et recipiat propterea uncias auri 1400. a Regiis Thesaurariis.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 59. N. 2.

1282. *Decembris 17. Indictione 10. Caroli I. Hierusalem anno V. Siciliae XVII. Meiani.*

Iudex, et Notarius, per testium depositiones singillatim recentitas, declarant Inquisitores de processibus, et excessibus Officialium continenter moratos esse in Terra S. Pancratii ad suum munus obeundum.

Per Leonem Notarium Meiani.

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 40. N. 8.

1283. *Ianuarii 8. Indictione 11. Caroli I. Hierusalem anno VI. Siciliae XVIII. Regii.*

Rex mandat Gazoni Chinardi Capitaneo Vassellorum Curiae

(1) Castrum hoc in Iustitiariatu Terrae Laboris, et Comitatus Molisii requirendum patet tum ex *Libro Donationum* Caroli I. an. 1269. fol. 57. a t.°, tum ex Reg. sig. 1272. A. fol. 69. a t.°, ubi Francisco de Visamali, seu Guaysmali dicitur donatum. Novimus etiam ex hoc Regesto antiquiorem ipsius Castri Dominum a Regia fide descivisse, et a civibus Caietae *homines* huius Castri fuisse expulsos, ac tandem ab Rege eis, exceptis tantummodo rebellionis auctoribus, concessam redeundi potestatem.

Digitized by Google

in Apulia, ut faciat armis instruere galeam in Terris vicinioribus Manfridoniae pro nunciis illinc mittendis (1).

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 38. N. 4.

1283. *Martii 25. Indictione 11. Caroli I. Hierusalem anno VI. Siciliae XVIII. Mauli.*

Americus de Montedragone Provisor Castrorum Terrae Bari, et Terrae Ydronti, per testium depositiones singillatim recensitas declarat, Contergium Palatii Terrae Mauli continenter ibi moratum esse ad suum monus obeundum.

Per Simeonem Notarium Bari.

N. 6.

Olim Arca D. Fasciculus 45. N. 10.

1283. *Aprilis 3. Indictione 11. In campis in planitie S. Martini.*

Carolus Princeps Salernitanus, Primogenitus, et Vicarius Generalis Regis Siciliae (2) mandat Iustitiario Capitanatae, ut de pellibus ani-

---

(1) Quo nuntii Manfridonia pergere deberent, e nostra membrana non liquet. Suspicamur aut in Graeciam, aut in Terram Sanctam esse vehendos.

(2) Giannonius *Ist. Civ.* Lib. XV. cap. 5. pag. 400. Nap. 1770., et Grimaldius *Ist. delle Leggi, e Magistrati del Regno di Nap.* Lib. XI. Tom. II. pag. 445. Nap. 1749. asserunt Carolum statim Rhegio cessisse, et suo filio Regni Vicario constituto, Romam perrexisse, suas querelas Pontifici expositurum. In huius rei testimonium vocatur Capecelatrus Part. IV. lib. 1., Constantius lib. II., Io. Villani lib. VII. cap. 73. 74., et Carusi *Stor. di Sicil.* part. II. Vol. II. lib. 1. Porro cum nemo ex hisce historicis certa monumenta in suae opinionis confirmationem afferat, aliquandiu haesimus num iure istis auctoribus esset adhaerendum. Tandem Tabularii nostri diplomata omni dubio nos liberarunt. Siquidem a die 26. Septembris, qua Rhegium petivit, usque ad Februarii finem insequentis anni, quo ad Burdigalensem urbem iter intendit, Rhegii, vel finitimis in locis moratus est, deditque litteras Iustitiario Terrae Laboris, et Capitaneo suae classis in Apulia, cuius transumptum nos Fascic. LXII. N.° 8. et Fascic. LXIII. N.° 2., et 4. edidimus. Pluraque alia sunt mandata in Reg. sign. 1283. E. ibidem a Rege ad diversos officiales missa.

Quod autem caput est, et quod rei diplomaticae amatoribus non iniucundum fore speramus, exstat in Reg. sig. 1280. B. fol. 165. diploma, quod heic edimus, quo Rex significat Secreto, Magistro Portulano, et Procuratori, et Magistro totius salis Principatus, Terrae Laboris, et Aprutii electionem Caroli Principis Salernitani in Regni Vicarium.

« Scriptum est eidem (Angelo de Vito Secreto Magistro Portulano et » Procuratori ac Magistro totius Salis Principatus Terre Laboris et Aprutii) etc. » Cum nobis ad presens feliciter procedentibus ad partes ultramontanas in Vasconiam scilicet apud Civitatem Burdegalensem ubi cum Rege Aragonie ini» mico nostro secundum appellacionem hinc inde propositam et defensam Deo» nobis existente defensore pugnare debemus Karolum dilectum primoge-

malium Curiae in Terra Bari, ablato prius merco Regio, partim vendat, partim usibus Magistri Massariarum Curiae in dicta Terra addicat.

N. 7.

Olim Arca E. Fasciculus 79. N. 3.

1283. *Aprilis* 5. *Indictione* 11. *In campis in planitie S. Martini.*

Carolus Princeps Salernitanus eligit Bartholomaeum Activissimo Magistrum Massariarum Curiae in Terra Ydronti, eique tribuit duos famulos, et tres equos, et Notarium cum introscriptis gagiis.

N. 8.

Olim Arca A. Fasciculus 18. N. 13.

1283. *Aprilis* 7. *Indictione* 11. *In campis in planitie S. Martini.*

Carolus Princeps Salernitanus mandat Berardo de S. Georgio Iustitiario Capitanatae, ut amotis ceteris Servientibus, retineat Mi-

---

» nitum nostrum Principem Salernitanum et Honoris Montis Sancti Angeli
» Dominum usque ad felicem nostrum de partibus ipsis redditum et etiam us-
» que ad nostrum beneplacitum generalem Vicarium nostrum in Regno Sicilie
» commisso sibi plene ipsius Vicarie officio duxerimus statuendum fidelitati tue
» firmiter et districte precipimus quatenus eidem Karolo dicte vicarie officium
» exercenti tamquam persone nostre in omnibus et per omnia devote et effica-
» citer pareatis et intendatis Cuius mandata omnia et ea precipue que tam su-
» per exhibenda et solvenda pecunia pro quibuscumque negotiis et servitiis
» quam super extractione victualium extra vel infra Regnum ferendarum tibi
» sub magno sigillo vicarie et parvo secreto suo contigerit destinari ea scilicet
» quam quantitatem pecunie continebunt de quacumque fiscali pecunia existente
» per manus tuas non obstante mandato tibi facto de tota pecunia ipsa ad Ca-
» meram nostram Castri Salvatoris ad Mare de Neapoli destinanda et que vi-
» ctualium extractionem mandaverint non obstante mandato de non permittenda
» extrahi per aliquos aliqua victualium quantitate sine speciali mandato nostro
» sub utroque sigillo magno videlicet pendenti et parvo secreto tibi pro inde
» dirigendo prout mandata ipsa distinxerint sine defectu quolibet exequaris
» quibus mandatis totaliter et efficaciter essecutis totam reliquam quantitatem
» ad eamdem Cameram nostram sicut per plures alias litteras nostras tibi man-
» datum extitit per ydoneos et fideles nuncios tuos destinare procures The-
» saurariis nostris ibidem statutis integraliter assignando a quibus inde ad tui
» cautelam ydoneam recipias apodixam. Datum Regii XII.° Ianuarii XI. In-
» dictionis (1283.). Post hoc diploma id servatum cernimus, ut Princeps Salernitanus in suis edictis annos Regni Patris non enumeret.

32

litem unum, et Scutiferos decem (1), quibus tantum a Curia solvantur gagia.

N. 9.

Olim Arca C. Fasciculus 83. N. 18.

1283. *Aprilis* 29. *Indictione* 11. *Nicoterae.*

Carolus Princeps Salernitanus mandat Berardo de S. Georgio Iustitiario Capitanatae, ut compellat homines sigillatim recensitos ad solvenda vectigalia in Generali Parlamento (2) decreta pro extractione mercium; et divulget, neminem posse merces extrahere nisi exhibita cautione de loco delationis ipsarum statuto in literis responsalibus Portulani supradictae Terrae.

N. 10.

Olim Arca C. Fasciculus 71. N. 18.

1283. *Maii* 15. *Indictione* 11. *Nicoterae.*

Carolus Princeps Salernitanus, inserendo litteras scriptas Ludovico de Montibus, mandat Gazoni Chinardo Capitaneo Vassellorum Apuliae, ut moneat homines sigillatim recensitos parare multas naves profecturas Regium (3).

---

(1) Caussam, qua huic Iustitiario, et ceteris eodem munere decoratis minor, quam antea Servientium numerus constituatur, habes ex eiusdem diplomatis verbis, quae subiungimus » Quia ex multitudine Stipendiariorum, quos secum » hactenus Iustitiarii retineban, plura et diversa gravamina consueverunt Regni » fidelibus irrogari etc.

(2) Hoc Generale Parlamentum illud certe fuit, quod Carolus II. Regni Vicarius in Planitie S. Martini die 30. Martii anni 1283. habuit. In eo enim multa optime constituit, multaque a Carolo I. proposita, praesertim de publicis oneribus, emendavit. Capitula, quae propterea condita fuere, leguntur inter *Capitula Regni Siciliae* Tom. II. pag. 41. ad 55. Neap. 1773.; et exponuntur etiam a Grimaldio *Ist. delle Leggi, e Magistrati.* Tom. II. pag. 493. ad 514. Nap. 1749., et a Giannonio *Ist. Civ.* Tom. III. pag. 434. et seqq. Nap. 1770. Capitulum autem, cuius executio Iustitiario Capitanatae hoc diplomate committitur, illud est, quod incipit *Item statuimus, quod Praelati* etc. pag. 46. *Capit. Reg. Sic.* ed. cit.

(3) Constantius *Ist. del Reg. di Nap.* Lib. II. pag. 67. Nap. 1769. refert nonnullos Siculos in Petrum Aragoniae Regem coniurasse, ut Carolum in pristinam Siciliae possessionem restituerent. Etsi id prima fronte incredibile videatur, cum paucis ante mensibus omnes Siculi unanimi consensione Gallorum iugum excusserint, si tamen facti [illegible] inspiciamus, quas ipse Historicus enarrat, ei fidem praebeamus, oportet. Nostra autem membrana, quam

FASCICULUS LXIV.

N. 1.

Olim Arca C. Fasciculus 88. N. 7.

1285. *Maii* 13. *Indictione* 11. *Nicoterae*.

Carolus Princeps Salernitanus mandat Berardo de S. Georgio Iustitiario Capitanatae, ut mutuas accipiat pecunias ab hominibus singillatim recensitis.

---

heic exscribimus, maiora ad rei veritatem comprobandam momenta praestat. Re enim vera nulla alia causa praeter huiusmodi coniurationem adduci poterit, cur, postquam inter Carolum, et Petrum conventum sit belli finem ad Burdegalense certamen differendum esse, Carolus Princeps Salernitanus tantam classem, tanto studio, tantaque diligantia comparandam, eamque ad loca Siciliae propinquiora disponendam curarit. En igitur diploma, quo perlecto veritas ipsa magis magisque elucescet.

» Karolus Illustris Ierusalem et Sicilie Regis primogenitus Princeps Sa-
» lernitanus et Honoris Montis Sancti Angeli Dominus ac eius in toto regno
» Sicilie Vicarius generalis Nobili viro Domino Gazoni Chinardo Capitaneo
» Vassellorum Apulie dilecto consiliario et devoto suo salutem et amorem
» sincerum Scire volumus devotionem tuam quod Nobili viro domino Lodoyco
» de Montibus Capitaneo a porta Roseti usque ad confinia terrarum sancte
» Romane Ecclesie litteras nostras dirigimus continentie talis Karolus Illustris
» Ierusalem et Sicilie Regis primogenitus etc. Nobili viro domino Lodoyco de
» Montibus etc. Super mittendis prothontinis comitis naucleriis supersalientibus
» et marenariis de partibus Principatus et Terre Laboris in Apuliam pro armandis
» triginta Teridis que sunt ibi pridem tibi tam per litteras nostras quam per
» Herbertum de Aureliano et Guillelmum de Cadeneto milites nuncios nostros
» propterea specialiter destinatos satis plene nostram aperuimus voluntatem in
» cuius exequutione negotii continua meditatione pausantes taliter de illo ad
» presens deliberatione consulta duximus providendum quod placet nobis et
» devotioni tuo mandamus quatenus si predicte omnes persone per te et sta-
» tutos tuos inducte sunt vel breviter et facile induci poterunt quod receptis
» solidis et aliis consuetis ad predictas partes Apulie per terram iam ivorint
» vel quod eant ulteriori mora nullatenus committenda in solidandis et mit-
» tendis eisdem predicta nostra prior provisio iuxta tenorem dictarum littera-
» rum informationem eorumdem nunciorum nostrorum totaliter compleatur ni-
» chilque in ea ratione presentium innovetur Si vero personas ipsas difficiles
» et induci non posse videris ad eumdum octo Teridas Illustris Principis do-
» mini Philippi Imperatoris Constantinopolitani Karissimi fratris nostri Nea-
» poli existentes aliam Teridam quae est Yscle aliam que Gayete et aliam
» que Surrenti nec non reliquas Teridas ad reparandum et navigandum uti-
» les in eisdem partibus existentes si per totum presentem mensem Madii repa-
» rari poterunt et parari sic quod eas quintodecimo sequentis Iunii ad tardius
» apud Regium habeamus usque ad viginti Teridas numero de predictis per-

Digitized by Google

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 27. N. 12.

1283. *Maii* 15. *Indictione* 11. *Caroli I. Hierusalem anno VII. Siciliae XVIII. Manfridoniae.*

Magister Iuratus Manfridoniae, ut exsequatur mandatum Berardi de S. Georgio Iustitiarii Capitanatae, cuius Capitulum exscribitur, divulgat per praeconem, ut adeat Iustitiarium quisquis conqueritur de eius praedecessore.

Per Benedictum Notarium Manfridoniae.

„ sonis parcium earumdem armari facias modo Galearum secundum formam
„ tibi per litteras nostras datam quibus personis solidos et alia necessaria con-
„ sueta de pecunia Curie recepta per te de Camera Castri ovi et biscottum pro
„ eorum panatica ad rationem de quarta parte cantarii pro qualibet persona
„ per mensem requirendum et recipiendum per te ab Angelo de Vito Secreto
„ Magistro Portulano et Procuratore ac Magistro Salis Principatus Terre Labo-
„ ris et Aprutii cui exinde scribimus pro mensibus duobus numerandis a die
„ quo de domibus suis recesserint per Prothontinos ubi Prothontini sunt et ubi
„ Prothontini non sunt per Comites facias exhiberi et si que ex predictis vi-
„ ginti Teridis reparande et muniende fuerint breviter quam usque ad predictum
„ terminum reparatio et munitio earum fieri poterit et compleri eas reparari
„ et muniri facias singulis oportunis de predicta pecunia Curie per te a pre-
„ dicta Camera vel undecumque recepta et eas omnes paratas et armatas modo
„ predicto ad predictam terram Regii ubi stolium aliorum vassellorum nostro-
„ rum invenient felici omine facias navigare Ita quod usque ad predictum
„ quintumdecimum Iunii infallibiliter sint ibidem pecunia autem pro solidis et
„ aliis consuetis personarum omnium reliquarum decem Teridarum quam simi-
„ liter a camera ipsa receperas ad nobilem virum dominum Gazonem Chinar-
„ dum Capitaneum vassellorum Apulie per fidos et tutos nuncios tuos incon-
„ tinenti transmittas ut ex ea personas ipsarum partium Apulie necessarias pro
„ armandis quatraginta Teridis ad rationem de vigintiquinque personis pro
„ qualibet earumdem computatis comito uno et naucleriis duobus pro duobus
„ mensibus solidet sicut habet per nostras litteras in mandatis rescripturus
„ nobis et magistris Rationalibus Magne Regie Curie statim quicquid fa-
„ ciendum duxeris de premissis particulariter et distincte ut inde per te cer-
„ titudine habita sicut expedire videbimus procedamus. Datum Nicotere die
„ XIII.° Madii XI.° Indictionis Propter quod volumus et tue devotioni man-
„ damus quatenus intentionem nostram plene colligens ex prescriptis que talis
„ est quod si predicte persone Principatus et Terre Laboris in Apuliam ve-
„ nerint armentur ex eis Teride triginta modo Galearum secundum pro-
„ visionem nostram exinde habitam in qua nichil penitus immutetur si ve-
„ ro non venerint armentur quatraginta Teride de hiis que sub custodia tua
„ sunt non modo Galearum set ad rationem de vigintiquinque personis pro
„ qualibet earumdem computato Comito uno et Naucleriis duobus reliquis vi-

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 40. N. 19.

1283. *Maii 26. Indictione 11. Caroli I. Hierusalem anno VII. Siciliae XVIII. Horiae.*

Bartholomaeus de Activissimo Magister Massariarum Curiae in Terra Ydronti tradit Submassariis (1) bona Massariarum, et Gregariae Regiae, quae recensentur (2).

Per Andream Notarium Horiae

» ginti duobus tam ad Bogandum quam ad alia servitia deputandis de per-
» sonis scilicet Apulie et Aprutii ultra quinquaginta inter Teridas et Galeas
» quas per te de personis ipsarum partium ultimo armari mandavimus ut Ga-
» leas quod mandatum nostrum in robore suo duret et in suis finibus totaliter
» observetur in continenti receptis presentibus mora et occasione quibuslibet
» pretermissis predictas quatraginta Teridas cum afisis corredis et guarnimen-
» tis singulis earumdem habeas ad navigandum paratas et personas pro arma-
» tione ipsarum necessarias ad rationem predictam in eisdem partibus Apulie
» et Aprutii inveniri facias et esse in continuo apparatu et si predicte persone
» Principatus et Terre Laboris venerint Trigiuta ex eis modo Galearum ar-
» mari facias dimissis eisdem personis Apulie et Aprutii quod si non venerint
» set predictam pecuniam prefatus Capitaneus ad te mittet solidos et alia ne-
» cessaria consueta ex ea et panaticam de biscotto quod habes personis eisdem
» Apulie et Aprutii pro duobus mensibus a die quo de domibus eorum re-
» cesserint numerandis per Prothontinum vel Comitos ubi Prothontini non sunt
» facias exhiberi et ex ipsis personis armari predictas Teridas quatraginta quas
» omnes Teridas et Galeas predicto modo armatas numero octoginta si gens
» Principatus et Terre Laboris venerit vel ea non veniente numero nonagiu-
» ta de portu Brundusii simul et semel facias navigare Ita quod ab inde pri-
» mo instantis mensis Iunii ad tardius et absque defectu recedant usque Cu-
» tronum feliciter profecture te in illis personaliter veniente a qua terra
» Cutroni cum vassellis eisdem aliquatenus non recedas donec scitis per nos
» inde rumoribus nostrum inde tibi beneplacitum rescribamus ad quod ut cau-
» tius et infallibilius procedamus certum diem recessus vestri de ipso portu
» Brundusii nobis quam citius poteris intimare procures. Data Nicotere anno
» domini M.° CC.° LXXXIII.° die XIII.° Madii XI.° Indictionis ».

(1) Hac voce, quam Glossaria non referunt, eum, qui vel Massarii absentis vice fungebatur, vel Massario ministrabat, indicatum putamus. De Massariis autem vide pag. 6. Not. (2).

(2) In hoc inventario peculiarem merentur animadversionem verba, quae numerum animalium, et vasa od lac colligendum, caseumque conficiendum in Lexicographorum commodum subiicimus. « Item pro apparatu ipsius gregarie
» siclos de ligno ad mungendum duos Tinum unum de ligno pro coliagulan-
» do lacte fiscellas de iuncis decem pro faciendo caseo et recotto.

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 30. N. 13.

1283. *Iunii* 1. *Indictione* 11. *Caroli I. Hierusalem anno VII. Siciliae XVIII. Fogiae.*

Maurus Rufulus Vice-Secretus Capitanatae, ut exsequatur mandatum Berardi de S. Georgio Iustitiarii dictae Provinciae, declarat neminem in sua Provincia recusasse solutionem *novorum statutorum*(1).

Per Nicolaum de Notario Andrea Notarium Fogiae.

N. 5.

Olim Arca D. Fasciculus 28. N. 3.

1283. *Iunii* 8. *Indictione* 11. *Caroli I. Hierusalem anno VIII. Siciliae XIX. Excoli.*

Berardus de S. Georgio Iustitiarius Capitanatae declarat se non potuisse obtinere ab Universitate Excoli mutuas uncias auri 50. impositas a Carolo Principe Salernitano (2); sed tantum summam unciarum auri 13. et tareni unius cum dimidio a quibusdam civibus peculiariter memoratis.

Per Leonem Notarium Excoli.

N. 6.

Olim Arca D. Fasciculus 12. N. 17.

1283. *Iunii* 19. *Indictione* 11. *Nicoterae.*

Carolus Princeps Salernitanus mandat Berardo de S. Georgio Iustitiario Capitanatae, ut revocet ad manus Curiae Castrum Deliceti ,

---

(1) Quid fuerint *nova statuta*, nec veteres Historici, nec lexicographi, nec instrumenti contextus liquido ostendunt. Autumamus vero, novum vectigal tunc temporis a Carolo fuisse impositum, uti urgentis belli, et aerarii pene exhausti ratio postulabat, quod Fogiae incolae, ea qua par erat patientia, exsolverant.

(2) Carolus Princeps Salernitanus in suis Capitulis editis in Planitie S. Martini, de quibus pag. 250. not. (2) disseruimus, inter cetera constituit, ut *omnia fiscalia onera eodem pacto, eademque ratione exigerentur, uti tempore Gulielmi II. observatum fuerat.* Vid. *Capit. Reg. Sic.* Cap. *Statuimus, mandamus, et volumus*, Tom. II. pag. 49. Neap. 1773. Quo Capitulo, ut optime animadvertit Viventius, *Istor. del Regno di Nap.* Vol. II. lib. II. pag. 34. Nap. 1816., et antea Giannonius *Ist. Civ.* Lib. XX. Cap. 9. Tom. III. pag. 438. Nap. 1770. quamdam promisit vectigalium gravissimorum imminutionem, ne populus Neapolitanus, cuius querelas ipse Princeps identidem exceperat, Siculorum exemplum sequutus, a Patris obedientia descisceret. At isthaec imminutio, quam Pater fortasse non probaverat, irrita omnino fuit, siquidem eaedem impositiones post id temporis exactae conspiciuntur. Ad cetera monumenta, quae hanc veritatem ostendunt, addere possumus praesentem membranam, permultasque alias in nostro Syllabo expositas.

Digitized by Google

et Casale S. Iohannis in Fronte, quod a Monasterio Venusino (1) Angelus de Marra tenebat.

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 42. N. 9.

1283. *Iulii* 1. *Indictione* 11. *Caroli I. Hierusalem anno VII. Siciliae XIX. Cidoniolae* (2).

Petente Andrea de Martino, Iudex, et Notarius declarant Universitatem Cidonioliae mutuas dare non posse uncias auri 30. a Curia requisitas propter quosdam campos deperditos.

Per Manentum Notarium Cidoniolae.

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 59. N. 6.

1283. *Iulii* 2. *Indictione* 11. *Caroli I. Hierusalem anno VII. Siciliae XVIII. In Monte S. Angeli.*

Benedictus de Abbate Iuratus Manfridoniae, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Iustitiarii Capitanatae, indicit per praeconem, ut nemo merces extrahat nisi in *barcis* parvis, et exhibita cautione de loco quo ipsas essent vecturi (3).

Per Gayonum Notarium Montis S. Angeli.

---

(1) Hoc Monasterium Venusinum in charta suo nomine indicatum non est: at nobis pro certo adfirmare licet, titulo SS. Trinitatis illud praefulsisse. Novimus enim Monasterium Venusinum ita insignitum prius ad Monachos Ordinis S. Benedicti, postea ad equites S. Iohannis Hierosolymitani pertinuisse. Constat praeterea plures terras huic Monasterio a Carolo I. fuisse concessas: vide Reg. sig. 1269. C. fol. 85. a t.°, 138., 210. a t.°, et 211. 1269. D. fol. 119. a t.°, et 190. a t.° 1270. C. fol. 36. 1272. B. fol. 197. a t.° 1276. B. fol. 172. a t.°, 174. a t.°, et 188., et a t.° 1276. et 1277. A. fol. 65. a t.°, 83. a t.°, et 101. a t.° 1278. A. fol. 199. a t.°, et 206. 1278., et 1279. H. fol. 149. a t.°. Immo in *Catalogo Baronum, qui sub Gulielmo II. expeditionem ad Terram Sanctam susceperunt*, edito a Borellio in *Vindice Neapolitanae Nobilitatis* pag. 43. Neap. 1653. aperte recensetur hoc *Casale* inter Terras Monasterii SS. Trinitatis; cui nescio quo iure Princeps non mandet ipsum *Casale* reddendum, sed *revocat ad manus Curiae*. Plura etiam de hoc Monasterio leges apud Ughellium *Ital. Sacr.* Tom. VII. col. 218. et seqq. Romae 1659.

(2) Hanc Terram in Apulia sitam, et ad manus Curiae ob mortem Symonis de Parisiis Cancellarii Regni Siciliae anno 1273. revocatam fuisse, constat ex Reg. sig. 1269. A. fol. 127. a t.° Mandatum autem Caroli II. idem est de quo supra pag. 254. not. (2) disputavimus.

(3) Id mandatum esse puto, ne frumentum, ceteraque *victualia* in loca ab hostibus occupata, et praesertim in Siciliam deferrentur. Vide pag. 62. not. (1).

Digitized by Google

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 40. N. 13.

1283. *Iulii 2. Indictione 11. Caroli I. Hierusalem anno VII. Siciliae XIX. Cidoniolae.*

Opicius de Gravina olim Magister Araciarum Curiae, ut exsequatur mandatum Caroli Principis Salernitani, quod exscribitur, declarat vendidisse 56. coria animalium mortuorum unciis auri 3., tareno 1., et granis 16.

Per Manentum Notarium Cidoniolae.

N. 10.

Olim Arca D. Fasciculus 28. N. 9.

1283. *Iulii 7. Indictione 11. Nicoterae.*

Carolus Princeps Salernitanus mandat Berardo de S. Georgio Iustitiario Capitanatae, ut solvat Ansaldo Capitaneo Fortelliciae Luceriae, eiusque Servientibus, et Stipendiariis dimidium gagiorum; ita tamen ut si non invenerit eorum arma bene servata, aliquid demat de ipsis gagiis.

FASCICULUS LXV.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 26. N. 4.

1283. *Iulii 11. Indictione 11. Caroli I. Hierusalem anno VIII. Siciliae XIX. Excoli.*

Notarius Leo de Excolo, ut exsequatur mandatum Caroli Principis Salernitani denunciatum per litteras Berardi de S. Georgio Iustitiarii Capitanatae, quae exscribuntur, per testium depositiones inquirit de satis, vineis, et possessionibus omnibus Castri Deliceti (1), deque annuo eiusdem reditu.

Per Desiderium Notarium Excoli.

(1) Mandatum Caroli Principis Salernitani heic indicatum nihil differt ab eo, quod Fasc. praecedenti Num. 6. exposuimus, et per quod Castrum Deliceti ad manus Curiae est devolutum. En itaque, qua de caussa Iustitiarius Capitanatae inventarium earum rerum, quae ad hoc Castrum pertinebant, conficiendum curat; quod in similibus casibus semper observatum est.

Digitized by Google

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 69. N. 10.

1283. *Augusti* 8. *Indictione* 11. *Caroli I. Hierusalem anno VII. Siciliae XIX. Rapollae.*

Thomas de Ebulo Iustitiarius Basilicatae, ut exsequatur mandatum Caroli Primogeniti, quod exscribitur, post testium depositiones recensitas, restituit Adeliciae uxori Guillelmi Marra Castrum Roccae Novae cum quibusdam Casalibus iniuste usurpatis.

Per Nicolaum de Santoro Notarium Rapollae.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 26. N. 19.

1283. *Septembris* 21. *Indictione* 11. *Caroli I. Hierusalem anno VI. Siciliae XVIII. Bari.*

Petente Goffrido de Summossa transumuntur in formam publicam duae Apodixae.

Per Silverium Notarium Bari.

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 33. N. 12.

1283. *Octobris* 14. *Indictione* 11. *Caroli I. Hierusalem anno VI. Siciliae XVIII. Bersantini.* (1).

Antonius de Monopollo declarat se concessisse Sacrae Domui Militiae Templariorum (2) proprietatem omnium bonorum suorum, reservato sibi usufructu, salvis iuribus, quae in dictis bonis uxor sua habebat.

Per Nicolaum Notarium Manfridoniae.

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 38. N. 15.

1283. *Octobris* 30. *Indictione* 12. *Caroli I. Hierusalem anno VII. Siciliae XIX. Serrae-Malae.*

Robertus Iohannis de Petro, ut exsequatur mandatum Caroli Principis Salernitani denunciatum per litteras Berardi de S. Georgio

---

(1) Nihil de hac Terra ex nostris membranis discimus. Eam autem prope Manfridoniam fuisse vel ex eo eruimus, quod Notarius ex hac Civitate ad testamentum ibi rogandum adhibeatur.

(2) Ceteris erga Templariorum Ordinem largitionibus hanc etiam addendam censemus. In membrana Petrus de Ianua dicitur Praeceptor Domus Militiae Templi in Capitanata. De Templariis vide pag. 89. not. (1).

Digitized by Google

Iustitiarii Capitanatae, quae exscribuntur, iniungit Baronibus singillatim recensitis, ut armis, et equis muniti die 21. Octobris se conferant cum adoha ad exercitum (1).

Per Perronum Notarium Castri Venafri.

N. 6.

Olim Arca M. Fasciculus 12. N. 12.

1283. *Novembris* 20. *Indictione* 12. *Carolo I. Regnante. Biturae* (2).

Henricus de S. Memmio Procurator Regis declarat se tradidisse Iohanni Barbe Cambellano pecuniam expensam pro Hospitio Regio.

---

(1) Quum Carolus I. ab urbe Burdegalensi discedens satis superque cognovisset non alia ratione, quam armis Siciliam esse recuperandam; omnes Regni vires eo intendit, ut quam primum eam insulam adgrederetur. Itaque Princeps Salernitanus, ut Patri obtemperaret, Regni Barones ad exercitum advocavit; quod revera factum fuisse e praesenti, ac sequentibus diplomatis luculenter ediscimus.

(2) Duabus praecipue de caussis hanc *antapocham* edimus: Prima quidem est, quia huius generis rarae admodum occurrunt; altera, quia plurima Galliae loca in ea indicantur, quae Carolus ab urbe Burdegalensi rediens, peragravit.

« Nos Magister Henricus de sancto Memmio Canonicus Cathedralis cle-
» ricus consiliarius.........................Procurator Illustris Regis Ierusalem
» et Sicilie presenti antapoca fatemur quod nos auctoritate.................
» mandati regii nobis facti de exibenda pecunia Iohanni Barbe dicti domini
» Regis cambellano statuto super officio grassi Hospicii sui pro expensis ipsius
» hospitii solvimus et assignavimus et solvi et assignari fecimus eidem Iohanni
» diversis diebus et locis prout per apodixas sigillo et subscriptione dicti.
» Iohannis munitas quas penes nos habemus evidenter apparet subscriptas pe-
» cunie quantitates. videlicet tertio Iunii Undecime Indictionis Burdegale
» Turonensium libras sexantas et viginti quinque Itam duodecimo dicti
» Iunii eiusdem Indictionis apud sanctum Macarium turonensium libras duo
» milia Item per unam apodixam factam Credolii quintodecimo Augusti un-
» decime indictionis diversis diebus et locis libras quinque milia centum octo
» solidos octo et denarios quinque Item tertiodecimo Septembris duodecime
» indictionis Parisiis Turonensium libras mille Item per unam apodixam fa-
» ctam Biture quintodecimo Novembris eiusdem indictionis diversis diebus et
» locis libras quatuor millia octingentas et viginti solidos septem et denarios
» quatuor que tota pecunia quam predicto Iohanni Barbe per totum assigna-
» vimus et assignari fecimus est in summa libre tresdecim milia quingente et
» quinquaginta tres solidi quindecim et denarii novem tantum et non plus
» Et licet predictus Iohannes Barba fateatur per predictas apodixas suas se a nobis
» totam predictam pecuniam presentialiter recepisse nos tamen notum facimus per
» presentes quod de dicta summa pecunie assignavimus et assignari fecimus
» eidem Iohanni in manibus suis in pecunia numerata libras sex milia relique

Digitized by Google

N. 7.

Olim Arca E. Fasciculus 69. N. 4.

1283. *Decembris* 11. *Indictione* 12. *Neapoli.*

Carolus Princeps Salernitanus mandat Berardo de S. Georgio Iustitiario Capitanatae, et Guillelmo Accroczamuro, ut compellant Universitates Provinciae ipsis decretae ad solvendam Generalem Subventionem impositam pro transitu in Siciliam faciendo.

Per Bartholomaeum de Capua Consiliarium.

N. 8.

Olim Arca K. Fasciculus 52. N. 17.

1283. *Decembris* 14. *Indictione* 12. *Neapoli.*

Carolus Princeps Salernitanus mandat Berardo de S. Georgio, ut inquirat, num uti Credenzerii, an uti Cabelloti Trasmundus de Affaytato, eiusque Socii Cabellam Baiulationis Salparum administrarint, ad ipsorum debitum definiendum (1).

N. 9.

Olim Arca D. Fasciculus 41. N. 9.

1283. *Decembris* 16. *Indictione* 12. *Neapoli.*

Carolus Princeps Salernitanus mandat Berardo de S. Georgio Iustitiario Capitanatae, ut citet quosdam Officiales intus designatos ad componendas rationes coram Magistris Rationalibus infra dies 8., sub poena unciarum 50.

» vero libre septem milia quingente et quinquaginta tres solidi quindecim et » denarii novem de pecunia antedicta debentur pluribus personis Comitatus » Andegavii et Cenomani pro expensis dicti hospitii factis ibidem ad cuius » solutionem si nondum soluta est tenemur et sumus obligati Unde ad futu- » ram memoriam et predicti Iohannis Barbe cautelam presentem antapocam » ei de premissis fieri fecimus sigillo nostro munitam Data Biture die XX.° » Novembris duodecime indictionis anno domini millesimo ducentesimo octua- » gesimo tertio ».

(1) Ut huius diplomatis scopus intelligatur, advertendum est discrimen, quod inter *Cabellotum*, et *Credenzerium* statuerunt antiquae constitutiones. Scilicet is erat *Credenzerius*, qui *nomine Curiae* Cabellam administrabat; *Cabelloto* autem Cabella locabatur, de qua *nomine proprio* curam gerebat. Alter igitur quidquid ex Cabella eo anno exegerat, solvere debebat; ab altero vero nihil, praeter locationis pretium, repetebat Fiscus. His perspectis, quum Trasmundus, eiusque socii non Cabellotos, sed Credenzerios se fuisse exposuissent; Rex ipsos non ad uncias XCVI., quas Iudex ab eis, uti a Cabellotis expetebat, sed ad LXXV., quas inde eo anno perceperant, solvendas teneri decrevit; et huius caussae iudicium Berardo de S. Georgio commisit.

Digitized by Google

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 54. N. 14.

1284. *Ianuarii* 10. *Indictione* 12. *Caroli I. Hierusalem anno VII. Siciliae XIX. Canyani.*

Andreas de Daniele pro parte Berardi de S. Georgio Iustitiarii Capitanatae declarat se iniunxisse Universitati Canyani, ut custodiat suum territorium, ne maleficia patrentur.

Per Assalonum Notarium Canyani.

FASCICULUS LXVI.

N. 1.

Olim Arca E. Fasciculus 57. N. 8.

1284. *Ianuarii* 28. *Indictione* 12. *Fogiae.*

Carolus Princeps Salernitanus mandat Berardo de S. Georgio Iustitiario Capitanatae, ut frumento recipiendo a Rogerio Thomasii pro unciis auri 100. Regiae Curiae debitis utatur ad conficiendam panaticam pro expeditione in Siciliam.

Per Bartholomaeum de Capua Consiliarium.

N. 2.

Olim Arca D. Fasciculus 29. N. 11.

1284. *Februarii* 6. *Indictione* 12. *Baroli.*

Carolus Princeps Salernitanus mandat Berardo de S. Georgio Iustitiario Capitanatae, ut solvat Matthaeo, Gentili, Bucherio, Paschali, et Salomoni de Bucherio Leoparderiis gagia eorum, nec non pecuniam pro conservatione 5. Leopardorum, et Leunciae unius (1).

N. 3.

Olim Arca G. Fasciculus 4. N. 11.

1284. *Februarii* 7. *Indictione* 12. *Baroli.*

Carolus Princeps Salernitanus mandat Berardo de S. Georgio Iustitiario Capitanatae, ut forbanniat quemdam Guillelmum, quia citatus non comparuerat, eiusque bonorum tertiam quidem partem vendat, reliqua vero adnotet pro Curia ad annum.

---

(1) Hac voce, quam Glossaria non referunt, *parvam leaenam* indicatam putamus.

Digitized by Google

N. 4.

Olim Arca D. Fasciculus 45. N. 8.

1284. *Februarii* 22. *Indictione* 12. *Brundusii.*

Carolus Princeps Salernitanus mandat Berardo de S. Georgio, ut non compellat quosdam debitores Officialium, qui singillatim recensentur, ad solvenda ea, quae ipsis debebant ratione officiorum, sed tantum ad ea, quae debebant ob rationes privatas (1).

N. 5.

Olim Arca D. Fasciculus 6. N. 14.

1284. *Februarii* 24. *Indictione* 12. *Brundusii.*

Carolus Princeps Salernitanus mandat Berardo de S. Georgio Iustitiario Capitanatae, ut de pecunia recolligenda ab Universitatibus suae iurisdictionis emat salmas frumenti 1467., et mittat eas Brundusium, pro panatica vassellorum, dum Carolus foret transiturus contra rebelles in Siciliam.

N. 6.

Olim Arca D. Fasciculus 29. N. 4.

1284. *Februarii* 25. *Indictione* 12. *Brundusii.*

Carolus Princeps Salernitanus mandat Berardo de S. Georgio Iustitiario Capitanatae, ut citet Regerium de Ysaya ad reddendam rationem de Magistratu Massariarum Basilicatae, et Terrae Bari, et ad solvendum quoddam residuum.

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 4. N. 13.

1284. *Februarii* 27. *Indictione* 12. *Brundusii.*

Carolus Princeps Salernitanus mandat Berardo de S. Georgio Iustitiario Capitanatae, ut non procedat contra Iohannem, ac Nicolaum Castaldo, et a quibusdam creditoribus non sinat eos molestari, quia comparuerant coram Magistris Rationalibus ad reddendas rationes.

---

(1) En huius chartae sensus, nisi fallimur coniecturis. Quidam Officiates cum Regio aerario rationes accepti et expensi composuerunt, in quibus aliquid adhuc exigendum detulerant. Inde eo munere ipsis abrogato, fraude mala illud pecuniae reliquum, ut sibi vindicarent, corrogare poterant. Quapropter optimo consilio Rex Iustitiarium monet, ne eos, qui huiusmodi hominibus ratione officiorum quidquam debebant, ad solvendum compellat.

Digitized by Google

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 10. N. 12.

1284. *Martii 13. Indictione 12. Caroli I. Hierusalem anno VIII. Siciliae XIX. Manfridoniae.*

Petente Berardo de S. Georgio Iustitiario Capitanatae Iudex, et Notarius declarant nonnullos Mercatores iuramento testatos fuisse se emisse frumentum unciis auri 35. circiter pro 100. salmis.

Per Nicolaum Notarium Manfridoniae.

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 37. N. 14.

1284. *Martii 21. Indictione 12. Caroli I. Hierusalem anno VIII. Siciliae XIX. Campli.*

Iuratus Rodi, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Berardi de S. Georgio Iustitiarii Capitanatae, quae exscribuntur, iniungit Universitati Campli, ut statuat excubias ad nunciandа vassella subtilia (1), quae adpellerent.

Per Thomasium Scriptorem Campli.

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 65. N. 9.

1284. *Martii 22. Indictione 12. Caroli I. Hierusalem anno VIII. Siciliae XIX. S. Nicandro.*

Iuratus Rodi, ut exsequatur mandatum Caroli Principis Salernitani denunciatum per litteras Berardi de S. Georgio Iustitiarii Capitanatae, quae exscribuntur, iniungit Universitati S. Nicandri, ut in quibusdam locis, et turribus maritimis statuat custodes, et excubias, ne adpellant *vassella* rebellium.

Per Robertum de Marsilia Notarium Neapolis.

---

(1) Huic Principis mandato aliud simile habes in membrana fascic. LXII. N. 8., cuius particulam exposuimus, pag. 244.

Digitized by Google

FASCICULUS LXVII.

N. 1.

Olim Arca H. Fasciculus 68. N. 16.

1284. *Aprilis 3. Indictione 12. Caroli I. Hierusalem anno VIII. Siciliae XIX. Tufarae* (1).

Notarius Berardus de Terra-Maiore, ut exsequatur mandatum Berardi de S. Georgio Iustitiarii Capitanatae, iniungit Riccardo Procuratori Heredis Riccardi Marsani domini Tufarae, ut statim muniat se equis, et armis ad monstram coram Rege faciendam.

Per Benedictum Scriptorem Tufarae.

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 20. N. 15.

1284. *Aprilis 7. Indictione 12. Caroli I. Hierusalem anno VIII Siciliae XIX. S. Cruce de Morcona.*

Iohannes de Breventana, ut exsequatur mandatum Regium denunciatum per litteras Berardi de S. Georgio Iustitiarii Capitanatae, iniungit Raoni de S. Cruce Domino S. Crucis, et Casalvaticae, ut statim armis, et equis instructus se conferat ad monstram coram Rege faciendam.

Per Rogerium Iacobi de Sulmona Notarium S. Crucis.

N. 3.

Olim Arca D. Fasciculus 25. N. 6.

1284. *Aprilis 16. Indictione 12. Neapoli.*

Carolus Princeps Salernitanus mandat Berardo de S. Georgio, ut inquirat, quaenam sint pertinentiae Castri Ripalvi, earumque det possessionem Henrico Comiti Vademontis iuxta suam concessionem.

Per Bartholomaeum de Capua Consiliarium.

---

(1) Haec Terra in Iustitiariam Capitanatae metanda est. Ex *Catalogo Baronum, qui sub Gulielmo II. expeditionem ad Terram Sanctam susceperunt*, edito a Borellio in *Vindice Neapolitanae Nobilitatis*, pag. 153. Neap. 1653. scimus ipsam Riccardi Marthiani feudum fuisse.

Digitized by Google

N. 4.

Olim Arca E. Fasciculus 57. N. 10.

1284. *Aprilis* 17. *Indictione* 12. *Neapoli.*

Carolus Princeps Salernitanus mandat Berardo de S. Georgio Iustitiario Capitanatae, ut una cum Riccardo de Lucera emat quotquot invenire poterit arcus de osse (1) pro Saracenis Arceriis.

N. 5.

Olim Arca K. Fasciculus 42. N. 9.

1284. *Aprilis* 20. *Indictione* 12. *Neapoli.*

Carolus Princeps Salernitanus mandat Iustitiario Bari, ut solvat Hugoni Brennae, ac Licii Comiti uncias auri 200. ponderis generalis pro quibusdam servitiis ipsi commissis.

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 54. N. 17.

1284. *Aprilis* 20. *Indictione* 12. *Caroli I. Hierusalem anno VIII. Siciliae XIX. Manfridoniae.*

Transumitu in formam publicam *scriptum*, quo Cabella Baiulationis Luceriae locatur quibusdam Sarracenis, et apodixa Iustitiarii de pecunia ab ipsis soluta.

Per Benedictum Notarium Manfridoniae.

N. 7.

Olim Arca I. Fasciculus 17. N. 9.

1284. *Maii* 3. *Indictione* 12. *Caroli I. Hierusalem anno VIII. Siciliae XIX. Monte-Longo.* (2).

Matthaeus de Abenante, ut exsequatur mandatum Berardi de S. Georgio Iustitiarii Capitanatae, se confert apud Montem-Longum, et iniungit Domino eiusdem Terrae, ut in continenti adeat ipsum

---

(1) Muratorius *Dissertaz. sopra le antichità Italiane* Diss. 26. praeter ballistas, arcus quoque ad sagittas iaciendas a nostratibus medio aevo adhibitos fuisse evincit. Qui autem hoc armaturae genere utebantur *Arcarii* audiebant Vide *Vitam Innocentii III.* Ceterum eius vocis corruptam lectionem suspicor, quum in nostra membrana, aliisque documentis *Arcerii* dicantur: unde vernaculum nomen *Arciere* procul dubio deducendum est.

(2) Castrum hoc in Iustitiariatu Capitanatae fuit, ipsumque anno 1278. ad filios Thomasii de Stipite iure Feudi obvenit. Vide Reg. sig. 1278. et 1279. H. fol. 106. a t.°

Digitized by Google

Iuslitiarium ad faciendam combinationem (1), el adohamentum (2), et inde cum tolo *exfortio* (3), se conferat in Calabriam ad Roberlum Comitem Atrebatensem.

Per Petrum Scriptorem Montis-Longi.

---

(1) Huins vocis, quae coniunctionem, seu connexionem exprimit, vis ex membrana ipsa clarius liquet. Legimus enim. « Et quia predictus Commissarius » certitudinem non habebat, utrum predicta domina pheudi teneret integram » vel ultra aut quotam partem pheudi in capite et utrum consueverit cum aliis » combinari sub simili pena iniunxit ut usque per totum quintum diem a die » secundo Madii date presentis mandati in antea numerando comparcat coram » dicto domino Iustitiario ad faciendam combinationem et adohamentum cum » suis consortibus prout est actenus consuetum ut eadem combinatione et » adohamento facto in presentia dicti domini Iustitiarii tam pro ipsa quam pro » aliis cum quibus consuevit actenus combinari per unum eorum pro quolibet » pheudo integro magis ydoneum et strenuum de persona cum toto eorum » debito et consueto servitio et maiori exfortio...in Calabriam se conferat, etc.

(2) Adoha, seu Adoa, uti docet Tiraq. *tract. de iure primegenio* quaest. LXXIV. num. 1. est vulgare verbum Regni Neapolitani servitium indicans militare. At Afflict. *decis.* 265. n. 51. tradit adoam diei servitium pecuniarium, quod Regi praestatur. De taxa Adohae nova, et antiqua vide Iosephum de Rosa in *prael. Feudal.* Tract. II. Lect. 5. *Adohamentum* vero, seu Adoamentum, uti scribit Nicolaus Intrigliolus *Tract. de Feud.* quaest. XLV. n. 3. dicitur *adunatio illa, quam faciunt plures cohaeredes, seu confeudatarii inter se habentes divisum feudum, qui cum deberent praestare servitium secundum partem feudi, quam habebant, et ex facta divisione dictum servitium ad modicum redigeretur, adoant, seu adunant se tot, quot faciant unum militem, vel solvant uncias decem, et dimidiam: ideo alludens vocabulo dicitur adoamentum, quod dicti confeudatarii combinati, et adoati, idest coniuncti, et associati praestant.* At vero nullum discrimen esse inter *adoam*, et *adoamentum* ex accurata lectione nostrorum monumentorum conspicitur. Vide *Tractatum de Iure adohae* Iacobi de Aiello post *Tractatum* Aegidii Thomasii *de Collectis* edit. *Lugduni* 1559. et Andream Capanum *de Iure Adohae* edit. *Neapoli* 1636. De servitio *feudali* tum *reali*, tum *personali* multa, et quidem utilia ICtorum turba nisus disserit Nicolaus Intrigliolus in *Tractatu de Feudis* quaest. 9., 67., et 160. Quod autem pertinet ad servitium personale, debebant Regi id poscenti sese exhibere cum equo rite armato. Vid. pag. 89. n. 160.: hoc autem in Regno Siciliae praestari poterat per substitutum. Vid. Petrum de Gregorio in *tract. concess. feud.* Part. III. quaest. 7. De his vero, quae spectant ad huiusmodi servitium, et ad modum exhibendi equum armatum, consule Regestum Frederici II. editum *Neapoli* 1786. p. 273., 287., 325., 357., et 376.

(3) *Exfortium* Glossaria *Auxilium* ἀτλας reddunt, sed parum accurate. Indicat enim proprie auxilium illud, quod armis toto conatu comparatis ad-

Digitized by Google

N. 8.

Olim Arca H. Fasciculus 81. N. 1.

1284. *Maii 4. Indictione 12. Caroli I. Hierusalem anno VIII. Siciliae XIX. S. Martini in Pensulis.*

Henricus de Vella, ut exsequatur mandatum Berardi de S. Georgio Iustitiarii Capitanatae, iniungit Baronibus singillatim recensitis, ut equis, et armis muniti die 7. Maii adeant dictum Iustitiarium ad faciendum adohamentum, et inde pergant in Calabriam ad Robertum Comitem Atrebatensem.

Per Gualterium Notarium S. Martini in Pensulis.

N. 9.

Olim Arca H. Fasciculus 52. N. 4.

1284. *Maii 5. Indictione 12. Caroli I. Hierusalem anno VIII. Siciliae XIX. Fogiae.*

Palmerius Stactionarius commissarius Berardi de S. Georgio Iustitiarii Capitanatae, ut exsequatur mandatum Regium, iniungit Baronibus, et Pheudatariis singillatim recensitis, ut cum maiori *exfortio* se conferant in Calabriam ad Robertum Comitem Atrebatensem.

Per Nicolaum de Notario Andrea Notarium Fogiae.

N. 10.

Olim Arca I. Fasciculus 42. N. 15.

1284. *Maii 21. Indictione 12. Caroli I. Hierusalem anno VIII. Siciliae XIX. Fogiae.*

Benedictus de Fogia, ut exsequatur mandatum Riccardi de S. Georgio Iustitiarii Capitanatae, quod exscribitur, iniungit Baronibus, ut cum maiori *exfortio* se conferant ad expugnandam Scaleam occupatam a rebellibus Siculis (1).

Per Johannem de Guidone Notarium Fogiae.

---

versus hostes praestatur. Hac significatione, si sensus diligenter expenditur, vocem istam reperimus apud Anonym. *de Gestis Frederici II. Imperat.* pag. 769., et seqq. Petrum de Vineis Lib. II. epist. 54. Richard. de S. Germano an. 1198. et 1228, et in Epist. Roberti Regis Sicil. apud Albertinum Mussatum *de Gestis Henrici VII.* lib. VII. rubr. 4., et in alia Epistola eiusdem Regis apud Murat. Tom. X. col. 502.

(1) Hoc Oppidum cum nonnullis aliis Calabriae locis fuisse captum ab Siculis, docet Capecelatrus *Istor. della Città, e Reg. di Nap.* Part. IV. lib. I. pag. 267. Nap. 1769.

Digitized by Google

FASCICULUS LXVIII.

N. 1.

Olim Arca A. Fasciculus 92. N. 3.

1284. *Maii* 25. *Indictione* 12. *Neapoli.*

Carolus Princeps Salernitanus (1) mandat Petro Rolandi Iustitiario Terrae Bari, ut denunciet hominibus suae Iurisdictioni subiectis Carolenum argenti valere granos auri 12. (2); et statuat Commissarios, qui exigant nomine Curiae poenam renuentibus impositam.

---

(1) Nullam in nostro Syllabo membranam hac posteriorem habemus, quae ad Carolum Principem Salernitanum, et Regni Vicarium possit referri; quippe is die quinta, aut sexta mensis Iunii ab Siculis navali pugna ad oram Neapolis captus est: vide Capecelatr. *Istoria della Città, e Regno di Nap.* Part. IV. lib. I. pag. 267. *Nap.* 1769. Id ipsum comprobant litterae die 9. et 10. Iunii a Carolo I. ad Pontificem missae; quas edidit Tutinius *degli Ammirati* pag. 81., et postea Viventius. Tom. II. pag. 356. et seqq. Nap. 1816. Constantius igitur in ἀναχρονισμῷ lapsus est, quum scribit Rogerium de Oria ducem Classis Aragoniensis post diem 23. Iunii nobilissima ea praeda fuisse potitum.

(2) Quod in praesenti diplomate continetur, legitur eodem die exscriptum in Reg. sig. 1283. A. fol. 136., et 1284. C. fol. 125. Attamen cum tria haec supersint documenta, quibus mutatio valoris monetae sub Carolo I. inducta luculenter comprobatur, nemo tamen Numismaticorum nostratium, quod sciam, hac de re mentionem iniecit; dum vel ipsas huius argumenti quisquilias colligendas, edendasque curarunt. Quare operae pretium duxi in publicae lucis usuram hoc Regis mandatum proferre.

» Karolus Illustris Regis Ierusalem et Sicilie Primogenitus Princeps Saler» nitanus et Honoris Montis Sancti Angeli Dominus ac eius in toto Regno » Sicilie Vicarius generalis Domino Petro Rolandi Iustitiario Terre Bari Devoto » suo salutem et dilectionem sinceram. Cum beneplaciti nostri sit ut Kar» lenses Argenti ad rationem de granis auri duodecim pro quolibet recipiantur » et expendantur communiter per singulas partes Regni Devotioni vestre fir» miter et districte precipimus quatenus quotiescumque Karlenses ipsos a qui» buscumque debitoribus Curie pro quacumque fiscali pecunia per eos vobis » assignanda vos recipere contigerit vel quibuscumque de ipsa fiscali pecunia » in predictis Karolensibus vos solvere oportebit pro servitiis curie vel priva» tis auctoritate mandatorum nostrorum vobis directorum vel inantea dirigen» dorum eos ad predictam rationem de granis auri duodecim pro quolibet re-

Digitized by Google

N. 2.

Olim Arca II. Fasciculus 25. N. 2.

1284. *Maii 31. Indictione 12. Caroli I. Hierusalem anno VIII. Siciliae XX. Riciae.*

Guillelmus Graecus, ut exsequatur mandatum Berardi de S. Georgio Iustitiarii Capitanatae, iniungit Guidoni de Incerbaria Domino Riciae, ut equis, et armis munitos se conferat ad expugnandam Scaleam occupatam a rebellibus Siculis.

Per Robertum Scriptorem Riciae in defectu Notarii.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 33. N. 18.

1284. *Iulii 20. Indictione 12. Caroli I. Hierusalem anno VIII. Siciliae XX. Baroli.*

Petrus de Stampis Secretus, Magister Portulanus etc. declarat post subhastationem se anni praecedentis Cabellotis locasse Cabellas Dohanae, Baiulationis, Fundici, Buccharíae, Piscinarae, Fructus, Census, Cambii, Confectariae, Palmentariae tum Baroli, tum Cannarum.

Per Iohannem de Cantore Notarium Baroli.

N. 4.

Olim Arca II. Fasciculus 25. N. 1.

1284. *Iulii 26. Indictione 12. Caroli I. Hierusalem anno VIII. Siciliae XX. Trani.*

Palmerius de Marra, ut exsequatur mandatum Petri de Stampis Secreti, et Magistri Portulani, conficit inventarium bonorum, quae pertinebant ad Riccardum Caytum Custodem Camerae Luceriae Saracenorum, qui fuerat interfectus.

Per Mangum Notarium Trani.

» cipere ac solvere debeatis et in pecunia quam Thesaurariis Camere Regie Ca-
» stri Salvatoris ad Mare de Neapoli assignabitis Karlenses ipsos ad rationem
» eandem recipi faciemus facientes per totam iurisditionem vestram voce pre-
» conia publice iniberi sub pena unciarum auri quinque a transgressore vice
» qualibet pro parte Regie Curie exigenda ut nullus in emendis et vendendis mer-
» cimonis suis Karolenses ipsos recipiat vel expendat nisi ad rationem predictam.
» Et in qualibet terrarum Iurisdictionis vestre certos vestros comissarios sta-
» tuatis qui penam predictam a transgressoribus pro parte Curie exigat et vo-
» bis assignet per vos ad eandem Cameram Regiam destinandam. De qua inibi-
» tione faciatis fieri scripta publica consimilia ad cautelam quorum alia vobis
» retineatis et alia Magistris Rationalibus magne Regie Curie destinare curetis.
» Datum Neapoli Anno Domini M.° CC.° LXXXIIII.° die XXV.° Madii XII.°
» indictionis.

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 8. N. 3.

1284. *Iulii 29. Indictione 12. Caroli I. Hierusalem anno IX. Siciliae XX. Canusii.*

Iuratus Canusii, ut exsequatur mandatum Petri de Stampis Secreti, et Portulani, quod exscribitur, citat Cabellotos singillatim recensitos, ut statim adeant dictum Petrum ad reddendam rationem officii sui.

Per Paulum Notarium Canusii.

N. 6.

Olim Arca F. Fasciculus 17. N. 2.

1284. *Septembris 27. Indictione 12. Caroli I. Hierusalem anno VII. Siciliae XIX. Ogenti.*

Universitas Terrae Rogerii de Tauresano, ut exsequatur mandatum Philippi de Hervilla Iustitiarii Terrae Ydronti denunciatum per Iohannem Monetam eius Commissarium, eligit Magistrum Iuratum pro anno XII. Indictionis.

Per Leonem de Raynaldo Notarium Ogenti.

N. 7.

Olim Arca II. Fasciculus 68. N. 7.

1284. *Septembris 30. Indictione 12. Caroli I. Hierusalem anno VII. Siciliae XVIII. Gallipoli.*

Universitas Gallipolis, ut exsequatur mandatum Philippi de Hervilla Iustitiarii Terrae Ydronti denunciatum per eius Commissarium, eligit Iudices, et Magistrum Iuratum pro anno XII. Indictionis.

Per Peregrinum de Strombiato Notarium Gallipolis.

N. 8.

Olim Arca I. Fasciculus 20. N. 17.

1284. *Octobris 15. Indictione 12. Caroli I. Hierusalem anno VII. Siciliae XIX. Turre-Maris.*

Universitas Turris-Maris, ut exsequatur mandatum Philippi de Hervilla Iustitiarii Terrae Ydronti, eligit Magistrum Iuratum pro anno XII. Indictionis.

Per Stephanum Notarium Turris-Maris.

Digitized by Google

N. 9.

Olim Arca I. Fasciculus 33. N. 19.

1284. *Octobris* 15. *Indictione* 13. *Caroli I. Hierusalem anno VIII. Siciliae XX. Gravinae.*

Universitas Gravinae declarat se recepisse mandatum Regium denunciatum per litteras Petri Rolandi Iustitiarii Terrae Bari, quae exscribuntur, eique praecipitur, ut mittat syndicos ad Parlamentum habendum Fogiae die 1. Decembris (1).

Per Benvenutum Notarium Gravinae.

N. 10.

Olim Arca II. Fasciculus 85. N. 3.

1284. *Octobris* 16. *Indictione* 13. *Caroli I. Hierusalem anno VIII. Siciliae XX. Gravinae.*

Petrus de Stampis Secretus Bari, et Basilicatae, post subhastationem, et fideiussionem locat Gualterio Tuscano Cabellam Gravinae unciis auri 155. ponderis generalis.

Per Iacobum Notarium Gravinae.

---

(1) Giannonius *Istor. Civ.* Lib. XX. cap. 4. §. 1. imminuendae Cleri auctoritati, ac dignitati semper intentus, nescio qua fronte adserat Regni Praelatos ad *Parlamenta* ab Rege habita nunquam uti Praelatos, sed tantummodo uti Barones aliquando adscitos fuisse. Id Galliae aliorumque Regnorum, ubi huiusmodi conventus agebantur, constitutionibus omnino repugnat (Vide *Histoire de France* pag. 80. *Paris.* 1749.) ac propterea intelligi nequit, cur in nostro dumtaxat Regno locum habere potuerit. Immo ipsa ratio suadet Praelatos, qui potissimum populorum bono consulere debebant, eorumque *diatem* adprime norant posse Regi ea proponere, quae ad pravos mores corrigendos, ad inopiam sublevandam, ad animos in officio continendos expedirent; adeoque magnam coetui ad publicam utilitatem congregato lucem poterant adferre. Porro locus Marini Frecciae *de Subfeudis*, quem ille in suae sententiae patrocinium citat, de his Praelatis dumtaxat intelligendus videtur, qui paulo ante fuerant ab eo recensiti. Ut autem rei veritas magis magisque elucescat, et comprobetur, ipsissima Diplomatis verba, ubi generatim Praelati nominantur, exscribimus. » Prelatos vero Iurisdictionis tue ex parte nostra requiras quod et ipsi etiam » personaliter ad dictum veniant Parlamentum audituri ea que in ipso parlamento ex parte nostre celsitudinis proponentur.

FASCICULUS LXIX.

N. 1.

Olim Arca I. Fasciculus 55. N. 3.

1284. *Novembris* 1. *Indictione* 13. *Caroli I. Hierusalem anno VIII. Siciliae XX. Brundusii.*

Rex mandat Petro Rolandi Iustitiario Terrae Bari, ut capiat, et ad se mittat quosdam homines, qui coram Rege venire noluerant.

N. 2.

Olim Arca I. Fasciculus 14. N. 1.

1284. *Novembris* 9. *Indictione* 12. *Caroli I. Hierusalem anno VII. Siciliae XIX. Melfiae.*

Anselmus de Montiliis Castellanus Castri Melfiae constituit suum Procuratorem Goffridum Avenonum Credenzerium Operis Castri Melphiae, ut adeat Lodoycum de Montibus Iustitiarium Regni Siciliae, eique exhibeat quaternos expensarum factarum *in* dicto opere.

Per Philippum Notarium Melfiae.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 15. N. 10.

1284. *Novembris* 10. *Indictione* 13. *Caroli I. Hierusalem anno VIII. Siciliae XX. Brundusii.*

Rex mandat Dohaneriis, et Fundicariis Brundusii, ut solvant quibusdam hominibus pecuniam necessariam ad recipienda, et conservanda *victualia* Curiae.

N. 4.

Olim Arca I. Fasciculus 55. N. 2.

1284. *Decembris* 5. *Indictione* 13. *Caroli I. Hierusalem anno VIII. Siciliae XX. Melfiae.*

Rex mandat Petro Rolando Iustitiario Terrae Bari, ut capiat Petrum de Notario Guillelmi, et Rogerium eius fratrem, qui interfecerant Rogerium de Caro, eosque puniat.

N. 5.

Olim Arca I. Fasciculus 17. N. 19.

1284. *Decembris* 24. *Indictione* 13. *Caroli I. Hierusalem anno XIII. Siciliae XX. Melphiae.*

Rex mandat Petro Rolandi Iustitiario Terrae Bari, ut emat frumenti salmas 2000., et hordei 1000., easque mittat Brundusium.

Digitized by Google

A P P E N D I X.

N. 1.

Olim Arca H. Fasciculus 81. N. 5.

1271. *Februarii 3. Indictione 14. Caroli I. anno VI. Rapollae* (1).

Baiuli Rapollae, ut exsequantur mandatum Hugonis Ducis Burgundiae Vicarii Generalis in Regno Siciliae, quod exscribitur, inquirunt an Episcopus Rapollanus iam inde a Catholicorum regum temporibus decimas percipere consueverit.

Per Nicolaum Martinum Notarium Rapollae.

N. 2.

Olim Arca G. Fasciculus 37. N. 5.

1272.............................*Caroli I. anno VII. Aquilae.*

Petente Lucchesino de Florentia Capitaneo Civitatis Aquilae, transumitur in formam publicam mandatum Reginm, quo ei praecipitur, ut soluat quotannis Iohannae de Cellis interesse suarum dotium ex bonis viri sui, quae ad Curiam fuerant revocata.

---

(1) Membranas hasce reiectaneas, quibus constat appendix, vides, lector non omnes in αὐτογράφῳ epocham praesetulisse; sed nos tertiae, et sextae eam validis, nisi fallimur, coniecturis fulti, adposuimus. Ad tertiam quod spectat, careat licet omnibus notis Chronologicis, ac Topicis ad annum, tamen 1274. diemque 9. Februarii propius adcedere debet, siquidem exemplum fuisse videtur illius diplomatis, quod in Fasc. XX. N. 2. collocatum invenies. Nimirum alterum ab altera fuisse exscriptum autumamus, tum quia iisdem fere verbia, eademque manu utrumque exaratum est, tum quia haec tantum pluribus foedatur lituris, quas in exemplia deprehendi novimus. Sexta autem membrana, cum praesetulerat diem 8. Novembris 11. Indictionis, vel ad annum 1267., vel ad 1282. debet pertinere. Porro nos posteriorem lunc ideo seligendum putavimus, quod tunc et Notarius chartam scribens Barii instrumenta rogabat (Vide Fascic. LXV. n. 3.), et Goffridus de Summissaio, qui Apochae auctor est, Iustitiarius erat (Vide Fasc. LXI. N. 9.). Denique, quod caput est, Ada Morier, qui in charta defunctus dicitur, usque ad annum 1280. procul dubio in vivis agebat, uti monuimus pag. 220. not. (1). Quinque reliquae membranae serius ad nostras pervenerant manus, quam propria eorum collocatio postulabat; quippe voluminis impressio iam ad finem properabat, quando ipsae ex Archivi latebris prodierunt.

N. 3.

Olim Arca I. Fasciculus 20. N. 5.

(1274. *Februarii* 9. *Indictione* 5. *Caroli I. anno X. Neapoli*).
Rex mandat Iustitiario Capitanatae, ut capiendos curet vultures in sua provincia, et emat quotquot habere poterit; eorumque alas, et caudas mittat Iohanni Armeno Castellano Castri Capuani Neapolis.

N. 4.

Olim Arca H. Fasciculus 81. N. 2.

1274. *Maii* 11. *Indictione* 2. *Caroli I. anno IX. Fogiae.*
Rex fatetur se recepisse a Ludovico de Montibus Stratigoto Messanae Inventarium bonorum Vassalli de Fulcono iam defuncti, eique mandat, ut bona praedicta teneat adnotata usque ad aliam suam *provisionem*.

N. 5.

Olim Arca F. Fasciculus 18. N. 11.

1279. *Iunii* 15. *Indictione* 7. *Caroli I. Hierusalem anno III. Siciliae XIV. Neapoli.*
Rex mandat Terentio de Andria Magistro Massariarum Curiae in Basilicata, et Terra Bari, ut post subhastationem vendat coria animalium mortuorum, eorumque pretium ad res ipsis massariis necessarias conficiendas impendat.

N. 6.

Olim Arca I. Fasciculus 26. N. 9.

(1282.) *Novembris* 8. *Indictione* 11. *Bari.*
Magistri Marescallorum Curiae in Apulia, et Calabria declarant se recepisse a Goffrido de Summessot Iustitiario Terrae Bari uncias auri 19., tarenos 26., et granos 18. cum dimidio pro gagiis Scuteriorum, et expensis Marescalliae, quae singillatim recensentur.

Per Silverium Notarium Bari.

Digitized by Google

N. 7.

Olim Arca K. Fasciculus 41. N. 29.

1284. *Aprilis* 20. *Indictione* 12. *Neapoli.*

Carolus Princeps Salernitanus mandat Petro Orlando Iustitiario Terrae Bari, ut exigat uncias auri 100. a Guillelmo de Riso totidemque a Leone de Iuvenacio, ob rationes ab ipsis non redditas (1).

---

(1) Post id temporis alia ad Caroli I. regnum pertinentia documenta in ea Archivi parte, quam edendam nobis proposuimus, minime reperiuntur: siquidem is VII. Idus Ianuarii anni 1285. diem obiit supremum, uti tradunt Auctor Chronici Suessani editi a Perger Neap. 1780. Tom. I. pag. 58. Franciscus Pipinus apud Murat. *Scriptor. Rer. Ital.* Tom. IX. col. 689. Spondanus ad an. 1285. Capecelatrus *Storia di Nap.* pag. 273. Nap. 1769. Zurita *Indices Rerum Aragon.* pag. 184. S. Antoninus *Chronicon* Tom. III. pag. 216. Giannonius *Istor. Civ.* Tom. III. p. 425. Murator. ad an. 1285. et Viventius Tom. II. pag. 38. Porro eos, qui anno praecedenti factum istud tribuunt, satis superque refutat auctoritas scriptorum quos recensuimus. Error hic utique ab anno Florentino, quo vetustiores Notarii in Apulia, ubi Rex mortuus est, epochas supputabant, repetendus videtur.

De huius Principis morte pauca addere non importunum, nec molestum censemus. Continuator Sabae Malaspinae in *Biblioth. Sicul. Script. Arag.* Tom. II. pag. 422. Panhormi 1792., haec habet. » Ultimam voluntatem Regalis providentiae » ordinatione disposuit, haeredem suum in Regno Carolum Primogenitum Principis nepotem suum, qui iam aetatis suae duodecimum annum attigerat, instituens, et relinquens ad eiusdem custodiam, donec legitimam veniat ad aetatem, » Comitem Atrebatensem quasi tutorem et curatorem sub Baiulatus nomine ordinavit; dominum vero Iohannem de Monteforti Comitem Squillacensem in toto » Regno generalem Capitaneum stabilivit, salvo semper in omnibus Apostolicae » sedis beneplacito et mandato ». Pontifex itaque simul atque mortem Caroli I. intellexit, Gerardum Parmensem Cardinalem, Legatum ad subditos in officio continendos misit. Vide Collenuc. *Compend. della Stor. di Nap.* pag. 218., et Mazzel. pag. 92.

Ad sepulturam quod attinet, Regis Viscera in maiori Ecclesia Fogiae ex testamento condita fuere, cui Ecclesiae propterea Rex ipse Cabellam dictam *dello scannaggio*, donavit. Vide Summont. Tom. II. pag. 317. Pacicchelli *Reg. di Nap. in Prospettiva* Tom. III. pag. 114. Quamobrem Carolus II. die 28. Ianuarii IV. Indictionis (1290) Archipresbytero, et Capitulo Ecclesiae Fogiae uncias auri 8. quotannis solvi iubet pro duobus Sacerdotibus, qui in dicta Ecclesia quotidie Missas celebrarent pro anima Caroli I. cuius *interiora ibi sepulta sunt*. Vid. reg. sign. 1291. A. fol. 198. Quin etiam 12. Iulii XIV. Indictionis (1301) alias uncias 2. adiungit *pro cera et luminaribus*. Cor Parisiis in Ecclesia S. Dominici conditum fuit, et haec verba inscripta:

LI COER DV GRAND ROY CHARLES QVI CONQVIT SICILE

Digitized by Google

Vide Sammartan. *Histoir. de la Maison de France* Tom. II. pag. 372. Corpus tandem Fogia Neapolim translatum, sepultumque fuit in abside Cathedralis Ecclesiae. Vid. Petrum de Stephano. *Descriz. de' luoghi sagri di Nap.* pag. 11., non sine ἐπιγραφῆ, de qua mentio est apud Eugenium Caracciolum pag. 17. Scipionem Mazzella pag. 87. Summont. Tom. II. pag. 317.

CONDITVR HAC PARVA CAROLVS REX PRIMVS IN VRNA
PARTHENOPES GALLI SANGVINIS ALTVS HONOS
CVI SCEPTRVM ET VITAM SORS ABSTVLIT INVIDA QVANDO
ILLIVS FAMAM PERDERE NON POTVIT

Saeculo autem XVI. cum absis ipsa collabesceret, tam eiusdem Regis, quam Caroli Martelli, eiusque uxoris Clementiae ossa inde dimota sunt, quae Prorex Henricus Gusmanus Olivarensium Comes anno 1599. ad ostium eiusdem templi *locavit.* Vide Parrinum *Teatro de' Vicerè di Napoli* Tom. I. *pag. 263. Nap. 1770.*, ubi nunc quoque adservantur cum hac inscriptione :

CAROLO I. ANDEGAVENSI TEMPLI HVIVS EXTRVCTORI
CAROLO MARTELLO HVNGARIAE REGI
ET CLEMENTIAE EIVS VXORI RODVLPHI CAES. F
NE REGIS NEAPOLITANI EIVSQVE NEPOTIS
ET AVSTRIACI SANGVINIS REGINAE
DEBITO SINE HONORE IACERENT OSSA
HENRICVS GVSMANVS OLIVARENSIVM COMES
PHILIPPI III. AVSTRIACI IN HOC REGNO VICES GERENS
PIETATIS ERGO POSVIT ANNO DOMINI 1599

Num autem id factum fuerit, quia eo Rege nostra Cathedralis a fundamentis excitata sit, adhuc sub iudice lis ast. Qui id adserunt, non infimi subsellii scriptores videntur, scilicet Constantius lib. II. De Stephano pag. 7. De Magistris pag. 235. Celanus *Giorn. I.* Ughellius Tom. VI. pag. 12. P. Onuphrius *Notizie intorno alla facciata della Chiesa di Nap.* pag. 15. At in alia omnia abeunt Chioccarellius *Catal. Antist. S. Neapol. Eccles.* pag. 185. Neap. 1643. Eugenius Caracciolus *Nap. Sacr.* pag. 6. et Mazochius *De Cathedr. Eccles. Neap. semper unica* pag. 4., eoque praecipue argumento nituntur, quod in Regestis Caroli I. nullum de huiusce Cathedralis fundatione verbum occurrit. Quod ad me, sic mihi persuasi, sic diploma a Chioccarellio editum evincit, sic denique accuratus scriptor innuere videtur, Carolum I. memoratae Ecclesiae aedificandae consilium iniisse, et Masuccio Architectonicae Artis peritissimo σχῆμα effingendum mandasse; Carolum vero II. templum ipsum inchoasse, quod Robertus tandem perfecit, atque exornavit. Vide De Dominicis *Vite de' Pittori, Scultori ed Architetti* Tom. I. pag. 20.

FINIS.

Digitized by Google

[illegible]

COMPARATIO

RECENSIONIS VETERIS CUM NOVA.

RECENSIO VETUS.	RECENSIO NOVA.
ARCA A. Fasciculus 18. Num. 5.	FASCICULUS XIV. Num. 2.
Arc. A. Fasc. 18. N. 13.	Fasc. LXIII. N. 8.
Arc. A. Fasc. 29. N. 10.	Fasc. XL. N. 7.
Arc. A. Fasc. 29. N. 14.	Fasc. LVI. N. 2.
Arc. A. Fasc. 37. N. 9.	Fasc. LI. N. 8.
Arc. A. Fasc. 37. N. 13.	Fasc. LIX. N. 9.
Arc. A. Fasc. 37. N. 14.	Fasc. III. N. 6.
Arc. A. Fasc. 37. N. 15.	Fasc. XXIV. N. 7.
Arc. A. Fasc. 37. N. 17.	Fasc. XXX. N. 1.
Arc. A. Fasc. 44. N. 4.	Fasc. XXI. N. 3.
Arc. A. Fasc. 57. N. 12.	Fasc. LIV. N. 7.
Arc. A. Fasc. 66. N. 9.	Fasc. XXVI. N. 10.
Arc. A. Fasc. 74. N. 4.	Fasc. XL. N. 4.
Arc. A. Fasc. 74. N. 6.	Fasc. XXV. N. 10.
Arc. A. Fasc. 74. N. 9.	Fasc. XXXII. N. 9.
Arc. A. Fasc. 77. N. 18.	Fasc. XX. N. 1.
Arc. A. Fasc. 92. N. 3.	Fasc. LXVIII. N. 1.
Arc. A. Fasc. 92. N. 22.	Fasc. XXXIX. N. 2.
Arc. A. Fasc. * N. 4.	Fasc. VII. N. 6.
Arc. A. Fasc. * N. 5.	Fasc. VIII. N. 7.
Arc. A. Fasc. * N. 10.	Fasc. II. N. 9.
Arc. A. Fasc. * N. 12.	Fasc. XXXVI. N. 3.
Arc. A. Fasc. * N. 13.	Fasc. III. N. 7.
Arc. A. Fasc. * N. 15.	Fasc. LXII. N. 4.
ARCA B. Fasciculus 32. Num. 14.	FASCICULUS XVIII. Num. 9.
Arc. B. Fasc. 38. N. 11.	Fasc. V. N. 1.
Arc. B. Fasc. 45. N. 2.	Fasc. XXVIII. N. 5.
Arc. B. Fasc. 49. N. 1.	Fasc. XXIII. N. 9.
Arc. B. Fasc. 49. N. 2.	Fasc. LI. N. 7.
Arc. B. Fasc. 49. N. 3.	Fasc. L. N. 9.

Digitized by Google

Arc. B. Fasc. 49. *N.* 4.	*Fasc.* XXX. *N.* 6.
Arc. B. Fasc. 49. *N.* 5.	*Fasc.* IV. *N.* 8.
Arc. B. Fasc. 49. *N.* 9.	*Fasc.* XXXI. *N.* 6.
Arc. B. Fasc. 49. *N.* 10.	*Fasc.* VI. *N.* 1.
Arc. B. Fasc. 49. *N.* 11.	*Fasc.* XXXVI. *N.* 10.
Arc. B. Fasc. 49. *N.* 12.	*Fasc.* XXII. *N.* 9.
Arc. B. Fasc. 49. *N.* 13.	*Fasc.* XXXIII. *N.* 8.
Arc. B. Fasc. 49. *N.* 15.	*Fasc.* IV. *N.* 2.
Arc. B. Fasc. 49. *N.* 16.	*Fasc.* XXXIV. *N.* 1.
Arc. B. Fasc. 49. *N.* 18.	*Fasc.* XXI. *N.* 9.
Arc. B. Fasc. 49. *N.* 20.	*Fasc.* LIII. *N.* 10.
Arc. B. Fasc. 49. *N.* 21.	*Fasc.* XII. *N.* 6.
Arc. B. Fasc. 49. *N.* 22.	*Fasc.* XX. *N.* 2.
Arc. B. Fasc. 49. *N.* 23.	*Fasc.* XVII. *N.* 2.
Arc. B. Fasc. 57. *N.* 1.	*Fasc.* LIX. *N.* 2.
Arc. B. Fasc. 57. *N.* 2.	*Fasc.* XIV. *N.* 10.
Arc. B. Fasc. 57. *N.* 4.	*Fasc.* II. *N.* 5.
Arc. B. Fasc. 57. *N.* 5.	*Fasc.* XXVI. *N.* 8.
Arc. B. Fasc. 57. *N.* 6.	*Fasc.* XV. *N.* 2.
Arc. B. Fasc. 57. *N.* 7.	*Fasc.* XXVII. *N.* 7.
Arc. B. Fasc. 57. *N.* 8.	*Fasc.* LVII. *N.* 5.
Arc. B. Fasc. 57. *N.* 10.	*Fasc.* XLIX. *N.* 10.
Arc. B. Fasc. 57. *N.* 14.	*Fasc.* LIX. *N.* 4.
Arc. B. Fasc. 57. *N.* 15.	*Fasc.* LXI. *N.* 10.
Arc. B. Fasc. 57. *N.* 16.	*Fasc.* XXIX. *N.* 9.
Arc. B. Fasc. 57. *N.* 17.	*Fasc.* XVI. *N.* 10.
Arc. B. Fasc. 57. *N.* 18.	*Fasc.* XXXV. *N.* 4.
Arc. B. Fasc. 59. *N.* 9.	*Fasc.* XXXVII. *N.* 10.
Arca C. *Fasciculus* 64. *Num.* 14.	*Fasciculus* XX. *Num.* 4.
Arc. C. *Fasc.* 71. *N.* 18.	*Fasc.* LXIII. *N.* 10.
Arc. C. *Fasc.* 83. *N.* 18.	*Fasc.* LXIII. *N.* 9.
Arc. C. *Fasc.* 87. *N.* 9.	*Fasc.* XXXII. *N.* 10.
Arc. C. *Fasc.* 88. *N.* 7.	*Fasc.* LXIV. *N.* 1.
Arca D. *Fasciculus* 6. *Num.* 14.	*Fasciculus* LXVI. *Num.* 5.
Arc. D. *Fasc.* 12. *N.* 17.	*Fasc.* LXIV. *N.* 6.
Arc. D. *Fasc.* 25. *N.* 6.	*Fasc.* LXVII. *N.* 3.
Arc. D. *Fasc.* 28. *N.* 3.	*Fasc.* LXIV. *N.* 5.
Arc. D. *Fasc.* 28. *N.* 4.	*Fasc.* LIV. *N.* 3.
Arc. D. *Fasc.* 28. *N.* 5.	*Fasc.* LXII. *N.* 10.
Arc. D. *Fasc.* 28. *N.* 9.	*Fasc.* LXIV. *N.* 10.

Arc. D. Fasc. 28. *N.* 11.		*Fasc. LVIII.*	*N.* 5.
Arc. D. Fasc. 29. *N.* 4.		*Fasc. LXVI.*	*N.* 6.
Arc. D. Fasc. 29. *N.* 11.		*Fasc. LXVI.*	*N.* 2.
Arc. D. Fasc. 33. *N.* 1.		*Fasc. XVII.*	*N.* 7.
Arc. D. Fasc. 33. *N.* 2.		*Fasc. XLIII.*	*N.* 3.
Arc. D Fasc. 35. *N.* 22.		*Fasc. XXXVIII.*	*N.* 5.
Arc. D. Fasc. 35. *N.* 23.		*Fasc. XIII.*	*N.* 9.
Arc. D. Fasc. 41. *N.* 9.		*Fasc. LXV.*	*N.* 9.
Arc. D. Fasc. 45. *N.* 8.		*Fasc. LXVI.*	*N.* 4.
Arc. D. Fasc. 45. *N.* 10.		*Fasc. LXIII.*	*N.* 6.
Arc. D. Fasc. 45. *N.* 15.		*Fasc. XXXVII.*	*N.* 1.
Arc. D. Fasc. 52. *N.* 1.		*Fasc. XXX.*	*N.* 2.
Arc. D. Fasc. 67. *N.* 12.		*Fasc. XXXV.*	*N.* 8.
Arc. D. Fasc. 67. *N.* 14.		*Fasc. XXIII.*	*N.* 5.
Arc. D. Fasc. 70. *N.* 5.		*Fasc. XVI.*	*N.* 9.
Arc. D. Fasc. 75. *N.* 20.		*Fasc. XLVI.*	*N.* 4.
ARCA E. *Fasciculus* 57. *Num.* 8.		FASCICULUS *LXVI.*	*Num.* 1.
Arc. E. Fasc. 57. *N.* 10.		*Fasc. LXVII.*	*N.* 4.
Arc. E. Fasc. 65. *N.* 16.		*Fasc. XVIII.*	*N.* 7.
Arc. E. Fasc. 69. *N.* 4.		*Fasc. LXV.*	*N.* 7.
Arc. E. Fasc. 77. *N.* 1.		*Fasc. XX.*	*N.* 9.
Arc. E. Fasc. 79. *N.* 3.		*Fasc. LXIII.*	*N.* 7.
Arc. E. Fasc. 91. *N.* 2.		*Fasc. LIII.*	*N.* 7.
Arc. E. Fasc. 91. *N.* 9.		*Fasc. LXII.*	*N.* 9.
Arc. E. Fasc. 94. *N.* 6.		*Fasc. IV.*	*N.* 4.
ARCA F. *Fasciculus* 3. *Num.* 3.		FASCICULUS *XI.*	*Num.* 1.
Arc. F. Fasc. 3. *N.* 20.		*Fasc. XXIX.*	*N.* 5.
Arc. F. Fasc. 14. *N.* 2.		*Fasc. XLIII.*	*N.* 7.
Arc. F. Fasc. 14. *N.* 6.		*Fasc. LVI.*	*N.* 7.
Arc. F. Fasc. 14. *N.* 13.		*Fasc. XXXV.*	*N.* 6.
Arc. F. Fasc. 17. *N.* 2.		*Fasc. LXVIII.*	*N.* 6.
Arc. F. Fasc. 17. *N.* 10.		*Fasc. XVII.*	*N.* 5.
Arc. F. Fasc. 18. *N.* 3.		*Fasc. XII.*	*N.* 2.
Arc. F. Fasc. 18. *N.* 5.		*Fasc. LX.*	*N.* 5.
Arc. F. Fasc. 18. *N.* 8.		*Fasc. LV.*	*N.* 3.
Arc. F. Fasc. 18. *N.* 11.		*Append.*	*N.* 5.
Arc. F. Fasc. 18. *N.* 12.		*Fasc. LXI.*	*N.* 8.
Arc. F. Fasc. 18. *N.* 13.		*Fasc. I.*	*N.* 9.
Arc. F. Fasc. 18. *N.* 14.		*Fasc. L.*	*N.* 6.
Arc. F. Fasc. 18. *N.* 15.		*Fasc. XXXIX.*	*N.* 4.

Digitized by Google

Arc. F. Fasc. 18. N. 17.	Fasc. XXV.	N. 2.
Arc. F. Fasc. 18. N. 19.	Fasc. XXV.	N. 1.
Arc. F. Fasc. 19. N. 11.	Fasc. XIII.	N. 10.
Arc. F. Fasc. 40. N. 8.	Fasc. XXXIV.	N. 8.
Arc. F. Fasc. 45. N. 6.	Fasc. LVII.	N. 6.
ARCA G. Fasciculus 4. Num. 11.	FASCICULUS LXVI.	Num. 3.
Arc. G. Fasc. 37. N. 5.	Append.	N. 2.
Arc. G. Fasc. 37. N. 15.	Fasc. XXVIII.	N. 10.
Arc. G. Fasc. 37. N. 37.	Fasc. LV.	N. 1.
Arc. G. Fasc. 42. N. 15.	Fasc. XLV.	N. 3.
Arc. G. Fasc. 79. N. 1.	Fasc. V.	N. 4.
ARCA H. Fasciculus 3. Num. 1.	FASCICULUS XIV.	Num. 6.
Arc. H. Fasc. 3. N. 4.	Fasc. XXIII.	N. 10.
Arc. H. Fasc. 3. N. 5.	Fasc. XLVII.	N. 2.
Arc. H. Fasc. 5. N. 9.	Fasc. XXVI.	N. 5.
Arc. H. Fasc. 5. N. 17.	Fasc. XXVII.	N. 1.
Arc. H. Fasc. 14. N. 3.	Fasc. XLV.	N. 4.
Arc. H. Fasc. 14. N. 15.	Fasc. IX.	N. 8.
Arc. H. Fasc. 15. N. 8.	Fasc. IV.	N. 3.
Arc. H. Fasc. 18. N. 3.	Fasc. LXI.	N. 9.
Arc. H. Fasc. 19. N. 3.	Fasc. XLIX.	N. 4.
Arc. H. Fasc. 25. N. 1.	Fasc. LXVIII.	N. 4.
Arc. H. Fasc. 25. N. 2.	Fasc. LXVIII.	N. 2.
Arc. H. Fasc. 25. N. 3.	Fasc. XXIX.	N. 8.
Arc. H. Fasc. 25. N. 5.	Fasc. XLII.	N. 9.
Arc. H. Fasc. 25. N. 13.	Fasc. LII.	N. 2.
Arc. H. Fasc. 25. N. 14.	Fasc. LVI.	N. 1.
Arc. H. Fasc. 25. N. 24.	Fasc. XXII.	N. 5.
Arc. H. Fasc. 25. N. 27.	Fasc. L.	N. 10.
Arc. H. Fasc. 26. N. 1.	Fasc. LVI.	N. 9.
Arc. H. Fasc. 35. N. 8.	Fasc. XI.	N. 6.
Arc. H. Fasc. 36. N. 7.	Fasc. XXVII.	N. 10.
Arc. H. Fasc. 36. N. 10.	Fasc. XXIV.	N. 8.
Arc. H. Fasc. 36. N. 13.	Fasc. VIII.	N. 3.
Arc. H. Fasc. 52. N. 4.	Fasc. LXVII.	N. 9.
Arc. H. Fasc. 54. N. 14.	Fasc. XXXVIII.	N. 3.
Arc. H. Fasc. 59. N. 14.	Fasc. XL.	N. 3.
Arc. H. Fasc. 60. N. 8.	Fasc. V.	N. 8.
Arc. H. Fasc. 68. N. 3.	Fasc. XL.	N. 2.
Arc. H. Fasc. 68. N. 4.	Fasc. LIII.	N. 8.

Digitized by Google

Arc. H. Fasc. 48. N. 5.
Arc. H. Fasc. 51. N. 17.
Arc. H. Fasc. 52. N. 4.
Arc. H. Fasc. 54. N. 14.
Arc. H. Fasc. 59. N. 14.
Arc. H. Fasc. 60. N. 8.
Arc. H. Fasc. 68. N. 3.
Arc. H. Fasc. 68. N. 4.
Arc. H. Fasc. 68. N. 5.
Arc. H. Fasc. 68. N. 7.
Arc. H. Fasc. 68. N. 9.
Arc. H. Fasc. 68. N. 10.
Arc. H. Fasc. 68. N. 12.
Arc. H. Fasc. 68. N. 15.
Arc. H. Fasc. 68. N. 16.
Arc. H. Fasc. 68. N. 17.
Arc. H. Fasc. 68. N. 18.
Arc. H. Fasc. 68. N. 19.
Arc. H. Fasc. 74. N. 1.
Arc. H. Fasc. 81. N. 1.
Arc. H. Fasc. 81. N. 2.
Arc. H. Fasc. 81. N. 3.
Arc. H. Fasc. 81. N. 4.
Arc. H. Fasc. 81. N. 5.
Arc. H. Fasc. 81. N. 7.
Arc. H. Fasc. 81. N. 9.
Arc. H. Fasc. 81. N. 10.
Arc. H. Fasc. 81. N. 11.
Arc. H. Fasc. 81. N. 12.
Arc. H. Fasc. 81. N. 13.
Arc. H. Fasc. 81. N. 14.
Arc. H. Fasc. 81. N. 16.
Arc. H. Fasc. 85. N. 2.
Arc. H. Fasc. 85. N. 3.
Arc. H. Fasc. 85. N. 5.
Arc. H. Fasc. 85. N. 6.
Arc. H. Fasc. 85. N. 7.
Arc. H. Fasc. 85. N. 8.
Arc. H. Fasc. 85. N. 9.
Arc. H. Fasc. 85. N. 10.

Fasc. XLIII. N. 1.
Fasc. XXV. N. 3.
Fasc. LXVII. N. 9.
Fasc. XXXVIII. N. 3.
Fasc. XL. N. 3.
Fasc. V. N. 8.
Fasc. XL. N. 2.
Fasc. LIII. N. 8.
Fasc. VI. N. 5.
Fasc. LXVIII. N. 7.
Fasc. LVI. N. 8.
Fasc. III. N. 9.
Fasc. VIII. N. 1.
Fasc. XXXVIII. N. 7.
Fasc. LXVII. N. 1.
Fasc. XXVIII. N. 2.
Fasc. XXV. N. 6.
Fasc. XLII. N. 5.
Fasc. VII. N. 8.
Fasc. LXVII. N. 8.
Append. N. 4.
Fasc. XXX. N. 8.
Fasc. LVII. N. 2.
Append. N. 1.
Fasc. XIII. N. 6.
Fasc. XLI. N. 5.
Fasc. XLIV. N. 3.
Fasc. LIII. N. 2.
Fasc. XXIV. N. 2.
Fasc. XVI. N. 4.
Fasc. XVIII. N. 6.
Fasc. XLVIII. N. 1.
Fasc. XXXVII. N. 8.
Fasc. LXVIII. N. 10.
Fasc. XVIII. N. 2.
Fasc. LV. N. 4.
Fasc. XLII. N. 8.
Fasc. XLII. N. 2.
Fasc. X. N. 4.
Fasc. XXVI. N. 9.

Digitized by Google

Arc. H. Fasc. 85. *N.* 13.	*Fasc. XLIV.* *N.* 6.
Arc. H. Fasc. 85. *N.* 14.	*Fasc. XII.* *N.* 7.
Arc. H. Fasc. 85. *N.* 16.	*Fasc. IV.* *N.* 7.
Arc. H. Fasc. 85. *N.* 17.	*Fasc. II.* *N.* 10.
Arc. H. Fasc. 85. *N.* 19.	*Fasc. XLIII.* *N.* 4.
Arc. H. Fasc. 86. *N.* 1.	*Fasc. XLIII.* *N.* 2.
Arc. H. Fasc. 86. *N.* 2.	*Fasc. LXII.* *N.* 8.
Arc. H. Fasc. 86. *N.* 4.	*Fasc. L.* *N.* 2.
Arc. H. Fasc. 86. *N.* 5.	*Fasc. XX.* *N.* 7.
Arc. H. Fasc. 86. *N.* 6.	*Fasc. V.* *N.* 6.
Arc. H. Fasc. 86. *N.* 7.	*Fasc. XXXII.* *N.* 1.
Arc. H. Fasc. 86. *N.* 8.	*Fasc. XLVI.* *N.* 6.
Arc. H. Fasc. 86. *N.* 9.	*Fasc. LX.* *N.* 6.
Arc. H. Fasc. 86. *N.* 10.	*Fasc. LI.* *N.* 3.
Arc. H. Fasc. 86. *N.* 12.	*Fasc. LIV.* *N.* 1.
Arc. H. Fasc. 86. *N.* 13.	*Fasc. XXXIX.* *N.* 7.
Arc. H. Fasc. 86. *N.* 14.	*Fasc. XIII.* *N.* 7.
Arc. H. Fasc. 86. *N.* 16.	*Fasc. LVII.* *N.* 7.
Arc. H. Fasc. 86. *N.* 17.	*Fasc. I.* *N.* 4.
Arc. H. Fasc. 86. *N.* 18.	*Fasc. XXIII.* *N.* 4.
Arc. H. Fasc. 86. *N.* 19.	*Fasc. LXI.* *N.* 5.
Arca I. Fasciculus 1. *Num.* 1.	*Fasciculus XL.* *Num.* 5.
Arc. I. Fasc. 1. *N.* 2.	*Fasc. XV.* *N.* 4.
Arc. I. Fasc. 1. *N.* 3.	*Fasc. XV.* *N.* 9.
Arc. I. Fasc. 1. *N.* 5.	*Fasc. XL.* *N.* 6.
Arc. I. Fasc. 1. *N.* 13.	*Fasc. LXII.* *N.* 3.
Arc. I. Fasc. 1. *N.* 16.	*Fasc. XI.* *N.* 9.
Arc. I. Fasc. 2. *N.* 1.	*Fasc. XXVII.* *N.* 2.
Arc. I. Fasc. 2. *N.* 2.	*Fasc. XLIX.* *N.* 7.
Arc. I. Fasc. 2. *N.* 7.	*Fasc. XLIX.* *N.* 3.
Arc. I. Fasc. 2. *N.* 8.	*Fasc. III.* *N.* 2.
Arc. I. Fasc. 2. *N.* 11.	*Fasc. XIII.* *N.* 1.
Arc. I. Fasc. 2. *N.* 12.	*Fasc. LIII.* *N.* 3.
Arc. I. Fasc. 2. *N.* 14.	*Fasc. XXXIII.* *N.* 10.
Arc. I. Fasc. 2. *N.* 18.	*Fasc. XLI.* *N.* 6.
Arc. I. Fasc. 3. *N.* 2.	*Fasc. XLV.* *N.* 2.
Arc. I. Fasc. 4. *N.* 3.	*Fasc. LXII.* *N.* 5.
Arc. I. Fasc. 4. *N.* 13.	*Fasc. LXVI.* *N.* 7.
Arc. I. Fasc. 5. *N.* 2.	*Fasc. LVIII.* *N.* 6.
Arc. I. Fasc. 5. *N.* 3.	*Fasc. XXXVI.* *N.* 2.

Digitized by Google

Arc. I. Fasc. 5. *N.* 4.	*Fasc. XLV.* *N.* 5.
Arc. I. Fasc. 5. *N.* 6.	*Fasc. LVIII.* *N.* 1.
Arc. I. Fasc. 5. *N.* 7.	*Fasc. XXXV.* *N.* 5.
Arc. I. Fasc. 5. *N.* 8.	*Fasc. VIII.* *N.* 8.
Arc. I. Fasc. 5. *N.* 10.	*Fasc. XXIX.* *N.* 2.
Arc. I. Fasc. 5. *N.* 11.	*Fasc. XLV.* *N.* 8.
Arc. I. Fasc. 5. *N.* 12.	*Fasc. VII.* *N.* 2.
Arc. I. Fasc. 5. *N.* 13.	*Fasc. V.* *N.* 9.
Arc. I. Fasc. 5. *N.* 14.	*Fasc. XLVII.* *N.* 10.
Arc. I. Fasc. 5. *N.* 15.	*Fasc. XLVII.* *N.* 4.
Arc. I. Fasc. 5. *N.* 16.	*Fasc. XX.* *N.* 8.
Arc. I. Fasc. 5. *N.* 19.	*Fasc. XLIII.* *N.* 8.
Arc. I. Fasc. 6. *N.* 2.	*Fasc. XXVII.* *N.* 9.
Arc. I. Fasc. 6. *N.* 5.	*Fasc. XLVIII.* *N.* 6.
Arc. I. Fasc. 6. *N.* 7.	*Fasc. XLVII.* *N.* 7.
Arc. I. Fasc. 6. *N.* 11.	*Fasc. LI.* *N.* 1.
Arc. I. Fasc. 6. *N.* 15.	*Fasc. XLVI.* *N.* 2.
Arc. I. Fasc. 6. *N.* 20.	*Fasc. XXXIII.* *N.* 9.
Arc. I. Fasc. 7. *N.* 1.	*Fasc. II.* *N.* 2.
Arc. I. Fasc. 7. *N.* 3.	*Fasc. XLVIII.* *N.* 5.
Arc. I. Fasc. 7. *N.* 6.	*Fasc. XLIV.* *N.* 5.
Arc. I. Fasc. 8. *N.* 1.	*Fasc. XXII.* *N.* 2.
Arc. I. Fasc. 8. *N.* 2.	*Fasc. XXXII.* *N.* 2.
Arc. I. Fasc. 8. *N.* 3.	*Fasc. LXVIII.* *N.* 5.
Arc. I. Fasc. 8. *N.* 4.	*Fasc. XV.* *N.* 1.
Arc. I. Fasc. 8. *N.* 5.	*Fasc. XX.* *N.* 5.
Arc. I. Fasc. 8. *N.* 6.	*Fasc. IX.* *N.* 4.
Arc. I. Fasc. 8. *N.* 7.	*Fasc. XLIII.* *N.* 9.
Arc. I. Fasc. 8. *N.* 8.	*Fasc. XVIII.* *N.* 4.
Arc. I. Fasc. 8. *N.* 9.	*Fasc. XXXVII.* *N.* 5.
Arc. I. Fasc. 8. *N.* 12.	*Fasc. LII.* *N.* 7.
Arc. I. Fasc. 8. *N.* 13.	*Fasc. LX.* *N.* 10.
Arc. I. Fasc. 8. *N.* 14.	*Fasc. XXVII.* *N.* 4.
Arc. I. Fasc. 8. *N.* 15.	*Fasc. XXIV.* *N.* 1.
Arc. I. Fasc. 8. *N.* 16.	*Fasc. VI.* *N.* 6.
Arc. I. Fasc. 8. *N.* 17.	*Fasc. XLI.* *N.* 9.
Arc. I. Fasc. 8. *N.* 18.	*Fasc. XXXII.* *N.* 6.
Arc. I. Fasc. 9. *N.* 2.	*Fasc. XXIV.* *N.* 3.
Arc. I. Fasc. 9. *N.* 3.	*Fasc. LV.* *N.* 2.
Arc. I. Fasc. 9. *N.* 15.	*Fasc. XLIV.* *N.* 8.

Digitized by Google

Arc. I. Fasc. 10. N. 1.	*Fasc. XXV. N. 7.*
Arc. I. Fasc. 10. N. 2.	*Fasc. XVII. N. 10.*
Arc. I. Fasc. 10. N. 3.	*Fasc. XVIII. N. 5.*
Arc. I. Fasc. 10. N. 4.	*Fasc. LVII. N. 1.*
Arc. I. Fasc. 10. N. 6.	*Fasc. XXXIV. N. 9.*
Arc. I. Fasc. 10. N. 7.	*Fasc. LVII. N. 3.*
Arc. I. Fasc. 10. N. 8.	*Fasc. XXXIV. N. 7.*
Arc. I. Fasc. 10. N. 9.	*Fasc. XIV. N. 8.*
Arc. I. Fasc. 10. N. 10.	*Fasc. XLVI. N. 10.*
Arc. I. Fasc. 10. N. 11.	*Fasc. LIV. N. 8.*
Arc. I. Fasc. 10. N. 12.	*Fasc. LXVI. N. 8.*
Arc. I. Fasc. 10. N. 13.	*Fasc. LVII. N. 8.*
Arc. I. Fasc. 10. N. 14.	*Fasc. XXV. N. 8.*
Arc. I. Fasc. 10. N. 15.	*Fasc. LII. N. 3.*
Arc. I. Fasc. 10. N. 16.	*Fasc. XXXVII. N. 6.*
Arc. I. Fasc. 10. N. 17.	*Fasc. XXXI. N. 3.*
Arc. I. Fasc. 10. N. 18.	*Fasc. LII. N. 10.*
Arc. I. Fasc. 10. N. 19.	*Fasc. XLIV. N. 9.*
Arc. I. Fasc. 10. N. 20.	*Fasc. XVIII. N. 1.*
Arc. I. Fasc. 11. N. 3.	*Fasc. LVIII. N. 9.*
Arc. I. Fasc. 11. N. 5.	*Fasc. III. N. 4.*
Arc. I. Fasc. 11. N. 8.	*Fasc. LIV. N. 10.*
Arc. I. Fasc. 12. N. 1.	*Fasc. VIII. N. 5.*
Arc. I. Fasc. 12. N. 3.	*Fasc. XII. N. 5.*
Arc. I. Fasc. 12. N. 4.	*Fasc. X. N. 9.*
Arc. I. Fasc. 12. N. 5.	*Fasc. LXII. N. 2.*
Arc. I. Fasc. 12. N. 6.	*Fasc. LIX. N. 5.*
Arc. I. Fasc. 12. N. 8.	*Fasc. XII. N. 4.*
Arc. I. Fasc. 12. N. 9.	*Fasc. VII. N. 4.*
Arc. I. Fasc. 12. N. 10.	*Fasc. XXVIII. N. 1.*
Arc. I. Fasc. 12. N. 11.	*Fasc. XXIII. N. 3.*
Arc. I. Fasc. 12. N. 12.	*Fasc. II. N. 4.*
Arc. I. Fasc. 12. N. 13.	*Fasc. XXXVI. N. 4.*
Arc. I. Fasc. 12. N. 14.	*Fasc. XV. N. 3.*
Arc. I. Fasc. 12. N. 15.	*Fasc. XXVIII. N. 6.*
Arc. I. Fasc. 12. N. 17.	*Fasc. III. N. 1.*
Arc. I. Fasc. 12. N. 18.	*Fasc. XXXVI. N. 9.*
Arc. I. Fasc. 14. N. 1.	*Fasc. LXIX. N. 2.*
Arc. I. Fasc. 14. N. 5.	*Fasc. LVIII. N. 2.*
Arc. I. Fasc. 14. N. 7.	*Fasc. XXXVI. N. 6.*

Digitized by Google

Arc. I. Fasc. 14. N. 8.	*Fasc. XXXIV. N. 10.*
Arc. I. Fasc. 14. N. 9.	*Fasc. IX. N. 10.*
Arc. I. Fasc. 14. N. 10.	*Fasc. VIII. N. 6.*
Arc. I. Fasc. 14. N. 11.	*Fasc. XXV. N. 9.*
Arc. I. Fasc. 14. N. 12.	*Fasc. X. N. 10.*
Arc. I. Fasc. 15. N. 2.	*Fasc. VIII. N. 10.*
Arc. I. Fasc. 15. N. 3.	*Fasc. V. N. 5.*
Arc. I. Fasc. 15. N. 4.	*Fasc. XX. N. 6.*
Arc. I. Fasc. 15. N. 6.	*Fasc. XXIX. N. 3.*
Arc. I. Fasc. 15. N. 7.	*Fasc. XLVI. N. 3.*
Arc. I. Fasc. 15. N. 8.	*Fasc. LXI. N. 3.*
Arc. I. Fasc. 15. N. 9.	*Fasc. XXXII. N. 8.*
Arc. I. Fasc. 15. N. 10.	*Fasc. LXIX. N. 3.*
Arc. I. Fasc. 15. N. 11.	*Fasc. LX. N. 7.*
Arc. I. Fasc. 15. N. 14.	*Fasc. XXIX. N. 4.*
Arc. I. Fasc. 15. N. 17.	*Fasc. XL. N. 1.*
Arc. I. Fasc. 15. N. 17.(bis)	*Fasc. LII. N. 9.*
Arc. I. Fasc. 15. N. 18.	*Fasc. XXIX. N. 10.*
Arc. I. Fasc. 15. N. 20.	*Fasc. XXIII. N. 7.*
Arc. I. Fasc. 16. N. 3.	*Fasc. XXXIX. N. 6.*
Arc. I. Fasc. 16. N. 6.	*Fasc. L. N. 7.*
Arc. I. Fasc. 16. N. 7.	*Fasc. X. N. 2.*
Arc. I. Fasc. 16. N. 12.	*Fasc. XV. N. 10.*
Arc. I. Fasc. 16. N. 14.	*Fasc. XVI. N. 2.*
Arc. I. Fasc. 16. N. 17.	*Fasc. VI. N. 7.*
Arc. I. Fasc. 16. N. 18.	*Fasc. XLIX. N. 1.*
Arc. I. Fasc. 16. N. 19.	*Fasc. XVII. N. 9.*
Arc. I. Fasc. 16. N. 20.	*Fasc. XXI. N. 5.*
Arc. I. Fasc. 17. N. 2.	*Fasc. LI. N. 5.*
Arc. I. Fasc. 17. N. 3.	*Fasc. I. N. 10.*
Arc. I. Fasc. 17. N. 5.	*Fasc. XXI. N. 10.*
Arc. I. Fasc. 17. N. 7.	*Fasc. XXXIV. N. 6.*
Arc. I. Fasc. 17. N. 9.	*Fasc. LXVII. N. 7.*
Arc. I. Fasc. 17. N. 10.	*Fasc. XIV. N. 9.*
Arc. I. Fasc. 17. N. 11.	*Fasc. XXXIX. N. 5.*
Arc. I. Fasc. 17. N. 12.	*Fasc. III. N. 10.*
Arc. I. Fasc. 17. N. 13.	*Fasc. XIX. N. 9.*
Arc. I. Fasc. 17. N. 14.	*Fasc. XXXIV. N. 5.*
Arc. I. Fasc. 17. N. 17.	*Fasc. XXXIII. N. 2.*
Arc. I. Fasc. 17. N. 18.	*Fasc. XXX. N. 5.*

Digitized by Google

Arc. I. Fasc. 17. N. 19.	*Fasc. LXIX. N. 5.*
Arc. I. Fasc. 17. N. 20.	*Fasc. XXVII. N. 8.*
Arc. I. Fasc. 19. N. 6.	*Fasc. LX. N. 2.*
Arc. I. Fasc. 19. N. 7.	*Fasc. XXXI. N. 9.*
Arc. I. Fasc. 19. N. 15.	*Fasc. XXXVI. N. 8.*
Arc. I. Fasc. 20. N. 1.	*Fasc. XXIV. N. 4.*
Arc. I. Fasc. 20. N. 2.	*Fasc. XXVII. N. 3.*
Arc. I. Fasc. 20. N. 3.	*Fasc. L. N. 8.*
Arc. I. Fasc. 20. N. 4.	*Fasc. LII. N. 4.*
Arc. I. Fasc. 20. N. 5.	*Append. N. 3.*
Arc. I. Fasc. 20. N. 6.	*Fasc. LIX. N. 10.*
Arc. I. Fasc. 20. N. 8.	*Fasc. XXXI. N. 1.*
Arc. I. Fasc. 20. N. 9.	*Fasc. VI. N. 8.*
Arc. I. Fasc. 20. N. 10.	*Fasc. XXVIII. N. 3.*
Arc. I. Fasc. 20. N. 11.	*Fasc. VI. N. 2.*
Arc. I. Fasc. 20. N. 12.	*Fasc. LVIII. N. 3.*
Arc. I. Fasc. 20. N. 13.	*Fasc. LV. N. 8.*
Arc. I. Fasc. 20. N. 14.	*Fasc. XLI. N. 8.*
Arc. I. Fasc. 20. N. 15.	*Fasc. LXVII. N. 2.*
Arc. I. Fasc. 20. N. 16.	*Fasc. XV. N. 5.*
Arc. I. Fasc. 20. N. 17.	*Fasc. LXVIII. N. 8.*
Arc. I. Fasc. 20. N. 19.	*Fasc. IX. N. 5.*
Arc. I. Fasc. 26. N. 4.	*Fasc. LXV. N. 1.*
Arc. I. Fasc. 26. N. 5.	*Fasc. IV. N. 5.*
Arc. I. Fasc. 26. N. 9.	*Append. N. 6.*
Arc. I. Fasc. 26. N. 18.	*Fasc. XXI. N. 2.*
Arc. I. Fasc. 26. N. 19.	*Fasc. LXV. N. 3.*
Arc. I. Fasc. 26. N. 20.	*Fasc. L. N. 5.*
Arc. I. Fasc. 26. N. 26.	*Fasc. LVII. N. 4.*
Arc. I. Fasc. 27. N. 1.	*Fasc. II. N. 7.*
Arc. I. Fasc. 27. N. 2.	*Fasc. XXX. N. 7.*
Arc. I. Fasc. 27. N. 3.	*Fasc. XXXIII. N. 1.*
Arc. I. Fasc. 27. N. 5.	*Fasc. XXVI. N. 7.*
Arc. I. Fasc. 27. N. 6.	*Fasc. XXXVIII. N. 1.*
Arc. I. Fasc. 27. N. 8.	*Fasc. LIX. N. 6.*
Arc. I. Fasc. 27. N. 9.	*Fasc. XLII. N. 6.*
Arc. I. Fasc. 27. N. 10.	*Fasc. XLV. N. 7.*
Arc. I. Fasc. 27. N. 11.	*Fasc. LVII. N. 9.*
Arc. I. Fasc. 27. N. 12.	*Fasc. LXIV. N. 2.*
Arc. I. Fasc. 27. N. 13.	*Fasc. XXII. N. 10.*

Digitized by Google

Arc. I. Fasc. 27. N. 14.	Fasc. LII. N. 5.
Arc. I. Fasc. 27. N. 15.	Fasc. XLII. N. 1.
Arc. I. Fasc. 27. N. 17.	Fasc. XLVII. N. 9.
Arc. I. Fasc. 27. N. 18.	Fasc. LXI. N. 7.
Arc. I. Fasc. 27. N. 19.	Fasc. XVII. N. 6.
Arc. I. Fasc. 29. N. 1.	Fasc. XIII. N. 5.
Arc. I. Fasc. 30. N. 1.	Fasc. XVII. N. 1.
Arc. I. Fasc. 30. N. 3.	Fasc. XXII. N. 6.
Arc. I. Fasc. 30. N. 4.	Fasc. XXX. N. 9.
Arc. I. Fasc. 30. N. 5.	Fasc. XVI. N. 8.
Arc. I. Fasc. 30. N. 6.	Fasc. LIII. N. 5.
Arc. I. Fasc. 30. N. 7.	Fasc. LII. N. 6.
Arc. I. Fasc. 30. N. 10.	Fasc. XXII. N. 7.
Arc. I. Fasc. 30. N. 12.	Fasc. II. N. 6.
Arc. I. Fasc. 30. N. 13.	Fasc. LXIV. N. 4.
Arc. I. Fasc. 30. N. 14.	Fasc. IV. N. 6.
Arc. I. Fasc. 30. N. 15.	Fasc. XXIV. N. 10.
Arc. I. Fasc. 30. N. 16.	Fasc. LXIII. N. 1.
Arc. I. Fasc. 30. N. 17.	Fasc. XXXIX. N. 8.
Arc. I. Fasc. 31. N. 9.	Fasc. XXVII. N. 5.
Arc. I. Fasc. 31. N. 20.	Fasc. XXXVII. N. 4.
Arc. I. Fasc. 31. N. 28.	Fasc. XXIII. N. 8.
Arc. I. Fasc. 32. N. 2.	Fasc. LXI. N. 2.
Arc. I. Fasc. 33. N. 1.	Fasc. XVIII. N. 8.
Arc. I. Fasc. 33. N. 2.	Fasc. XLIX. N. 6.
Arc. I. Fasc. 33. N. 3.	Fasc. X. N. 8.
Arc. I. Fasc. 33. N. 4.	Fasc. XXVI. N. 2.
Arc. I. Fasc. 33. N. 8.	Fasc. XXVI. N. 4.
Arc. I. Fasc. 33. N. 9.	Fasc. XXV. N. 5.
Arc. I. Fasc. 33. N. 10.	Fasc. XIX. N. 1.
Arc. I. Fasc. 33. N. 11.	Fasc. LI. N. 4.
Arc. I. Fasc. 33. N. 12.	Fasc. LXV. N. 4.
Arc. I. Fasc. 33. N. 14.	Fasc. LI. N. 9.
Arc. I. Fasc. 33. N. 16.	Fasc. XLII. N. 4.
Arc. I. Fasc. 33. N. 17.	Fasc. III. N. 5.
Arc. I. Fasc. 33. N. 18.	Fasc. LXVIII. N. 3.
Arc. I. Fasc. 33. N. 19.	Fasc. LXVIII. N. 9.
Arc. I. Fasc. 35. N. 20.	Fasc. II. N. 1.
Arc. I. Fasc. 36. N. 13.	Fasc. LV. N. 9.
Arc. I. Fasc. 36. N. 16.	Fasc. XIX. N. 10.

Digitized by Google

Arc. I. Fasc.	36.	N.	17.	Fasc.	XLV.		N.	6.
Arc. I. Fasc.	36.	N.	19.	Fasc.	XXI.		N.	4.
Arc. I. Fasc.	36.	N.	21.	Fasc.	LIV.		N.	2.
Arc. I. Fasc.	36.	N.	22.	Fasc.	VII.		N.	5.
Arc. I. Fasc.	36.	N.	23.	Fasc.	LIV.		N.	5.
Arc. I. Fasc.	36.	N.	24.	Fasc.	XL.		N.	10.
Arc. I. Fasc.	36.	N.	25.	Fasc.	XXXVII.		N.	2.
Arc. I. Fasc.	36.	N.	27.	Fasc.	XLVIII.		N.	2.
Arc. I. Fasc.	36.	N.	29.	Fasc.	LIV.		N.	4.
Arc. I. Fasc.	36.	N.	30.	Fasc.	LVII.		N.	10.
Arc. I. Fasc.	36.	N.	31.	Fasc.	XXXII.		N.	4.
Arc. I. Fasc.	36.	N.	32.	Fasc.	VII.		N.	10.
Arc. I. Fasc.	37.	N.	2.	Fasc.	V.		N.	2.
Arc. I. Fasc.	37.	N.	4.	Fasc.	XVIII.		N.	3.
Arc. I. Fasc.	37.	N.	5.	Fasc.	XXXII.		N.	5.
Arc. I. Fasc.	37.	N.	7.	Fasc.	XXXVIII.		N.	9.
Arc. I. Fasc.	37.	N.	8.	Fasc.	XXX.		N.	10.
Arc. I. Fasc.	37.	N.	10.	Fasc.	XL.		N.	8.
Arc. I. Fasc.	37.	N.	11.	Fasc.	XLI.		N.	3.
Arc. I. Fasc.	37.	N.	13.	Fasc.	VII.		N.	1.
Arc. I. Fasc.	37.	N.	14.	Fasc.	LXVI.		N.	9.
Arc. I. Fasc.	37.	N.	16.	Fasc.	I.		N.	7.
Arc. I. Fasc.	37.	N.	18.	Fasc.	LIII		N.	4.
Arc. I. Fasc.	37.	N.	19.	Fasc.	XIX.		N.	7.
Arc. I. Fasc.	37.	N.	20.	Fasc.	VIII.		N.	9.
Arc. I. Fasc.	38.	N.	1.	Fasc.	XXXI.		N.	7.
Arc. I. Fasc.	38.	N.	2.	Fasc.	XI.		N.	8.
Arc. I. Fasc.	38.	N.	3.	Fasc.	XXVIII.		N.	8.
Arc. I. Fasc.	38.	N.	4.	Fasc.	LXIII.		N.	5.
Arc. I. Fasc.	38.	N.	5.	Fasc.	XLIX.		N.	5.
Arc. I. Fasc.	38.	N.	6.	Fasc.	XLVIII.		N.	10.
Arc. I. Fasc.	38.	N.	7.	Fasc.	XVII.		N.	4.
Arc. I. Fasc.	38.	N.	8.	Fasc.	XXXIX.		N.	9.
Arc. I. Fasc.	38.	N.	9.	Fasc.	VII.		N.	3.
Arc. I. Fasc.	38.	N.	10.	Fasc.	XXXVIII.		N.	8.
Arc. I. Fasc.	38.	N.	11.	Fasc.	XLVI.		N.	9.
Arc. I. Fasc.	38.	N.	12.	Fasc.	XLV.		N.	1.
Arc. I. Fasc.	38.	N.	13.	Fasc.	XXVI.		N.	3.
Arc. I. Fasc.	38.	N.	15.	Fasc.	LXV.		N.	5.
Arc. I. Fasc.	38.	N.	16.	Fasc.	XXXIII.		N.	4.

Digitized by Google

Arc. I. Fasc.	38.	*N.*	17.	*Fasc.* XXXIII.	*N.*	7.
Arc. I. Fasc.	38.	*N.*	18.	*Fasc.* IV.	*N.*	10.
Arc. I. Fasc.	40.	*N.*	1.	*Fasc.* X.	*N.*	5.
Arc. I. Fasc.	40.	*N.*	3.	*Fasc.* XLII.	*N.*	3.
Arc. I. Fasc.	40.	*N.*	4.	*Fasc.* I.	*N.*	3.
Arc. I. Fasc.	40.	*N.*	6.	*Fasc.* XXVI.	*N.*	1.
Arc. I. Fasc.	40.	*N.*	7.	*Fasc.* XXX.	*N.*	3.
Arc. I. Fasc.	40.	*N.*	8.	*Fasc.* LXIII.	*N.*	4.
Arc. I. Fasc.	40.	*N.*	9.	*Fasc.* XXXI.	*N.*	10.
Arc. I. Fasc.	40.	*N.*	10.	*Fasc.* XIV.	*N.*	5.
Arc. I. Fasc.	40.	*N.*	12.	*Fasc.* XLVII.	*N.*	8.
Arc. I. Fasc.	40.	*N.*	13.	*Fasc.* LXIV.	*N.*	9.
Arc. I. Fasc.	40.	*N.*	14.	*Fasc.* XXIX.	*N.*	7.
Arc. I. Fasc.	40.	*N.*	15.	*Fasc.* XXVIII.	*N.*	7.
Arc. I. Fasc.	40.	*N.*	16.	*Fasc.* LVIII.	*N.*	8.
Arc. I. Fasc.	40.	*N.*	17.	*Fasc.* LXI.	*N.*	4.
Arc. I. Fasc.	40.	*N.*	18.	*Fasc.* LVI.	*N.*	6.
Arc. I. Fasc.	40.	*N.*	19.	*Fasc.* LXIV.	*N.*	3.
Arc. I. Fasc.	41.	*N.*	2.	*Fusc.* IX.	*N.*	7.
Arc. I. Fasc.	41.	*N.*	3.	*Fusc.* LVIII.	*N.*	7.
Arc. I. Fasc.	41.	*N.*	4.	*Fasc.* XLIX.	*N.*	8.
Arc. I. Fasc.	41.	*N.*	5.	*Fasc.* LII.	*N.*	1.
Arc. I. Fasc.	41.	*N.*	6.	*Fasc.* XLVII.	*N.*	5.
Arc. I. Fasc.	41.	*N.*	7.	*Fasc.* XXXVI.	*N.*	5.
Arc. I. Fasc.	41.	*N.*	10.	*Fasc.* XXXVIII.	*N.*	6.
Arc. I. Fasc.	41.	*N.*	11.	*Fasc.* LIII.	*N.*	9.
Arc. I. Fasc.	41.	*N.*	12.	*Fasc.* XXXIV.	*N.*	3.
Arc. I. Fasc.	41.	*N.*	15.	*Fusc.* XXIX.	*N.*	6.
Arc. I. Fasc.	41.	*N.*	16.	*Fasc.* LV.	*N.*	7.
Arc. I. Fasc.	41.	*N.*	17.	*Fusc.* XXI.	*N.*	6.
Arc. I. Fasc.	41.	*N.*	18.	*Fasc.* XXXIII.	*N.*	5.
Arc. I. Fasc.	41.	*N.*	22.	*Fasc.* XXIV.	*N.*	6.
Arc. I. Fasc.	42.	*N.*	1.	*Fusc.* XIV.	*N.*	7.
Arc. I. Fasc.	42.	*N.*	2.	*Fasc.* XIII.	*N.*	2.
Arc. I. Fasc.	42.	*N.*	4.	*Fasc.* XVI.	*N.*	3.
Arc. I. Fasc.	42.	*N.*	6.	*Fasc.* XV.	*N.*	6.
Arc. I. Fasc.	42.	*N.*	7.	*Fasc.* XXIII.	*N.*	2.
Arc. I. Fasc.	42.	*N.*	9.	*Fasc.* LXIV.	*N.*	7.
Arc. I. Fasc.	42.	*N.*	10.	*Fasc.* LX.	*N.*	4.
Arc. I. Fasc.	42.	*N.*	12.	*Fasc.* XXI.	*N.*	7.

Digitized by Google

Arc. I. Fasc. 42. N. 13.	*Fasc. XIX.*	*N.*	*5.*
Arc. I. Fasc. 42. N. 14.	*Fasc. LVI.*	*N.*	*10.*
Arc. I. Fasc. 42. N. 15.	*Fasc. LXVII.*	*N.*	*10.*
Arc. I. Fasc. 42. N. 16.	*Fasc. XVI.*	*N.*	*5.*
Arc. I. Fasc. 42. N. 18.	*Fasc. XIX.*	*N.*	*2.*
Arc. I. Fasc. 42. N. 19.	*Fasc. XXXVII.*	*N.*	*7.*
Arc. I. Fasc. 43. N. 1.	*Fasc. XLIV.*	*N.*	*2.*
Arc. I. Fasc. 43. N. 2.	*Fasc. XII.*	*N.*	*9.*
Arc. I. Fasc. 43. N. 5.	*Fasc. VI.*	*N.*	*9.*
Arc. I. Fasc. 43. N. 7.	*Fasc. XI.*	*N.*	*4.*
Arc. I. Fasc. 43. N. 18.	*Fasc. XXVII.*	*N.*	*6.*
Arc. I. Fasc. 44. N. 4.	*Fasc. XIX.*	*N.*	*3.*
Arc. I. Fasc. 44. N. 6.	*Fasc. I.*	*N.*	*6.*
Arc. I. Fasc. 44. N. 7.	*Fasc. XLIV.*	*N.*	*1.*
Arc. I. Fasc. 47. N. 2.	*Fasc. XXXVI.*	*N.*	*7.*
Arc. I. Fasc. 47. N. 5.	*Fasc. LX.*	*N.*	*8.*
Arc. I. Fasc. 49. N. 3.	*Fasc. LI.*	*N.*	*2.*
Arc. I. Fasc. 49. N. 5.	*Fasc. LX.*	*N.*	*1.*
Arc. I. Fasc. 49. N. 6.	*Fasc. XXXV.*	*N.*	*7.*
Arc. I. Fasc. 49. N. 7.	*Fasc. XIII.*	*N.*	*4.*
Arc. I. Fasc. 49. N. 8.	*Fasc. XIX.*	*N.*	*8.*
Arc. I. Fasc. 49. N. 9.	*Fasc. II.*	*N.*	*3.*
Arc. I. Fasc. 49. N. 11.	*Fasc. LVIII.*	*N.*	*4.*
Arc. I. Fasc. 49. N. 12.	*Fasc. X.*	*N.*	*7.*
Arc. I. Fasc. 49. N. 13.	*Fasc. IX.*	*N.*	*2.*
Arc. I. Fasc. 49. N. 14.	*Fasc. XXX.*	*N.*	*4.*
Arc. I. Fasc. 49. N. 16.	*Fasc. XII.*	*N.*	*10.*
Arc. I. Fasc. 54. N. 2.	*Fasc. L.*	*N.*	*1.*
Arc. I. Fasc. 54. N. 3.	*Fasc. XXXIII.*	*N.*	*6.*
Arc. I. Fasc. 54. N. 4.	*Fasc. XLII.*	*N.*	*10.*
Arc. I. Fasc. 54. N. 5.	*Fasc. XXI.*	*N.*	*1.*
Arc. I. Fasc. 54. N. 6.	*Fasc. XXXIX.*	*N.*	*10.*
Arc. I. Fasc. 54. N. 7.	*Fasc. XXXI.*	*N.*	*2.*
Arc. I. Fasc. 54. N. 8.	*Fasc. XXII.*	*N.*	*8.*
Arc. I. Fasc. 54. N. 10.	*Fasc. XXIV.*	*N.*	*5.*
Arc. I. Fasc. 54. N. 11.	*Fasc. LIX.*	*N.*	*8.*
Arc. I. Fasc. 54. N. 13.	*Fasc. XLVIII.*	*N.*	*8.*
Arc. I. Fasc. 54. N. 14.	*Fasc. LXV.*	*N.*	*10.*
Arc. I. Fasc. 54. N. 15.	*Fasc. I.*	*N.*	*5.*
Arc. I. Fasc. 54. N. 16.	*Fasc. III.*	*N.*	*3.*

Digitized by Google

Arc. I. Fasc. 54. N. 17.	Fasc. LXVII. N. 6.
Arc. I. Fasc. 54. N. 18.	Fasc. L. N. 3.
Arc. I. Fasc. 54. N. 20.	Fasc. XXXIX. N. 3.
Arc. I. Fasc. 54. N. 21.	Fasc. LXI. N. 1.
Arc. I. Fasc. 54. N. 22.	Fasc. LXII. N. 1.
Arc. I. Fasc. 54. N. 23.	Fasc. VIII. N. 2.
Arc. I. Fasc. 54. N. 24.	Fasc. XLI. N. 2.
Arc. I. Fasc. 54. N. 25.	Fasc. VI. N. 10.
Arc. I. Fasc. 54. N. 26.	Fasc. XII. N. 8.
Arc. I. Fasc. 55. N. 1.	Fasc. XLIX. N. 9.
Arc. I. Fasc. 55. N. 2.	Fasc. LXIX. N. 4.
Arc. I. Fasc. 55. N. 3.	Fasc. LXIX. N. 1.
Arc. I. Fasc. 55. N. 4.	Fasc. LIV. N. 9.
Arc. I. Fasc. 55. N. 5.	Fasc. XXXVIII. N. 2.
Arc. I. Fasc. 55. N. 6.	Fasc. XLI. N. 7.
Arc. I. Fasc. 55. N. 7.	Fasc. LV. N. 10.
Arc. I. Fasc. 55. N. 8.	Fasc. XXII. N. 4.
Arc. I. Fasc. 55. N. 10.	Fasc. LI. N. 10.
Arc. I. Fasc. 55. N. 11.	Fasc. XVI. N. 7.
Arc. I. Fasc. 55. N. 13.	Fasc. XVII. N. 3.
Arc. I. Fasc. 55. N. 14.	Fasc. XLVIII. N. 7.
Arc. I. Fasc. 55. N. 15.	Fasc. XXXVIII. N. 4.
Arc. I. Fasc. 55. N. 18.	Fasc. XLII. N. 7.
Arc. I. Fasc. 55. N. 20.	Fasc. XIII. N. 3.
Arc. I. Fasc. 55. N. 21.	Fasc. XII. N. 1.
Arc. I. Fasc. 55. N. 27.	Fasc. XXIX. N. 1.
Arc. I. Fasc. 59. N. 1.	Fasc. XI. N. 10.
Arc. I. Fasc. 59. N. 2.	Fasc. LXIII. N. 3.
Arc. I. Fasc. 59. N. 4.	Fasc. VII. N. 7.
Arc. I. Fasc. 59. N. 6.	Fasc. LXIV. N. 8.
Arc. I. Fasc. 59. N. 8.	Fasc. XXVIII. N. 4.
Arc. I. Fasc. 59. N. 10.	Fasc. II. N. 8.
Arc. I. Fasc. 59. N. 11.	Fasc. XXXVII. N. 9.
Arc. I. Fasc. 59. N. 13.	Fasc. LV. N. 6.
Arc. I. Fasc. 59. N. 15.	Fasc. LX. N. 9.
Arc. I. Fasc. 59. N. 16.	Fasc. XLVII. N. 6.
Arc. I. Fasc. 59. N. 17.	Fasc. IV. N. 9.
Arc. I. Fasc. 59. N. 18.	Fasc. XII. N. 3.
Arc. I. Fasc. 59. N. 19.	Fasc. XXXV. N. 3.
Arc. I. Fasc. 59. N. 20.	Fasc. XI. N. 7.

*

Arc. I. Fasc. 59. N. 22.	*Fasc. V.*	*N.*	*3.*
Arc. I. Fasc. 60. N. 1.	*Fasc. XXXV.*	*N.*	*10.*
Arc. I. Fasc. 60. N. 2.	*Fasc. IX.*	*N.*	*6.*
Arc. I. Fasc. 60. N. 3.	*Fasc. XLVIII.*	*N.*	*9.*
Arc. I. Fasc. 60. N. 4.	*Fasc. LXII.*	*N.*	*7.*
Arc. I. Fasc. 60. N. 6.	*Fasc. VI.*	*N.*	*3.*
Arc. I. Fasc. 60. N. 7.	*Fasc. XXIII.*	*N.*	*6.*
Arc. I. Fasc. 60. N. 8.	*Fasc. XXXIX.*	*N.*	*1.*
Arc. I. Fasc. 60. N. 9.	*Fasc. XXXVII.*	*N.*	*3.*
Arc. I. Fasc. 60. N. 10.	*Fasc. LXV.*	*N.*	*2.*
Arc. I. Fasc. 60. N. 11.	*Fasc. XLIII.*	*N.*	*6.*
Arc. I. Fasc. 60. N. 12.	*Fasc. LX.*	*N.*	*9.*
Arc. I. Fasc. 60. N. 13.	*Fasc. XXXII.*	*N.*	*3.*
Arc. I. Fasc. 60. N. 14.	*Fasc. III.*	*N.*	*8.*
Arc. I. Fasc. 60. N. 15.	*Fasc. XXXIV.*	*N.*	*2.*
Arc. I. Fasc. 60. N. 16.	*Fasc. XXVIII.*	*N.*	*9.*
Arc. I. Fasc. 60. N. 17.	*Fasc. IX.*	*N.*	*3.*
Arc. I. Fasc. 60. N. 18.	*Fasc. L.*	*N.*	*4.*
Arc. I. Fasc. 60. N. 19.	*Fasc. XXXVIII.*	*N.*	*10.*
Arc. I. Fasc. 60. N. 20.	*Fasc. XXIII.*	*N.*	*1.*
Arc. I. Fasc. 64. N. 1.	*Fasc. XLIV.*	*N.*	*4.*
Arc. I. Fasc. 64. N. 2.	*Fasc. XXI.*	*N.*	*8.*
Arc. I. Fasc. 64. N. 3.	*Fasc. LIX.*	*N.*	*1.*
Arc. I. Fasc. 64. N. 4.	*Fasc. XLIX.*	*N.*	*2.*
Arc. I. Fasc. 64. N. 5.	*Fasc. X.*	*N.*	*3.*
Arc. I. Fasc. 64. N. 6.	*Fasc. LIX.*	*N.*	*7.*
Arc. I. Fasc. 64. N. 7.	*Fasc. XXXV.*	*N.*	*9.*
Arc. I. Fasc. 64. N. 8.	*Fasc. LVI.*	*N.*	*5.*
Arc. I. Fasc. 65. N. 3.	*Fasc. XV.*	*N.*	*8.*
Arc. I. Fasc. 65. N. 4.	*Fasc. XLI.*	*N.*	*4.*
Arc. I. Fasc. 65. N. 6.	*Fasc. XXXI.*	*N.*	*5.*
Arc. I. Fasc. 65. N. 7.	*Fasc. XLVI.*	*N.*	*1.*
Arc. I. Fasc. 65. N. 9.	*Fasc. LXVI.*	*N.*	*10.*
Arc. I. Fasc. 66. N. 2.	*Fasc. LVI.*	*N.*	*3.*
Arc. I. Fasc. 66. N. 3.	*Fasc. XVI.*	*N.*	*1.*
Arc. I. Fasc. 66. N. 4.	*Fasc. XLVIII.*	*N.*	*4.*
Arc. I. Fasc. 66. N. 5.	*Fasc. XI.*	*N.*	*2.*
Arc. I. Fasc. 66. N. 8.	*Fasc. XXXV.*	*N.*	*2.*
Arc. I. Fasc. 66. N. 10.	*Fasc XXXII.*	*N.*	*7.*
Arc. I. Fasc. 66. N. 12.	*Fasc. LXI.*	*N.*	*6.*

Digitized by Google

Arc. I. Fasc. 66. N. 13.	*Fasc. V. N. 7.*
Arc. I. Fasc. 66. N. 15.	*Fasc. XLVII. N. 3.*
Arc. I. Fasc. 66. N. 16.	*Fasc. XL. N. 9.*
Arc. I. Fasc. 67. N. 4.	*Fasc. LVI. N. 4.*
Arc. I. Fasc. 67. N. 5.	*Fasc. XLV. N. 9.*
Arc. I. Fasc. 67. N. 7.	*Fasc. XI. N. 5.*
Arc. I. Fasc. 67. N. 9.	*Fasc. LXII. N. 6.*
Arc. I. Fasc. 67. N. 21.	*Fasc. VII. N. 9.*
Arc. I. Fasc. 68. N. 17.	*Fasc. X. N. 6.*
Arc. I. Fasc. 69. N. 1.	*Fasc. XIX. N. 6.*
Arc. I. Fasc. 69. N. 2.	*Fasc. I. N. 1.*
Arc. I. Fasc. 69. N. 4.	*Fasc. XLV. N. 10.*
Arc. I. Fasc. 69. N. 5.	*Fasc. LIV. N. 6.*
Arc. I. Fasc. 69. N. 9.	*Fasc. XLVII. N. 1.*
Arc. I. Fasc. 69. N. 10.	*Fasc. XXVI. N. 6.*
Arc. I. Fasc. 69. N. 12.	*Fasc. XXXI. N. 8.*
Arc. I. Fasc. 69. N. 14.	*Fasc. XXIV. N. 9.*
Arc. I. Fasc. 69. N. 16.	*Fasc. LI. N. 6.*
Arc. I. Fasc. 69. N. 17.	*Fasc. XIV. N. 4.*
Arc. I. Fasc. 69. N. 18.	*Fasc. XV. N. 7.*
Arc. I. Fasc. 69. N. 19.	*Fasc. LXIII. N. 2.*
Arc. I. Fasc. 70. N. 1.	*Fasc. XLIII. N. 5.*
Arc. I. Fasc. 71. N. 7.	*Fasc. VIII. N. 4.*
Arc. I. Fasc. 71. N. 10.	*Fasc. X. N. 1.*
Arc. I. Fasc. 71. N. 14.	*Fasc. V. N. 10.*
Arc. I. Fasc. 72. N. 6.	*Fasc. XXII. N. 3.*
Arc. I. Fasc. 76. N. 11.	*Fasc. XLIII. N. 10.*
Arc. I. Fasc. 78. N. 1.	*Fasc. XX. N. 10.*
Arc. I. Fasc. 78. N. 10.	*Fasc. XLI. N. 1.*
Arc. I. Fasc. 84. N. 15.	*Fasc. XI. N. 3.*
Arca K. Fasciculus 31. Num. 14.	*Fasciculus LII. Num. 8.*
Arc. K. Fasc. 33. N. 22.	*Fasc. XXXIV. N. 4.*
Arc. K. Fasc. 36. N. 15.	*Fasc. XLIV. N. 7.*
Arc. K. Fasc. 37. N. 14.	*Fasc. XXV. N. 4.*
Arc. K. Fasc. 37. N. 18.	*Fasc. XXXV. N. 1.*
Arc. K. Fasc. 41. N. 10.	*Fasc. XXII. N. 1.*
Arc. K. Fasc. 41. N. 14.	*Fasc. VI. N. 4.*
Arc. K. Fasc. 41. N. 29.	*Append. N. 7.*
Arc. K. Fasc. 41. N. 37.	*Fasc. XXXVI. N. 1.*
Arc. K. Fasc. 41. N. 39.	*Fasc. IX. N. 1.*

Digitized by Google

Arc. K. Fasc. 42. N. 9.	*Fasc. LXVII. N. 5.*
Arc. K. Fasc. 42. N. 15.	*Fasc. XLVIII. N. 3.*
Arc. K. Fasc. 42. N. 24.	*Fasc. LIII. N. 6.*
Arc. K. Fasc. 43. N. 4.	*Fasc. IV. N. 1.*
Arc. K. Fasc. 43. N. 20.	*Fasc. XX. N. 3.*
Arc. K. Fasc. 45. N. 29.	*Fasc. XIV. N. 1.*
Arc. K. Fasc. 46. N. 9.	*Fasc. XIII. N. 8.*
Arc. K. Fasc. 46. N. 22.	*Fasc. XVIII. N. 10.*
Arc. K. Fasc. 47. N. 31.	*Fasc. XVI. N. 6.*
Arc. K. Fasc. 51. N. 4.	*Fasc. IX. N. 9.*
Arc. K. Fasc. 52. N. 17.	*Fasc. LXV. N. 8.*
Arc. K. Fasc. 52. N. 22.	*Fasc. XIV. N. 3.*
Arca L. Fasciculus 2. Num. 33.	*Fasciculus XXXIII. Num. 3.*
Arc. L. Fasc. 25. N. 37.	*Fasc. I. N. 8.*
Arc. L. Fasc. 26. N. 31.	*Fasc. XLIV. N. 10.*
Arc. L. Fasc. 30. N. 47.	*Fasc. XVII. N. 8.*
Arca M. Fasciculus. 12. Num. 6.	*Fasciculus I. Num. 2.*
Arc. M. Fasc. 12. N. 12.	*Fasc. LXV. N. 6.*
Arc. M. Fasc. 25. N. 34.	*Fasc. XLVI. N. 8.*
*Arc. * Fasc. 3. N. ..*	*Fasc. LIII. N. 1.*
Arc. .. Fasc. ... N. ..	*Fasc. XLVI. N. 5.*
Arc. .. Fasc. ... N. ..	*Fasc. LIX. N. 3.*

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google